2. And þa ðegnas pundon þýrnenne cýne-helm. ⁊ asetton hýne on hýs heafod. and scrýddon hýne mid purpuran reafe.

3. ⁊ hi comon to him. ⁊ cpædon. Hal beo þu Iudea cýning. ⁊ hi plætton hýne mid hýra handum :.

4. Ða eode Pilatus eft ut. and cpæð. Nu. ic hýne lædde hider ut to eop. þ ge ongýton þ ic ne funde nanne gýlt on him :.

5. Ða eode se Hælend ut. ⁊ bær þýrnenne cýne-helm ⁊ purpuran reafe. and Pilatus sæde hým. Her ýs se mann :.

6. Pitodlice þa þa bisceopas ⁊ þa ðegnas hýne gesapon. þa clýpodon hig and cpædon. Hoh hýne. hoh hýne :. Ða cpæð Pilatus to hým. Nime ge hýne. ⁊ hoð. ic ne funde nanne gýlt on him :.

7. Þa Iudeas hým andsparedon ⁊ cpædon. Þe habbað æ. ⁊

ψAMMA ΥITϪAA ΗΝSAKAMMA
SKAA ΓASΥIATAN. ΗΝTE SIK
SIAΒAN ΓϪψS SΗΝΗ ΓATAΥIAA:
8. ΒI ψE ΓAhAΗSIAA ΠEIAA-
TΗS ψATA ΥAΗKA. MAIS ϪhTA
SIS.
9. ϤAh ΓAAAIψ ÏN ΠKAITAΗ-
KIA AFTKA. ϤAh UAψ AΗ ÏAI-
SΗA. ΘAψKϪ ÏS ψΗ: Ïψ ÏAISΗS
AΝAAΥAΗKAI ΝI ΓAF ÏMMA:

10. ψAKΗh UAψ ÏMMA ΠEIAA-
TΗS. AΗ MIS ΝI KϪAEIS. ΝIΗ
ΥAIST ψATEI ΥAAAΗFΝI AIh
ΗShKAMϤAN ψΗK. ϤAh ΥAA-
AΗFΝI AIh FKAAETAN ψΗK:
11. AΝAhϪF ÏAISΗS. ΝI AIhTE-
AEIS ΥAAAΗFΝϤE AINhΗΝ AΝA
MIK. ΝIh ΥESI ψΗS ATΓIΒAN
ÏΗΠAψKϪ. AΗhψE SA ΓAAEΥ-
ϤAΝAS MIK ψΗS MAIZEIN FKA-
ΥAΗKhT hAΒAIψ:
12. FKAMΗh ψAMMA SϪKIAA
ΠEIAATΗS FKAAETAN ÏΝA: Ïψ
ÏΗAAIEIS hKϪΠIAEAΗΝ. UIψAΝ-
AAΝS. ϤAΒAI ψAΝA FKAAETIS.
ΝI ÏS FKIϤϪΝAS KAISAKA. SA-
ΘAZΗh ÏZEI ψIΗAAΝ SIK SIA-
ΒAΝ TAΗϤIψ. AΝASTAΝAIψ
KAISAKA:
13. ψAΝΗh ΠEIAATΗS hAΗS-
ϤAΝAS ψIZE . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

æ. ⁊ be uꝛe æ he ſceal ſpel-
tan. ꝼoꝛþam þe he cpæð ꝥ
he pæꝛe Lodeſ Sunu:.
8. Ða Pilatuſ ȝehẏꝛde þaſ
ſpꝛæce. þa ondꝛed he hẏm
ðæſ þe ſpiðoꝛ.
9. And eode eft into þam
dom-eꝛne. and cpæð to þam
Hælende. Hpanon eaꝛt ðu:.
Pitodlice ſe Hælend him ne
ſealde nane andſpaꝛe:.
10. Þa cpæð Pilatuſ to
him. Hpi ne ſpꝛẏcſt þu pið
me. naſt þu ꝥ ic hæbbe mih-
te þe to honne. ⁊ ic hæbbe
mihte þe to ꝼoꝛlætenne:.
11. Se Hælend him and-
ſpaꝛode. Næfðeſt þu nane
mihte onȝean me. buton hẏt
pæꝛe þe uꝼan ȝeſeald. ꝼoꝛ-
þam ſe hæfð maꝛan ſẏnne
ſe ðe me þe ſealde:.
12. And ſẏððan ſohte Pi-
latuſ hu he hẏne ꝼoꝛlete:.
Ða Iudeaſ clẏpodon ⁊ cpæ-
don. Lẏf þu hẏne ꝼoꝛlætſt.
ne eaꝛt þu þæſ Laſeꝛeſ
ꝼꝛeond. ælc ðæꝛa þe hẏne
to cẏninȝe deð. ẏſ þæſ La-
ſeꝛeſ piðeꝛ-ſaca:.
13. Ða Pilatuſ þaſ ſpꝛæ-
ce ȝehẏꝛde. þa lædde he ut
þone Hælend. ⁊ ſæt ætꝼoꝛan
þam dom-ſetle on þæꝛe ſtope
þe iſ ȝenemned Lithoſtꝛatoſ.
⁊ on Ebꝛeiſc Labbatha:.

14. Hit pæſ þa Eaſtꝛa ȝeȝeaꝛcunȝ-dæȝ. and hit pæſ ſeo ſẏxte tid. þa
cpæð

cpæð he to þam Iudeon. Heꝛ ẏs eoþeꝛ cẏning:·

15. Hi clẏpodon ⁊ cpædon. Nim hẏne. nim hẏne. ⁊ hoh:· Þa cpæð Pilatus. Sceal ic hon eoþeꝛne cẏning:· Hẏm andsþaꝛedon þa bisceopas and cpædon. Næbbe þe nanne cẏning buton Lasene:·

16. Ða sealde he hẏne hẏm to ahonne:· Ða namon hi ðæne Hælend and tugon hẏne ut.

17. And he sẏlf bæꝛ his ꝛode mid hẏm on þa stoþe þe is genemned Heafod-pannan stoþ. and on Ebꝛeisc Golgotha.

18. Þæꝛ hi hẏne ahengon. and tþegen oðꝛe mid hẏm on tþa healfa. ⁊ þæne Hælend on middan:·

19. Þitodlice Pilatus þꝛat ofeꝛ-geþꝛit. and sette ofeꝛ hẏs ꝛode. þæꝛ þæs on geþꝛiten. ÐYS YS SE NAZARENISCEA HÆLEND. IUDEA CYNING:·

20. Manega þæꝛa Iudea ꝛæddon þis geþꝛit. foꝛþam þe seo stoþ þæs gehende þæꝛe ceastꝛe ðæꝛ se Hælend þæs ahangen:· Hẏt þæs apꝛiten Ebꝛeiscum stafum. and Gꝛeciscum. and Leden stafum:·

21. Ða cpædon þa bisceopas to Pilate. Ne þꝛit þu Iudea cẏning. ac ꝥ he cpæde. Ic eom Iudea cẏning:·

22. Ða cpæð Pilatus. Þæt ꝥ ic þꝛat. ic þꝛat:·

23. Ða þa cempan hine ahengon. hi namon hẏs ꝛeaf. ⁊ þoꝛhton feoþeꝛ dælas. ælcon cempan anne dæl. ⁊ tunecan. seo tunece þæs unasiþod ⁊ þæs eall aþefen [on ufa:·]

24. Ða cpædon hi hẏm betþẏnan. Ne slite þe hẏ. ac uton hleotan hþẏlces uꝛe heo sẏ. ꝥ ðæt halige geþꝛit si gefẏlled þe ðus cþẏð. Hi to-dældon him mine ꝛeaf. and ofeꝛ mine ꝛeaf hi þuꝛþon hlott:· Þitodlice þus dẏdon þa cempan:·

25. Þa stodon þið þa ꝛode þæs Hælendes modoꝛ. ⁊ his modoꝛ sþustoꝛ Maꝛia Cleophe. ⁊ Maꝛia Magdaleniꝛce:·

26. Ða se Hælend geseah hẏs modoꝛ and þæne leoꝛning-cniht standende þe he lufode. þa cpæð he to hẏs medeꝛ. Þif. heꝛ ẏs þin sunu:·

27. Eft he cpæð to þam leoꝛning-cnihte. Heꝛ ẏs þin modoꝛ:· And of þæꝛe tide se leoꝛning-cniht hi nam to hẏm:·

28. Æfteꝛ þẏson þa se Hælend þiste ꝥ ealle ðing þæꝛon ge-endode. ꝥ þæt halige geþꝛit þæꝛe gefẏlled. þa cpæð he. Me þẏꝛst:·

29. Ða stod an fæt full ecedes. hi beþundon ane spingan mid ẏsopo seo þæs full ecedes. ⁊ setton to hẏs muðe.

30. Þa se Hælend onfeng þæs ecedes. þa cpæð he. Hẏt ẏs ge-endod. ⁊

he

he ahýlde hýs heafod and ageaf hýs gast :·

31. Ða Iudeas bædon Pilatum þ man forbræce hýra sceancan. and lete hi nýðer. forþam þe hýt þæs gegearcung-dæg. þ ða lichaman ne þunodon on rode on reste-dæg. se dæg þæs mære reste-dæg :·

32. Ða comon þa cempan and bræcon ærest ðæs sceancan þe mid hým ahangen þæs.

33. Þa hi to þam Hælende comon and gesaþon þ he dead þæs. ne bræcon hi na hýs sceancan.

34. Ac an þæra cempena ge-openode his sidan mid speare. ⁊ hrædlice þar fleop blod ut and þæter.

35. ⁊ se ðe hit geseah cýðde geþitnesse. ⁊ hýs geþitnýs ýs soð. ⁊ he þat þ he soð sæde. þ ge gelýfon :·

36. Ðas þing þæron geþordene þ ðæt geþrit þære gefýlled. Ne forbræce ge nan ban on hým :·

37. ⁊ eft oðer geþrit segð. Hi geseoð on hþæne hig on-fæstnodon :·

38. Þitodlice æfter þam Iosep fram Arimathia bæd Pilatus þ he moste niman þæs Hælendes lichaman. forþam þe he þæs þæs Hælendes leorningcniht. þis he dýde dearnunga for þæra Iudea ege. and Pilatus him lýfde :· Þa com he ⁊ nam þæs Hælendes lichaman.

39. And Nichodemus com þýder. se þe ærest com to þam Hælende on niht. ⁊ brohte þýrt-gemang ⁊ aleþan spýlce hundteontig boxa.

40. Hig namon þæs Hælendes lichaman ⁊ beþundon hine mid linenum claðe mid þýrt-gemangum. sþa Iudea þeaþ ýs to bebýrgenne :·

41. Þitodlice þar þæs þýrt-tun on ðære stope þar se Hælend ahangen þæs. and on þam þýrt-tune þæs niþe býrgen. on þære þa gýt nan mann næs aled.

42. Soðlice þar hig ledon þone Hælend. for ðæra Iudea gearcung. [forðon neh] þæs þa býrgene :·

C. A P. X X.

Ðýs sceal on sæternes-dæg on þære Easter-þucan :·

1. Þitodlice on anum reste-dæge seo Magdalenisce Maria com on morgen ær hit leoht þære. to þære býrgene. and heo geseah þ se stan aþeganumen þæs fram þære býrgene.

2. Þa

2. Þa aꝛn heo ⁊ com to Simone Petꝛe ⁊ to þam oðꝛum leoꝛning-cnihte þe ſe Hælend luſode. ⁊ heo cpæð to him. Hi namon Dꝛihten oſ býꝛgene. and ꝑe nýton hpaꝛ hi hýne ledon:·

3. Petꝛuſ eode ut ⁊ ſe oðeꝛ leoꝛning-cniht. ⁊ comun to ðæꝛe býꝛgene.

4. Þitodlice hig tpegen uꝛnon ætgædeꝛe. ⁊ ſe oðeꝛ leoꝛning-cniht ſoꝛ-aꝛn Petꝛuſ ſoꝛne ⁊ com ꝛaðoꝛ to þæꝛe býꝛgene.

5. ⁊ þa he nýðeꝛ-abeah. he geſeah þa lin-pæda licgan. ⁊ ne eode þeh in:·

6. Þitodlice Simon Petꝛuſ com æfteꝛ him. ⁊ eode into þæꝛe býꝛgene. ⁊ he geſeah lin-pæda licgan.

7. And ꝥ ſpatlin þe pæſ uppan hiſ heaſde. ne læg hýt na mid þam lin-pædon. ac on-ſundꝛon geſealden on anꝛe ſtope:·

8. Þa eode eac in ſe leoꝛning-cniht þa æꝛeſt com to þæꝛe býꝛgene. and geſeah ⁊ gelýſde.

9. Þitodlice þa git hi ne cuðon haligе gepꝛit. ꝥ hýt gebýꝛede ꝥ he ſceolde ſꝛam deaðe aꝛiſan:·

10. Ða ſoꝛon eſt þa leoꝛning-cnihtaſ to þam oðꝛum:·

Ðýſ godſpel gebýꝛað on þunꝛeſ-dæg innan þæꝛe Eaſteꝛ-pucan:·

---

11. Þitodlice Maꝛia ſtod þaꝛ ute æt þæꝛe býꝛgene ⁊ peop. and þa heo peop. heo abeah nýðeꝛ ⁊ beſeah innan þa býꝛgene.

12. ⁊ geſeah tpegen englaſ ſittan mid hpiton ꝛeaſe. anne æt þam heaſ-don ⁊ oðeꝛne æt þam ſotum. þæꝛ ðæſ Hælendeſ lic aled pæſ:·

13. Hi cpædon to hýꝛe. Þiſ. hpi pepſt þu:· Þa cpæð heo to him. Foꝛ-ðam hi namon minne Dꝛihten. ⁊ ic nat hpaꝛ hi hýne ledon:·

14. Ða heo þaſ þing ſæde. þa bepende heo hi on-bæc. ⁊ geſeah hpaꝛ ſe Hælend ſtod. ⁊ heo nýſte ꝥ hýt ſe Hælend pæſ:·

15. Ða cpæð ſe Hælend to hýꝛe. Þiſ. hpi pepſt þu. hpæne ſecſt ðu:· Heo pende ꝥ hýt ſe pýꝛt-peaꝛd pæꝛe. ⁊ cpæð to hým. Leoſ. gýſ þu hýne name. ſege me hpaꝛ þu hýne ledeſt. ⁊ ic hýne nime:·

16. Þa cpæð ſe Hælend to hýꝛe. Maꝛia:· Heo bepende hi and cpæð to him. Rabboni. ꝥ ýſ gecpeden Laꝛeop:·

17. Ða cpæð ſe Hælend to hýꝛe. Ne æthꝛin þu min. nu gýt ic ne aſtah to minum Fæðeꝛ. gang to minum bꝛoþꝛum ⁊ ſege him. Ic aſtige to minum Fæðeꝛ and to eopꝛum Fæðeꝛ. and to minum Gode and to eopꝛum Gode:·

18. Ða com seo Magdalenisce Maria. ⁊ cýðde þam leornung-cnihtum ⁊ cpæð. Ic geseah Drihten. ⁊ þas þing he me sæde:.

Ðýs godspel gebýrað seofon-nýht ofer Eastron:.

---

19. Þa hit pæs æfen on anon þæra reste-daga. and þa dura pæron belocene þær þa leornung-cnihtas pæron gegaderode for ðæra ludea ege. se Hælend com ⁊ stod to middes hýra ⁊ cpæð to hým. Si sib mid eop:.

20. ⁊ þa he þ cpæð. he ætýpde hým hýs handa ⁊ hýs sidan:. Ða leornung-cnihtas pæron blýðe. þa hi hæfdon Drihten gesapen:.

21. He cpæð eft to hým. Si sib mid eop. spa spa Fæder me sende. ic sende eop:.

22. Ða he þ cpæð. þa bleop he on hi and cpæð to hým. Underfoð haligne Gast.

23. Þæra sýnna þe ge forgýfað. hi beoð hým forgýfene. and þæra þe ge healdað. hig beoð gehealdene:.

24. Þitodlice Thomas an of þam tpelfum. ðe ýs gecpeden Didimus. þ ýs Gelýcost on ure geþeode. he næs mid hým þa se Hælend com.

25. Ða cpædon þa oðre leornung-cnihtas to hým. Þe gesapon Drihten:. Ða cpæð he to hým. Ne gelýfe ic. buton ic geseo þæra nægla fæstnunge on hýs handa. ⁊ ic do minne finger on þæra nægla stede. ⁊ do mine hand to his sidan:.

26. ⁊ eft æfter ehta dagum his leornung-cnihtas pæron inne. ⁊ Thomas mid him. se Hælend com belocenum durum. ⁊ stod to middes him ⁊ cpæð. Sý eop sib:.

27. Sýððan he sæde Thome. Do þinne finger hider ⁊ geseoh mine handa. and nim þine hand and do on mine sidan. and ne beo þu ungeleaffull ac geleaffull:.

28. Thomas andspanode and cpæð to him. Ðu eart min God and min Drihten:.

29. Se Hælend cpæð to him. Þu gelifdest forðam þu me gesape. ða sýnt eadige þe ne gesapon. and gelýfdon:.

30. Þitodlice manege oðre tacen se Hælend porhte on his leornung-cnihta gesýhðe. þe ne sýnt on þisse bec appritene.

31. Þitodlice þas þing sýnt appritene. þ ge gelýfon þ se Hælend ýs Crist Go-

Godes Sunu. ⁊ ꝥ ge habbað ece lif þonne ge gelýfað on his naman:·

CAP. XXI.

Ðýs godspel gebýrað on þodnes-dæg innan þære Easter-þucan:·

1. Eft æfter þam se Hælend hýne gesþuteluðe þus æt þære Tiberiadiscan sæ.

2. Simon Petrus. and Thomas þe ýs gecþeden Gelýcost. þæron ætgædere. and Nathanael se þæs of Chanaa Galilææ. and Zebedeus sunu. and oðre tþegen þæra leorning-cnihta:·

3. Ða cþæð Simon Petrus to hým. Ic þýlle gan on fixoð:· Ða cþædon hi to hým. And þe þýllað gan mid þe:· ⁊ hi eodon ut ⁊ eodon on scip. ⁊ ne fengon nanðing on þære nihte:·

4. Þitodlice on ærne-mergen se Hælend stod on þam strande. ne gecneoþon þeah ða leorning-cnihtas ꝥ hit se Hælend þæs.

5. Ða cþæð se Hælend to hým. Cnapan. cþeðe ge hæbbe ge sufoll:· Hig andsþaroðon hým ⁊ cþædon. Ne se:·

6. He cþæð to him. Lætað ꝥ nett on þa sþiðran healfe ðæs reþettes. and ge gemetað:· Hi leton þitodlice. and ne mihton hýt ateon for ðæra fixa mænigeo:·

7. Þitodlice se leorning-cniht þe se Hælend lufode. cþæð to Petre. Hýt ýs Drihten:· Ða Petrus gehýrde ꝥ hýt Drihten þæs. þa dýde he on hýs tunecan. and begýrde hýne. þitodlice he þæs ær nacod. and scet innan sæ:·

8. Ða oðre leorning-cnihtas reoþon þar to. hi þæron unfeor fram lande sþýlce hit þære tþa hund elna. ⁊ tugon hýra fisc-nett:·

9. Ða hig on land eodon. hi gesaþon licgan gleda. and fisc þar on fýr. and hlaf.

10. Ða cþæð se Hælend to hým. Bringað þa fixas þe ge nu gefengon:·

11. Simon Petrus eode upp. ⁊ teh hýs nett on land. micelra fixa full. þæra þæs hundteontig ⁊ þreo ⁊ fiftig. and þa hýra sþa fæla þæs. næs ꝥ nett tobrocen:·

12. Ða cþæð se Hælend to hým. Gað hýder. and etað:· And nan þæra

þe þaꝛ ſæt. ne doꝛſte hẏne axian hpæt he pæꝛe. hi piſton ꝥ hit pæſ Dꝛihten:.

13. ⁊ ſe Hælend com ⁊ nam hlaf ⁊ eac fiſc. ⁊ ſealde him:.

14. On þẏſum pæſ ſe Hælend þꝛipa geſputelud hẏſ leoꝛning-cnihtum þa he aꝛaſ of deaðe:.

15. Ða hi æton.

Ðẏſ godſpel gebẏꝛað on Petꝛeſ mæſſe æfen:.

þa cpæð ſe Hælend to Simon Petꝛe. Simon Iohanniſ. lufaſt þu me ſpiðoꝛ ðænne þaſ:. He cpæð to hẏm. Lea Dꝛihten. þu paſt ꝥ ic ðe lufige:. He cpæð to hẏm. Heald mine lamb:.

16. He cpæð eft to him. Simon Iohanniſ. lufaſt ðu me:. He cpæð to him. Lea Dꝛihten. þu paſt ꝥ ic ðe lufige:. Ða cpæð he to him. Heald mine lamb:.

17. He cpæð þꝛiddan ſiðe to him. Simon Iohanniſ. lufaſt þu me:. Ða pæſ Petꝛuſ ſaꝛig foꝛðam ðe he cpæð þꝛẏddan ſiðe to hẏm. Lufaſt þu me. and he cpæð to him. Dꝛihten. þu paſt ealle þing. þu paſt ꝥ ic þe lufige:. Ða cpæð he to hẏm. Heald mine ſceap.

18. Soð ic ſecge þe. þa þu gingꝛa pæꝛe. þu gẏꝛdeſt þe ⁊ eodeſt þæꝛ þu poldeſt. pitodlice þonne þu ealdeſt. þu ſtꝛecſt þine handa. and oðeꝛ þe gẏꝛt and læt þẏdeꝛ þe þu nelt:.

19. Ðæt he pitodlice ſæde and tacnude hpẏlcon deaðe he polde Lod geſputeligan:.

Ðẏſ godſpel gebẏꝛað on S. Iohanniſ Euuangeliſta mæſſe-dæg:.

And þa he ꝥ ſæde. þa cpæð he to hẏm. Fẏlig me:.

20. Ða Petꝛuſ hẏne bepende. þa geſeah he ꝥ ſe leoꝛning-cniht him filigde þe ſe Hælend lufode. ſe þe hlinode on gebeoꝛſcipe ofeꝛ hẏſ bꝛeoſt. ⁊ cpæð. Dꝛihten. hpæt ẏſ ſe þe ðe belæpð:.

21. Pitodlice þa Petꝛuſ þiſne geſeah. þa cpæð he to þam Hælende. Dꝛihten. hpæt ſceal þeſ:.

22. Ða

22. Ða cpæð ſe Hælend to him. Ic pýlle þ he puniȝe ðuſ oð ic cume. hpæt to þe. ƒýliȝ þu me :·

23. Þitodlice þeoſ ſpꝛæc com ut ȝemanȝ bꝛoðꝛum. þ ſe leoꝛninȝ-cniht ne ſpýlt. and ne cpæð ſe Hælend to him. Ne ſpýlt he. ac. Ðuſ ic pýlle þ he puniȝe oð ic cume. hpæt to þe :·

24. Ðýſ ýſ ſe leoꝛninȝ-cniht þe cýð ȝepitnýſſe be þýſon. ⁊ pꝛat ðaſ ðinȝ. and pe piton þ hýſ ȝepitnýſ ýſ ſoð :·

25. Þitodlice oðꝛe maneȝa þinȝ ſýnt þe ſe Hælend poꝛhte. ȝýƒ þa ealle apꝛitene pæꝛon. ic pene ne mihte þeſ middan-eaꝛd ealle þa bec beƒon :· Amen :·

F I N I S.



THOMÆ MARESCHALLI, *Angli*,

OBSERVATIONES de Versione GOTHICA,

nec non

in ejusdem insigniores aliquot à Textu GRÆCO discrepantias.

De Versione GOTHICA.

UT *Gentes* Christo *cederent in hæreditatem, ultimíq; terræ fines in possessionem*; (Psal. II, 8.) mandavit ipse Dominus Apostolis suis, ut *euntes docerent omnes Gentes*, (Matth. XXVIII, 19.) indidémq; discipulos indiscriminatim facerent. Atque ex istis Euangelii seminibus, quæ viri Apostolici sparserunt in regionibus toto cœlo disjunctis, intérq; populos ob sermonis diversitatem prorsus insociabiles, miris subinde modis οἱ εὐαγγελιζόμενοι creverunt *in unitatem Fidei & agnitionis Filii Dei*. (Ephes. IV, 13.) Quod, præter Ecclesiarum Symbola sive Fidei formulas, evincunt & antiquiores S. Euangelii traductiones: quæ licèt in terris longissimè dissitis productæ, in linguis nimium quantum dissonantibus expressæ, atq; à diversi instituti hominibus elaboratæ fuerint; in momentis tamen ad Christianam Fidem stabiliendam necessariis, felicissimâ harmoniâ inter se consentiunt, suámq; mutuò corroborant authoritatem. Habuit olim Ecclesia *Occidentalis* Versionem suam *Latinam*, quam dicimus *Vulgatam*; impolitiorem quidem eam, & barbarismis non emaculatam: sed cujus auctor, quicunque tandem fuerit ille,

longè instructior erat ad hauriendum ex Fontibus linguis, quàm ad transfundendum in eloquium Romanum. Ex *Oriente* affulsit Lux Euangelica in præstantissimâ illâ venerandâq; *Syrorum* Translatione, itémq; in pluribus *Arabum* ac *Persarum:* quibus & aliam quoque *Armenicè* propediem adjiciendam promiserat non ita pridem propagatrix literarum Ars typographica. Nec *Meridies* ἀσύμβολ@ dici debet, qui N. Fœdus *Æthiopicè* contulit. Et sperare licet aliquando eventurum, ut vetustum Ecclesiæ *Copticæ* monumentum Euangelicum, à luctâ cum pulvere ac tenebris vindicatum, publicâ quoque luce libertatéq; donatum evadat. Restat adhuc *Borealior* à nobis mundi plaga, quæ vix aliquid hujus materiæ, quantum vidimus, protulit, è reconditis saltem superioris antiquitatis penetralibus: nisi forsan hìc locum mereantur *Moscovitica* Biblia, quæ Ostrobiæ prodierunt, anno Christi ↄ ↃↃ ⅠↃXXXI. Sed, quod antiquitatem primævam, canitiémq; minimè fucatam ostentare potest, nunc tandem è tenebris, propitio Deo ac felici manu *Juniand* eruitur quantum reliquum est è longè vetustissimo Monumento *Septentrionali*, Versione Euangeliorum perantiquâ *Gothicâ*. Quum igitur *Gothi* à *Scythis* censeantur oriundi, ac *Barbari* passim audiant apud Ecclesiæ historicos; nunc demum concessum est, cum Gentium Apostolo, apertè & consignatè posse pronunciare; *Non est Gentilis & Judæus, Circumcisio & Præputium, BARBARUS & SCYTHA, servus & liber: sed omnia & in omnibus* est *Christus*; Colos. III, 11. Et quodammodo etiam ratum fit illud Euangelici Prophetæ; *Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ*; Jesai. XLIII, 5, 6. Nam, *Recordatus est* Dominus *misericordiæ suæ, & veritatis suæ erga domum Israel: Viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri*; Psal. XCVIII, 3.

§. 2. *ULPHILAM* (qui & *Ulphillas* & *Urphilas* aliàs vocatur) *Gothorum* Episcopum, inventorem fuisse literarum *Gothicarum*, atq; in linguam *Gothorum* S. Scripturas convertisse circa tempora *Valentiniani* & *Valentis* Impp. testantur *Socrates Scholasticus*, *Sozomenus*, aliíq;. *Socratis* hæc sunt verba: Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπ@ γράμματα ἐφεῦρε Γοτθικὰ, καὶ τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλὼν, τὰς βαρβάρους μανθάνειν τὰ θεῖα λόγια παρεσκεύασεν. Eccles. hist. lib. IV, cap. 33. *Sozomenum* verò de hoc *Gothorum* Antistite sic legimus affirmantem: Πρῶτ@ ὃ γραμμάτων ἐυρετὴς ἀνὴρ ἐγένετ@, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν φωνὴν μεθέρμοσε τὰς ἱερὰς βίβλους. Eccles. hist. lib. VI, cap. 37. Quem planè sequitur *Nicephorus Callist.* in Eccles. hist. lib. XI, cap. 48. aliíq; multi. Quid? quòd R. *Abraham* ille, auctor libri, cui titulus טלטי הגבורים meminerit literarū quas *Ulphilas* excogitavit, quásq; tradidit immanissimo populo, quem *Gothos* nuncupabant. Sic autem Rabbinus ille, magni apud suos nominis, ubi de Gentiū linguis differit, exorditur: — האלפא ביתא קטנה וגדולה שמצא ההגמון אולפילאס

Alpha-

Alphabetum minutum majuſculúmq; quæ ULPHILAS Epiſcopus invenit, &c. At verò, quod obiter notandum, Alphabeta ſub nomine *Gothicorum* circumferuntur, quæ potiùs *Runica* dixerunt alii, qúæq; Judæo fuiſſe ob oculos putavi: ſed hæc planè aliena ſunt ab iis quæ exhibet Cod. *Argenteus*. Mihi ſanè ſcriptioni *Gothicæ* idem accidiſſe videtur, quòd *Copticæ* & *Moſcoviticæ*: quarum ſingularum characteres effigiati fuerunt ad vetuſtiorem *Græcorum* formam; præter paucos, aut aliunde acceptos, aut quos ipſi artifices pro arbitrio excogitabant ad exprimendos ſonos unicuique ſermoni peculiares, quóſq; *Graiorum* os rotundum ignoraverat. Cl. vir qui ſummâ curâ deſcripſerat cod. Euangeliorum *Gothicum*, ejuſdem etiam literas pari diligentiâ expendit, in Tractatu præcurſorio ad *Gothicum* Gloſſarium: eò lector omnino amandandus.

§. 3. An *Ulphilas* univerſa Biblia in idioma *Gothicum* traduxerit, non eſt à nobis anxiè ſcrutandum. Si cui ſit animus hoc diſtinctè pernoſcere, adeat qualiſcunque fidei ſcriptorem, qui hanc rem fuſiùs enarravit, *Philoſtorgium* dico: in cujus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, à *Photio* in epitomen redactæ, lib. II, cap. 5. hæc leguntur: Καὶ πάπε ἀλλ' αὐλῶν (τῶ Γότθων ſcil.) ἐπιμελεῖτο (ὁ Ὀυρφίλας ἐπίσκοπ@ αὐλῶν ὠ@ν@) τὴ γραμμάτων αὐθῖς οἰκείων ἐυρεῖὴς κἀξεσὶς, μελίφρωσεν εἰς τὸ φωνὸ ἁς γραφὰς ἀπάλας, πολίνγε ὄ τῶ Βασιλείων, ἅπε τῶ μὲν πολέμων ἰσορίαν ἐχθσῶν, τῶδε ἔθνθς ὄνθς φιλοπολίμθ κὴ δρομένθ μᾶλλον χαλινᾶ τῶ ἐπὶ ἁς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' ἁ τῶ ὠὸς πῶπε παρξωώνθ@. Hic itaque dicit *Urphilam* (ut eum ubiq; vocat) literas *Gothicas* inveniſſe, & totam S. Paginam *Gothicè* tranſtuliſſe, præter libb. Regum qui res bellicas tractant. Quod autem ad arma capeſſenda ſpectat; *Gothi*, inquit, ſtudio præliandi flagrantes, fræno potiùs indigent ad cohibendum, quàm ſtimulo ad incitandum. Si auctor iſte, partium ſtudii ac ſubleſtæ fidei non eſſet poſtulandus, aptiſſimus eſſet natus ad hanc rem perfectè expediendam. Erat enim *Philoſtorgius*, ut credi poteſt, popularis *Ulphilæ* ac coætaneus. De hujus quidem parentibus ſic ille: Οἱ Ὀυρφίλα πρόγονοι Καππαδόκαι μὲν γίν@. cap. ſupr. citat. Matris quoq; ſuæ parentes *Cappadoces* fuiſſe affirmat idem, in Eccleſ. hiſt. lib. IX, cap. 9. Porrò, ſuiipſius natalem refert *Philoſtorgius* ad an. Dom. CCCLXVIII. imperium tunc adminiſtrantibus *Valentiniano* & *Valente*: quo tempore & *Gothorum* hunc Antiſtitem in vivis fuiſſe non obſcurè teſtantur *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoritus*, &c. Verùm hiſtoricus iſte, à cæteris in hoc diverſus, hiſtoriam *Ulphilæ* collocat ſub imperio *Conſtantini* M. circa an. Dom. CCCXXVI. ubi de nobiliſſimo Imp. ſic etiam ſcribit: Καὶ ἓν Ὀυρφίλαν ὁὰ τελείσης ἦγε τιμῆς, ὡς κὴ πολλάκις Ὁ ἐφ' ἡμῶν Μωσῆς λέγειν πρὸ αὐλῶ. i. e. *Et Urphilam ſummo honore affecit* Conſtantinus Imp. *adeò ut ab eo ſæpiùs appellaretur Noſtri temporis Moſes*. Cui *Photius* epitomator hanc ſubnectit cenſuram: Λίαν δὲ ὅτ@ ἓν ἀνδρ@ θεαζει, κὴ τ αἱρελικῆς αὐλῶ δόξης ἐραςὴ αὐθν τε κὴ τὰς ὑπ' αὐθν ἀναγράφει, *Valdè hunc* Urphilam *deprædicat* Philoſtorgius, *ſcribítq; hæreticæ opinionis*

suæ cultores fuisse & ipsum & eos qui sub ipso erant. lib. II, cap. 5. Ubi videmus hos duos etiam in hoc infeliciter convenisse, ut uterque commaculatus fuerit seculi sui peste, Arianismo. *Philostorgium* Eunomianismo addictum fusè probat *Ja. Gothofredus* in Prolegom. ad *Philostorg*. De *Ulphilæ* verò ac *Gothorum* suorum lapsu ad Arianam hæresin, consulendi sunt *Socrat*. lib. IV, cap. 33. *Theodorit*. lib. IV, cap. 37. *Sozom*. lib. VI, cap. 37. prout distinguuntur in Gr. edit. Rob. Stephani, an. 1544. Hanc tamen hujus Episcopi qualemcunque defectionem verisimile est evenisse circa vitæ ejus scenam extremam, atq; post Traductiones Biblicas demum confectas. Sed hac de re postea dabitur occasio dicendi explicatiùs.

§. 4. Hactenus de *Ulphilâ*, & seculo quo vixerit, déq; *Gothico* ejus Alphabeto ac Versionibus Biblicis in genere. Quod Opus præsens speciatim attinet, id hujus Antistitis fœtum esse, non licet probare argumento illo quo potissimùm nitimur in genuinis Veterum Operibus vindicandis: conferendo nempe alicui ambiguè asscripta, cum aliis ejusdem auctoris extra controversiam positis; cúmve particulis quas è scriptis ejus germanis adduxerunt scriptores alii probatæ fidei ac vetustatis indubitatæ. Siquidem nihil omnino ab hoc viro scriptum, vel mihi videre, vel alicui, quod sciam, veterum laudare contigerit: sed nec quidquam purè *Gothicum* ad manus nostras pervenit, præter Euangelia nunc primùm evulgata, eáque gravissimis, quod dolendum, hiatibus laborantia. Mihi certè stupenda *Argentei* codicis vetustas argumentum est non contemnendum, hanc Versionem non aliam esse quàm Episcopi *Gothorum* illam antiquissimam. Ut nihil dicam de quibusdam remotioris antiquitatis in ipso Opere vestigiis, quæ nunc sigillatim prosequi nec vacat, nec expedit. Placet tantummodò memorare quid hac de re senserit Vir longè doctissimus, Ecclesiarúmq; Britannicarum immortale decus, *Jacobus Usserius*, Archiepiscopus Armachanus: in epistolâ enim datâ ad Cl. *Junium*, quæ post *Gothicum* Alphabetum extat typis impressa, sic ille: *Ubi & illud notandum*; *Orationem Dominicam* Gothicam *doxologiâ illâ concludi*, *quæ in vetere Latinâ Bibliorum editione desideratur*. *Ut ex Græco fonte* Gothicam *istam Novi Testamenti versionem derivatam esse appareat*, *& ex ipsius* Wulphilæ *primævâ traductione descriptam*. Cui adjici quoque debet quod occurrit in *Abrahami Wheloci* Notis ad Euangelia *Persica*: ubi Doxologiæ jam dictæ antiquitatem è Versionibus *Syriacâ*, *Arabicâ*, *Persicâq*; asserturus vir eruditus, subnectit in Not. ad Matth. VI. *Quin &*, *cùm patriam* Gothicam *Persæ ex parte pro suâ agnoscant*, *clausulam hanc* è Gothicis *à Cl.* Grutero (*ut vir summus in Ecclesiâ R Rs Armachanus* Ja. Usserius *mihi indicavit*) *erutam*, *à grege Christi sub* Ulphilâ *Episcopo*, *circa annum Christi plùs minùs* CCC. *recitari solitam*, *hìc describere non supervacaneum duxi*: *viz*. **Denn dein ist dass reich / und macht / und heerlicheit in ewicheit, Amen,** *i. e.*

Nam

Nam tuum est regnum, & potentia, & gloria, in seculum sempiternum. Amen. Hæc ille. Ubi obiter notandum sententiolam jam productam, quâ peroratur Domini precatio, omnino *Gothicam* non esse, sed *Germanicam*. Fraudi nempe fuerat altera apud *Gruterum* columna, quâ *Gothica* non verbis aut literis tenus, ut videbatur, expressa sunt nostræ scriptionis elementis; sed *Alamannicè* tantummodò quoad sensum interpretata.

§. 5. Codex, è quo depromitur hoc Euangelicum Opus *Gothicè* conscriptum, appellatur recepto titulo *ARGENTEUS:* eâdem fermè de causâ quâ Codex quidam *Latinus*, cujus *Erasmo* copiam fecerat *Margareta Caroli* Cæsaris amita, plerumq; ab ipso citatur sub *Aurei Codicis* nomine; *quòd totus & auro sit convestitus*, inquit ille, *& aureis literis pulchrè descriptus.* Eras. in Præfat ad Lectorem in Annot. N. Test. Qualiter autem habitum fuerit monumentum istud venerandum, antequam in manus inciderit *Junianas*, appositè docet narratiuncula quæ extat apud *Janum Gruterum*, Inscriptionum antiquarum pag. CXLVI. videl. Arnoldus Mercator *ait extare in bibliothecâ Abbatiæ* Werdinensis *Codicem antiquissimum, ante mille plùs minùs annos in pergameno aureis & argenteis literis perscriptum, continentem quatuor Euangelistarum Opus, sed, quod dolendum est, lacerum, diruptum, & nullo ordine, ignorantiâ compactoris, colligatum.* Aureis literis, si rectè conjiciebam qui semel tantùm atq; obiter κειμήλιον inspexi, pingitur una aut altera initialis linea cujusq; κεφαλαίης sive tmematis majoris; cætera, argenteis. Prout in vetusto Euangeliorum *Coptico* monumento, quod totum penè atramento exaratum cernitur, præter duas uniuscujusq; Sectionis majoris lineas primas, quæ semper scribuntur literis miniatis. Quod etenim Vetustioribus *Græcorum, Latinorum, Arabum, Coptitarúmq;* exemplaribus MSS. sæpiùs accesserit, id quoque videmus accessisse & Codici *Argenteo*, ut Canones, quos *Eusebianos* vocant, habuerint ascriptos, aut saltem Canonibus numeros respondentes. Quantos denique labores exantlaverit, quótq; molestias devoraverit incomparabilis diligentiæ ἐρημοδιώκης, in obscuris ac evanescentibus literis discernendis, in dictionibus coalescentibus ritè distinguendis, in omnibus describendis, conferendis, accurandisq;, ut justæ primitiæ suis ipsius Typis excusæ prodeant; ex parte testari ac subinde mirari possum, dignè verò enarrare atq; pro merito enunciare omnino non valeo.

§. 6. Ad me quod spectat: cœperam tentare cujusmodi esset hæc Versio, à plurimis abhinc seculis orbi inexplorata; pellectus nimirum tam vetustissimæ literaturæ veneratione, quàm redivivi novitate monumenti. Paucula subnotaveram in quibus *Gothica* traductio à Textu *Græco* aliquantò discedebat, quæ impressi mei exemplaris oræ ascribenda, non alio fine, tunc temporis destinabam. Communicatis tamen istis cum Cl. *Junio*, instabat vir summus ut junctâ operâ

instituerem examen Euangelii *Gothici* ad Fontem *Græcum*. Legebat itaque ille, & primo ingreſſu aliquando explicabat *Got.* Apographon, quod ego exigebam ad perpendiculum *Græcum*. In Adverſaria denique conjiciebam Lectiones variantes, eáſq; longè plures quàm initio ſperabam: ſed nullo prorſus animo evulgandi quæ congeſſeram. Quid multa? jubet amiciſſimus ſenex, ut tumultuariò ſcripta ad incudem revocem, rudia perpoliam, cum Verſionibus penes me aliis componam, & Obſervata committam prelo ferventi. Ego contrà averſatè renuere: Occupationes aliæ ſatìs per ſe graves, ac indies recurrentes, non ſinunt; temporis anguſtiæ, quibus coarctor, refragantur; ſemita non aggeſta, dumis ac vepribus obſita, deterret; & (quod omnium gravaminum mihi longè graviſſimum) in multis percipio *Gothica* à *Græcis*, quæ noſtris manibus teruntur, exemplaribus diſſentientia: homines quoque malè feriatos video geſtire (quæ petulantia eſt ingeniorum hujus ſeculi improborum) ut quâvis arreptâ confictâve occaſione, receptiſſimam lectionem Sacro-ſancti Inſtrumenti ſollicitent, convellant atq; intrepidè labefactent. Quibus omnibus tamen non obſtantibus, me paſſus ſum demum, licèt ſerò, perſuaderi his argumentis. Si propter aliquas diſcrepantias extinguendæ ſint omnes Verſiones Biblicæ, de quibuſvis antiquiorum conclamatum eſt. Si diſcordiam aliqualem in circumſtantiis detorturi ſint perverſi: alii nihilominus adorabunt divinam bonitatem, ob feliciſſimum conſenſum in Fidei fundamentis. Si Veterum Scripta evulgare liceat, licet & fideliter explicare: at ea tandem pro ſincerâ explicatione haberi debet, quæ proximè accedat ad mentem auctoris. Dum hanc apologiam feſtinans ſcribo, mecum repeto quàm ſupervacanea futura ſit cordato lectori: ſed hoc ille cenſeat concedendum eſſe nobis, qui ſumus Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ϲοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέται· Rom. 1, 14. Paucis rem dicam. Hucuſq; deventum eſt, ut Euangelia *Gothica* è *Græco* traducta excuſa ſint, ſed abſque continuâ expoſitione (quod optandum eſſet) *Latinâ*. Remittendus itaque lector ad *Græca* quæ *Gothicis* notiora, ut ex notioribus ignota aliquatenus intelligat. Quum autem tranſlatio iſthæc vetuſta à *Græcis* noſtris quandoq; abierit, id vel digito monſtrari, lectoris imperiti intereſſe judicabam. Porrò, doctiſſimus Gloſſarii *Gothici* auctor, in allegatorum explicatione, ex profeſſo ſequitur vulgatam *Lat.* interpretationem, *Græca* tantùm aliquoties atq; in auctarium ferè introducens. Advertens ideoq; Vir celeberrimus veterem *Latinam* non ubiq; ſupplere vices commodi interpretis, monuit quoq; ipſe ut *Gothica* exigerentur ad normam propriam ac primitivam *Græcam*. At ſi in Variationibus recenſendis, aliquid ſcholiis obiter illuſtrem, id præter inſtitutum primarium atq; ὐ ἀποδήκης μέρει accidere ſentiat lector: quod ideo monendum duxi, ne juſtum Commentarium, aut perpetuas Annotationes quis expectaret, vel quod nobis præſtare nunquam fuit in animo.

OBSER-

OBSERVATIONES

in versionis GOTHICÆ *insigniores aliquot à Textu* GRÆCO *discrepantias.*

MATTHÆI CAP. V. VERS. 27. 27 & 21.

ΤΟΪΣ ἀρχαίοις·] Desunt in Got. itémque in aliquot codd. Gr. nec non Interpp. Syro, Copto, Arabum uno, &c. Perpendant hìc docti, an Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις non sit potiùs cum Interpp. vetustioribus vertendum per Πρὸς τοὺς ἀρχαίους, quàm cum recentioribus aliquot, per Ὑπὸ τῶν ἀρχαίων· prout nempe accipitur, *Rom.* IX, 12. Ἐῤῥέθη αὐτῇ· & *vers.* 26. Ἐῤῥέθη αὐτοῖς, &c. Certè *vers.* 21. hujus tmematis, pro Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, habet noster Interp. ΩΙΨΑΝ ΪΣΤ ΨΑΙΜ ΑΙΚΙΖΑΜ. q. d. *Dictum est ad priscos*, vel *antiquos:* quomodo & Syr. לקדמיא Arab. ללאולין Copt. ⲛ̀ⲛⲓⲁⲣⲭⲉⲟⲥ sumenda sunt. Neque Glossatores Anglo-Sax. MSS. longè vetustissimi aliter intellexerunt *Antiquis* in vulg. Lat. *Aldredus* enim reddit, To ðæm aldum *Farmennus* autem, þæm iu monnum & þæm ȝu monnum:. Plurimorum testimonia huc spectantia congerere nec res ipsa postulat, nec patiuntur nostræ horæ. Quæstio est, Utrum in hac locutione, *Dictum est antiquis*, *Antiqui* habendi sint pro *Dicentibus*, an verò pro *Audientibus*? Versiones citatæ astruunt posterius: nec tamen prius explicitè rejiciunt. Nam Judæorum quoq; corruptelas ac Glossas perversas, præter divina Præcepta, introduci nemo non videt. Sed polemica tractantium est hæc penitiùs discutere: nobis res est cum ipsomet Textu, quem vocant, literali.

VERS. 44. Ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς.] Got. tantùm ΒΙ ΨΑΝΣ ΠΣΨΚΙΠΤΑΝΔΑΝΣ ΪΖΥΙΣ. Est autem ΠΣΨΚΙΠΤΑΝ κόπον & κόπους παρέχειν· *Luc.* XVIII, 5. & *Mar.* IV, 6. q. d. *Molestiis exagitare, urgere, lacessere.* Incertum, an Interp. hoc uno vocabulo utrumq; Gr. complecti voluerit: aliàs ἐπηρεάζειν redditur Gothicè ΑΝΑΜΑΗΤϤΑΝ. *Luc.* VI, 28. q. d. cum Hesychio Ἐπηρεάζειν, βιάζειν· est enim *Vi opprimere, violentiâ insectari* vel etiam *diripere.* Διώκειν verò per ΥΚΙΚΑΝ transfertur in *Joh.* XV, 20. i. e. *Persequi*, ut videtur, *ulci-*

ulciscendi animo. Τὸ ἐπηρεάζειν altiori dignum est indagine. Qui Gothica distinctiùs illustrata expetit, relegandus est ad plurimi sudoris lucubrationes, Glossarium, dico, Gothicum eruditissimi *Junii*. Nos pro modulo nostro pauca attigisse sumus contenti.

VERS. 46. Οἱ τελῶναι] Got. ψλι ψιηαϩ. *Gentes, Gentiles*. Siquidem τὰ ἔθνη dicuntur ψιηαϩs. *Matth.* VI, 32. ac ejusdem capitis *vers.* 7. οἱ ἐθνικοὶ, ψλι ψιηαϩ. Sed & Ἕλλην, qui notissimo Septentrionalibus vocabulo quandoque vocatur hλιψν. *Mar.* VII, 26. hoc quoque nomine non semel gaudet: ut, *Joh.* VII, 35. Μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας; ΝΙΒλΙ ΪΝ ΑΙSΤΛhΕΙΝ ψιηαϩ SΚΗΛΙ ΓΛΓΓΛΝ. ϤΛh ΛΛΙSϤΛΝ ψιηαϩS: Si itaque legisset Interpres Gothicus τελῶναι, incommodè nimis transtulisset per ψιηαϩ. *Telonarios* scil. omnes pronunciando *Ethnicos*. Quum Judaicæ genti invisissima vectigalium exactio non demandata fuerit Gentilibus solis; verùm ipsi quoque Judæi, popularibus suis eo nomine infensiores, pensum illud nonnunquam pariter accuraverint. Namq; præter *Matthæum Publicanum*, & *Zacchæum Publicanorum* principem, in textu Euangelico celebratos; legimus in Gemarâ Talm. Bab. tract. Sanhedr. cap. III. § 3. אבוה דרבי זירא עבד גביותא תליסר שנין: i. e. *Pater R. Zeiræ Publicanum egit tredecim annos*: qui omnes Judæâ stirpe oriundi censentur. Contrarium quidem statuebat Tertullianus, de quo sic Hieronymus: *Vehementer admiror Tertullianum in eo libro, quem de pudicitiâ adversùm pœnitentiam scripsit, & sententiam veterem novâ opinione dissolvit; hoc voluisse sentire, quòd Publicani & peccatores, qui cum Domino vescebantur, Ethnici fuerint, dicente Scripturâ: Non erit vectigal pendens ex Israel*. Tom. III. epist. ad Damasum. At Viro perspicaci imposuisse puto versiculum illum in Græcâ Pentateuchi Versione extantem, nimirum *Deut.* XXIII, 18. Οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ—. Sed hæc ulteriùs prosequi, non est hujus loci. Quin noster Interp. pro τελῶναι hìc legerit Ἐθνικοὶ, non dubitabit quicunque mecum expenderit variantem lectionem planè eandem in versu proximè sequente. Sicut enim noster pro *Publicani* hic substituit *Ethnici*: eâdem sorte illic pro τελῶναι, exhibent plures Codd. Gr. Ἐθνικοί. In vetusto Euangeliorum Copticè versorum exemplari MS. retinetur Gr. ΕΘΝΙΚΟϹ ⁘ Lat. vulgat. habet *Ethnici*: cui accommodatum fuisse illud الامم in Arab. Euangeliis Romæ excusis in Typographia Mediceâ, injecta est suspicio ob rationem non unam. (Confer eundem auctorem in *Matth.* VI, 7.) In Hebræo Matthæi Euangelio quod edidit Seb. Munsterus occurrit גוים in eodem editionis Tilianæ, הגוים *Gentes*; conformiter, in Textu Æthiopico. Neque aliter intelligendam esse Traductionem Arabicam, quæ in Bibl. Polyglottis Londinensibus extat; aut Persicam,

ſicam, quam Latinè donavit Abr. Whelocus, credibile eſt: licèt in illius Verſione Lat. ponatur *Idololatræ*; in hujus autem, *Hypocritæ*. Si cui animus & otium, conferat utramq; in *Matth.* XVIII, 17. Patrum teſtimonia huc ſpectantia ſciens prætereo. Quòd autem *Ethnicus* ſubſtituatur vicarius *Publicani*, illud ideo factum videtur, tum quia uterque κοινῶς habebatur pro abjectiſſimo peccatore; *Luc.* XIX, 7. *Gal.* II, 15. tum inprimis, quòd deſignando homines perditiſſimos atque Chriſtiano conſortio penitus indignos, edixerit Salvator: *Sit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*; *Matth.* XVIII, 17. In quem locum hæc appoſitè Chryſoſtomus: Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς πανταχοῦ τὸν ΤΕΛΩΝΗΝ εἰς ὑπόδειγμα τῆς μεγίστης τίθησι κακίας. καὶ γὰρ ἀνωτέρω φησὶν, Οὐχὶ καὶ οἱ ΤΕΛΩΝΑΙ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; καὶ προϊὼν πάλιν, Καὶ ΤΕΛΩΝΑΙ καὶ πόρναι προάξουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· τουτέστιν οἱ σφόδρα κατεγνωσμένοι καὶ καταδεδικασμένοι. Ἀκουέτωσαν οἱ κέρδεσιν ἐπιπηδῶντες ἀδίκοις, οἱ τοὺς τόκους ἐπὶ τόκοις ἀριθμοῦντες.

VERS. 47. Τοὺς ἀδελφοὺς] Got. ΨΑΝΣ ΕΚΙϹΧΝΑΣ. *Amicos:* ſic enim τελωνῶν φίλος exponitur ΜΧΤΑΚϹΕ ΕΚΙϹΧΝΑΣ. *Matth.* XI, 19. Verſiones Orientales, quas conſulere licuit, conſtanter legunt *Fratres:* atqui *in omnibus vetuſtis codicibus*, inquit Theod. Beza, *legimus* τοὺς φίλους, *Amicos*. *Frater* dicebatur, qui naturâ & cognatione; etiam quilibet patriâ, moribus, amicitiâ aut vicinitate conjunctus. *Amicus* ferè habebatur ille, qui charus erat, arctioríq; neceſſitudinis vinculo aſtrictus, nec ob ullas fortunæ minas ſolebat ſanctiſſimum amicitiæ fœdus violare. Unde Solomonis illa: *Omni tempore diligit Amicus*; *Prov.* XVII, 17. & *Eſt Amicus conjunctior Fratre*; *Prov.* XVIII, 24. Hinc quoque linguâ Chriſto vernaculâ ὁ φίλος paſſim dicitur רחמא q. d. Εὐσπλαγχνος, *Ex intimis viſceribus amicitiam colens.* Si itaque legamus *Fratres* (quod veriſimilius, quum *Diligentium* fieret mentio *commate* præcedenti) intelligendum omnino de Judæis Judæos ſalutantibus: ut, *Dimittat unuſquiſque Fratrem ſuum Hebræum*; *Jer.* XXXIV, 14. Sin *Amicos* retinendum putemus, non ineptè per Ἀγαθοποιοῦντας, *Benefactores*, quod ſuggerit *Luc.* VI, 33. exponi poteſt. Quicquid ſit: feliciſſimam agnoſcimus horum compoſitionem in Characteriſticâ illâ Chriſtianiſmi virtute, etſi paucorum linguis, omnium certè omnino moribus transferendâ, ΦΙΛΑΔΕΛΦΊΑ· *Rom.* XII, 10. &c.

CAP. VI.

VERS. 11. Τὸν ἐπιούσιον] Got. ΨΑΝΑ ΣΙΝΤΕΙΝΑΝ. *Continuum, perpetuum*; vel, ut congruentiſſimè Eccleſia Latina, *quotidianum*. Sic enim etiamdum legimus, *Luc.* XI, 3. in vulg. Lat. ſicq; hoc ipſo Matthæi loco, ante Hieronymi qualemcunque caſtigationem, fuiſſe lectum probari poteſt ex Cypriano, Ambroſio, Auguſtino & aliis. ΣΙΝΤΕΙΝΧ in Textu Euangelico plerumque

 uſur-

usurpatur pro Græcorum Πάντοτε· ut, Ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντοθεν οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, ΪΚ ΣΙΝΤΕΙΝΧ ΛΛΙΣΙΑΛ ΪΝ ΓΛΥΠΜΨΛΙ ϹΛΗ ΪΝ ΓΠΑΗΠΣΛ. ΨΛΚΕΙ ΣΙΝΤΕΙΝΧ ΪΠΑΛΙΕΙΣ ΓΛΥΙΜΛΝΑ. *Joh.* XVIII, 20. i. e. Καθ' ἡμέραν, *Quotidiè*: sic enim legimus in loco parallelo *Mar.* XIV, 49. Καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων· itémq; *Luc.* XIX, 47. Conf. & *Matth.* XXVI, 55. & *Luc.* XXII, 53. Aliquando tantundem valet ac Διαπαντός· ut, Καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ϹΛΗ ΣΙΝΤΕΙΝΧ ΝΛΗΤΛΜ ϹΛΗ ΑΛΓΛΜ. *Mar.* V, 5. id est, *Continuò*. Confer, si lubeat, *Luc.* XXIV, 53. nec non II, 37. Interdum denique respondet Græco Ἀεί· ut, Καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς, ΣΥΛ ΣΥΕ ΣΙΝΤΕΙΝΧ ΤΛΥΙΑΛ ΪΜ. *Mar.* XV, 8. *Quotannis* scilicet, seu *festo quoque Paschatis anniversario*. vid. *Joh.* XVIII, 39. Quæ singula diligentiùs à me observata sunt, ut lectori curioso liquidè constet, quo sensu rarissimum æquè ac difficillimum epitheton Ἐπιούσιος, accipiatur in venerando istoc primævæ antiquitatis monumento Gothico. Atque huic Argentei codicis expositioni aptissimè convenit Heb. תמידי, quod usurpatur in Hebraico Matthæi Euangelio, tam eo quod Seb. Munsterus, quàm quod Jo. Tilius in lucem emisit: divinæ siquidem Precationis Petitio quarta utrobique hisce concipitur verbis: את לחמנו תמידי תן לנו היום *Panem nostrum jugem* (i. e. cujus *jugiter* & *quotidiè* indigemus) *da nobis hodiè*. Certè Panis propositionis dicitur לחם התמיד *Panis jugis*; *Num.* IV, 7. sicq; *vers.* 16. מנחת התמיד secundùm LXX. Interpp. est Ἡ θυσία ἡ καθ' ἡμέραν· quin & simplex התמיד sæpiùs accipitur apud Danielem pro Sacrificio *jugi*, & capp. XI, 31. & XII, 11. vertitur Ἐνδελεχισμός. Est autem Ἐνδελεχισμὸς, explicante Suidâ, θυσία καθημερινή· ἔθος γὰρ ἦν, inquit idem, τοῖς Ἑβραίοις καὶ πρωῒ καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ Θεῷ θύειν. Neque aliâ de causâ Talmudicus ille Tractatus de sacrificio *jugi*, quod manè ac vesperi quotidiè mactabatur, sortitus est titulum suum *Tamid*. Binis istis sic conspirantibus suffragatur etiam, nisi me omnia fallunt, Dominicæ Orationis Versio Armenica, cui hìc loci vocabulum inseritur, quod Fran. Rivola per *Jugem*, *continuum*; Guil. Postellus per *Quotidianum* censuit transferendum. Pronum esset conjectare Armenos Chrysostomum suum hac in re imitatos fuisse, si modò verum sit quod Biographi quidam affirmare non dubitant: hunc nempe præstantem dicendi artificem illis tradidisse κανόνας ψαλμῳδίας καὶ τὴν θείαν μυσταγωγίαν· ut Georg. Alexand. in Oper. Chrysost. Tom. VIII, pag. 236. edit. Eton. vel κανόνας ψαλμῳδίας καὶ προσευχῶν· ut Sym. Metaphrast. ibid. pag. 423. Profectò Chrysostomus, ad quæstionem, Τί ἐστι, τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον; respondet, Τὸν ἐφήμερον· Hom. XVIII, in Matth. pag. 138. alibiq; exponit Τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν· Homil. XXXVIII, in Gen. sub finem. His porrò accedit (ut mittamus notiora & ab aliis citata) divina precandi Formula in linguam Græcorum vulgarem transcripta, quâ, tam in

N. Testa-

N. Teſtamento converſo à Maximo quodam Calliupolitâ, & Genevæ excuſo an. CIↃ IↃ C XXXVIII. quàm in Catecheſi Heidelbergenſi nuper ab alio in ſermonem illum hodiernum transfuſâ, ac impreſſâ Lugd. Batavorum, an. CIↃ IↃ CXLVIII. pro Ἐπιούσιον ſubſtituitur Καθημερινὸν, *Quotidianum*. Sic enim ſonant Græca ſemibarbara: Τὸ ψωμί μας τὸ καθημερινὸν δός μας τὸ σήμερον, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè*. Atque hæc ſtrictim annotata ſunto: quibus Gothorum SINTEINX illuſtratum, ac panem *quotidianum* petendi modum, quo jam olim uſa eſt, ac etiamnum utitur Eccleſia Occidentalis, aliquantò firmatum eſſe non penitus deſpero. Nihil attinet hìc inquirere in Syriacum דסונקנן aut Arabicum كفافنا utpote quæ à viris longè peritiſſimis jam antea ſunt illuſtrata, & ad noſtrum inſtitutum parum faciunt. Cæterùm non abs re videtur paucis expendere quæ exhibent binæ Verſiones antiquæ; Coptitarum ſcil. pervetuſta, ac Arabum illa quæ recuſa eſt in Bibl. polyglottis Londinenſibus. Habet itaque Cod. Ægyptiacus in *Matth.* VI, 11. ⲡⲉⲛⲱⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲥϯ ⳾ Cui reſpondent Arabica: خبزنا الذي للغد i. e. *Panem noſtrum craſtinum*. Certè *Hodiè & cras* ſunt Copticè ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ ⲛⲉⲙⲣⲁⲥϯ ⳾ *Luc.* XIII, 32. Quòd autem in Scalâ electâ Copt-Arabicâ ⲛⲉϥⲣⲁⲥϯ ⳾ الغد exponantur *Manè*, *tempus matutinum*: videant has literas acuratiùs exculturi, an non potiùs vertendum eſſet *Craſtinum*. In altero illo loco *Luc.* XI, 3. legimus Copticè ⲡⲉⲛⲱⲓⲕ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⳾ Arabicè pari modo: خبزنا الات ، *Panem noſtrum venientem*, vel *futurum*. ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ſiquidem in Cod. Euangelico paſſim fit interpretamentum Græci Ἐρχόμενος· quin & Τῇ ἐχομένῃ, *Perendiè*, in *Luc.* XIII, 33. transfertur Copticè ⲡⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⳾ Denique, pro Ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, lego ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⳾ *Matth.* XI, 14. Ex quibus abundè manifeſtum eſt, binos hoſce modò laudatos Interpp. accepiſſe Τὸ ἐπιούσιον pro tempore *craſtino* ſive *futuro*. Quod minùs mirabitur qui attentè perpenderit, dictionem hanc Græcam, à viris politioris literaturæ ſtudioſis deductam eſſe ab Ἐπιὼν, *Venturus*; ſeu rectiùs à fœminino Ἐπιοῦσα, ſubintellecto ἡμέρα. Heſychio etiam & Phavorino Ἐπιοῦσα eſt ἐπερχομένη. Appoſitum & illud traductionis Græcæ in *Prov.* XXVII, 1. Μὴ καυχῶ τὰ εἰς ἄυριον, οὐ γὰρ γινώσκεις τὶ τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. Vulg. Lat. *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies*. ubi Textus Heb. — אל תתהלל ביום מחר. Quæ omnia mirè conveniunt cum Hieronymi illo notatu digniſſimo, in Comment. ad *Matth.* VI. *In Euangelio*, inquit ille, *quod appellatur ſecundùm Hebræos, pro ſuperſubſtantiali pane reperi* מחר *quod dicitur Craſtinum: ut ſit ſenſus: Panem noſtrum craſtinum,*

 id eſt,

id est, futurum da nobis hodiè. At si cui durum videatur, panem ullo modo *Crastinum* petere homines Christianos, quibus Christus præcepit hujus ipsius capitis v 1 *Matth.* versu 34. *Ne soliciti estote de crastino*; respondetur: Ideo orandum, ut solicitudine levemur; quia Λύπης φάρμακον τὸ εὐχεσθαι. Monitio est B. Petri: *Omnem solicitudinem vestram conjicite in Deum*; 1. *Epist.* v, 7. Hortatio est B. Pauli: *De nullâ re soliciti estote: sed omni in re Oratione & deprecatione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum*; *Phil.* 1v, 6. Consule sis *Psal.* III, 4, 5, 6. Nihil hìc dico de allusione ad *Manna* illud in deserto, quod dicebatur *Panis de cœlo missus*, quódq; colligebant Israëlitæ modo à Deo præscripto; scil. דבר יום ביומו *Rem diei in die suo*, sive *quantum sufficiebat ad singulos dies*; *Exod.* xv1, 4. Nihil adjicio de applicatione ad *Panem* spiritualem, seu τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινὸν (*Joh.* v1, 32.) nempe *Christum*, quæ quidem expositio magnopere delectavit veteres aliquot Patres. Vid. Cyprian. Serm. v1. de Orat. Dominicâ. Unius prudentissimi pacificíq; Augustini sufficiat verba descripsisse: *Proinde apud Euangelistam Matthæum septem petitiones continere Dominica videtur oratio: quarum in tribus æterna poscuntur, in reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna consequenda sunt necessaria.* Et mox: *Quod verò dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie —: quis non videat ad præsentis vitæ indigentiam pertinere? — Panis verò quotidianus ideo dictus est, quia hic est necessarius, quantus animæ carníq; tribuendus est, sive spiritualiter, sive carnaliter, sive utroque intelligatur modo.* Enchirid. cap. cxv. Petimus igitur panem *Continuum* sive *Quotidianum*, vel, ut explicatiùs Æthiops Interp. *Cibum uniuscujusque diei nostri:* sive ארחת תמיד *Cibarium juge*; *Jer.* LII, 34. vel לחם קחנו *Panem demensi nostri*; *Prov.* xxx, 8. Adeo ut Gothica **hλιβ ΠΝSλRλNλ ψλNλ SINTƐINλN** percommodè respondeant eleganti periphrasi quæ Jeremiæ prophetias claudit hunc in modum: — דבר יום ביומו *Demensum diei cujusque in diem quemque, usque ad diem mortis, omnibus diebus vitæ.* Conf. 2 *Reg.* xxv, 30. Hactenus de vocis ἘΠΙΟΥΣΙΟΣ illustratione ex vetustioribus quibusdam Versionibus collatis, quibus meritissimè & Gothica annumeranda. Perplexa vox penitius meretur examen: sed ex horis huic penso destinatis paucæ, quæ supersunt, nostræ omnino reclamant. Quòd hac in re justo prolixior fuerim, id fecerunt veneratio archetypæ *Orationi* debita, ac nusquam non suspicienda priscarum Ecclesiarum in Precationibus harmonia. Quæ reliqua sunt, non nisi cursim ac leviter attingenda.

VERS. 14. Ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος] Got. **λTTλ ïZYλR Sλ ΠƎλR hIMINλM** (sic *versibus* 26 & 32.) *Pater vester qui super cœlos.* Poterat Interp. dicere **hIMINλRNλS**. *Cœlestis*, ut, *Luc.* II, 13. ubi pro πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, legitur **MλNλrEI hλRGIS hIMINλRNλIS**: sed distinguendum

dum censuit Gothorum Antistes inter Patrem *cœlestem* & *cœlestes* Angelos. Neque satìs duxit, cum aliis nonnullis, scribere ⲒⲚ ⲎⲒⲘⲒⲚⲀⲘ, *In cœlis*; sed ⲚⲈⲀⲔ ⲎⲒⲘⲒⲚⲀⲘ. acsi animos suorum jam tunc emergentium è tenebris Paganismi, ciere vellet atq; evocare ad *supercœlestis* Numinis contemplationem ac cultum.

VERS. 18. Ἐν τῷ φανερῷ] Desiderantur in Got. & in pluribus Gr. codicibus: neque agnoscuntur à Syro, aut Arabe in Bibl. polyglottis, aut vulg. Lat. utì nec ab aliquibus recentioris notæ. Eadem verba occurrunt in *verss.* 4 & 6. hujus *cap.* ubi noster habet ⲒⲚ ⲂⲀⲒⲔⲎⲦⲈⲒⲚ. q. d. *Clarè*, *dilucidè*, *splendidè*: siquidem τηλαυγῶς ac λαμπρῶς exponuntur ⲂⲀⲒⲔⲎⲦⲀⲂⲀ in Cod. Argenteo. Cæterùm nec in duobis illis versibus, apud omnes vetustiores legebantur Ἐν τῷ φανερῷ. In Bezæ cod. vetustiss. & vulg. Lat. non inveniuntur: nec, quantum ego hoc temporis articulo discerno, apparent in Coptico Euangeliorum cod. cujus verba sunt:

ⲞⲨⲞϨ ⲠⲈⲔⲒⲰⲦ ⲈⲐⲚⲀⲨⲞⲨ ϦⲈⲚ ⲠⲈⲦϨⲎⲠ ⲈϤⲈϮ ⲚⲀⲔ ⳨

q. d. Καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει (vel δώσει) σοι. Augustini animadversio est: *Multa Latina exemplaria sic habent. Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi palam: Sed quia in Græcis, quæ priora sunt, non invenimus* palam, *non putavimus hinc aliquid disserendum esse*; Serm. Dom. in monte, lib. II. statim ab initio. Legebant tamen Græci Patres Ἐν φανερῷ, Chrysostom. scil. Theophylact. &c. saltem in *versibus* 4 & 6.

CAP. VII.

VERS. 14. Ὅτι στενὴ ἡ πύλη] Got. ⲞⲀⲚ ⲀⲄⲄⲨⲚ ⲪⲀⲦⲀ ⲀⲀⲚⲔ. *Quàm angusta* est *porta?* ut, ⲪⲀⲦⲀ ⲔⲒⲰⲒⲌ ⲞⲀⲚ ⲈⲒⲖⲚ. q. d. *Quàm multæ*, vel *quantæ tenebræ illæ?* pro Τὸ σκότος πόσον; *Matth.* VI, 23. Codd. Gr. non pauci legunt τί pro ὅτι, quos aliqui Orientales & Vulg. Lat. sequuntur: acsi fermè idem valeret atque illud *Mar.* X, 24. Πῶς δύσκολόν ἐστιν — εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν; Sed de hac lectionis varietate, fusissimè alii: atque nos nolumus actum agere.

CAP. VIII.

VERS. 5. Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναοὺμ] Got. ⲀⲈⲀⲔ ⲚⲎⲪⲀⲚ ⲪⲀⲦⲀ ⲒⲚⲚⲀⲦⲄⲀⲄⲄⲀⲚⲀⲒⲚ ⲒⲘⲘⲀ ⲒⲚ ⲔⲀⲈⲀⲔⲚⲀⲚⲘ. *Post hæc autem ingrediente illo in Capharnaum* — vel, *ingredienti illi*. Particulæ probantur. ⲀⲈⲀⲔ ⲚⲪⲪⲀⲚ ⲪⲀⲦⲀ substituuntur pro Μετὰ δὲ ταῦτα. *Luc.* X, 1. Pro Καταβάντι δὲ αὐτῷ ponitur ⲀⲀⲖⲀⲪ ⲪⲀⲚ ⲀⲦⲄⲀⲄⲄⲀⲚⲀⲒⲚ ⲒⲘⲘⲀ.

Matth. VIII, 1. Et Καπερναοὺμ passim in nostro scribitur ⲕⲁⲫⲁⲣⲛⲁⲟⲩⲙ. in Vulg. Lat. *Capharnaum*, indidémq; Anglo-Sax. Caphaꞃnaum. Quam quoque scribendi rationem imitantur non solùm Arabes, necessitate quâdam coacti, atq; Syri: verùm etiam Coptita suis elementis scribit ⲕⲁⲫⲁⲣⲛⲁⲟⲩⲙ. Neque desunt Gr. Codd. qui Καφαρναοὺμ exhibent in *Matth.* XI, 23. Plures Græci codices hìc loci pro τῷ Ἰησοῦ legunt αὐτῷ. Quum autem Salvatoris nomen sæpiùs desit atque etiam redundet in hac Gothorum Versione, (acsi pro Ἰησοῦς aliquando lectum esset, αὐτὸς, ac vice versâ) istud posthac notari non putavi necessarium, quod lector quilibet, vel in Gothicis Alphabetarius, per se observabit. Hoc ipso *capite*, ὁ Ἰησοῦς non transcribitur Gothicè VERSU 3. at VERS. 26. pro Λέγει αὐτοῖς habet Got. ⲙⲁⲗⲱ ⲁⲛ ⲓ̈ⲙ ⲓ̈ⲗⲓⲥⲛⲥ. *Dixit illis Jesus:* ubi nomen illud redundat. Versio quoque Lat. vulg. ibid. legit *Jesus:* sed antiquitus, cum Græco Textu, omisisse probat parallela Euangeliorum interpretatio Anglo-Saxonica, è Lat. traducta; nec diffitetur Lucas Brugensis.

VERS. 9. Ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας] Got. ⲙⲁⲛⲛⲁ ⲓ̈ⲙ ⲏⲁⲃⲁⲛⲁⲥ ⲛⲉ ⲩⲁⲗⲁⲛⲉⲛⲥⲁ ⲙⲉⲓⲛⲁⲙⲙⲁ ⲅⲁⲁⲕⲁⲛⲏⲧⲓⲛⲥ. *Homo sum habens sub potestate meâ milites:* distinctione non admissâ, & pro ὑπ' ἐμαυτὸν, suffecto ⲙⲉⲓⲛⲁⲙⲙⲁ. Interpretationem mutilam aliquantò excusat, quòd nullæ sententiarum subdistinctiones, sed nec distinctiones vocum ullæ solebant conspici in codd. primævis. At defectum opportunè supplet illud *Luc.* VII, 8. ⲓ̈ⲕ ⲙⲁⲛⲛⲁ ⲓ̈ⲙ ⲛⲉ ⲩⲁⲗⲁⲛⲉⲛⲥⲁ ⲅⲁⲥⲁⲧⲓⲁⲥ. ⲏⲁⲃⲁⲛⲁⲥ ⲛⲉ ⲙⲓⲥⲥⲓⲗⲃⲓⲛ ⲅⲁⲁⲕⲁⲛⲏⲧⲓⲛⲥ. quibus Græca præcisè transferuntur sequentia, Ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. Multùm enim refert astruere Centurionis subjectionem, nè pulcherrimi argumenti decor evanescat. Egregiè Theophylactus: Εἰ ἐγὼ, φησὶ, βασιλέως δοῦλος ὢν, τοῖς ὑπ' ἐμὲ στρατιώταις ἐπιτάττω, σὺ πολλῷ μᾶλλον δύνασαι ἐπιτάττειν τῷ θανάτῳ καὶ ταῖς νόσοις, ὥστε, ἀπὸ τοῦδε μὲν ἀναχωρεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιτίθεσθαι. αἱ γὰρ σωματικαὶ νόσοι, στρατιῶται καὶ ἔκδικοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. *Si ego, inquit, qui Imperatoris servus sum, in milites mihi subditos imperium exerceo, tu multo magìs imperare potes morti ac morbis: ita ut ab hoc recedant, & alium adoriantur. Corporales enim morbi, milites sunt Dei atq; ultores.*

VERS. 18. Post Ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν addit Got. ⲥⲓⲡⲁⲛⲥⲁⲛⲥ. *Discipulos.* Sic uterque Heb. Interpres posuit את תלמידיו *Discipulos suos:* & Arab. edit. Rom. *Discipulos.* At hoc manu recentiori insertum, ut consentiat Vulgato Lat. suspicaretur non nemo: quia reliqua exemplaria Arab. impressa unúmq; MS. quod quatuor Euangelia Arabicè complectitur, omnino non agnoscunt; nè addam, quòd suspicionis non absimilis & aliàs ansa præbeatur. Habent itaq; Latina exemplaria *Discipulos:* verùm *nec antiqua nec correcta*, si Luc. Brugensis audiendus.

De

De antiquis affirmari potest ex tribus vetustis Anglo-Saxonicis versionibus; evulgatâ unâ, & geminâ perantiquâ Euangeliorum Glossâ interlineari MS. in quibus omnibus è Latino traductis nulla prorsus *Discipulorum* fit mentio. An totam turbam, an verò solos discipulos hic trajicere jusserit Christus, veteribus Ecclesiæ Patribus inter se non convenit. Posterius probatum dant aliqui, ex *versu* 23. Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Neque recentioribus inter se convenit de verbis proximè sequentibus,

IBID. Εἰς τὸ πέραν.] Got. ΗΙΝΔΑΚ ΜΑΚΕΙΝ. *Trans mare*. vulg. Lat. *Trans fretum*. Nam, Εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης· *Mar.* V, 1. & πέραν τῆς θαλάσσης· *Joh.* VI, 22, 25. redduntur in Cod. Argenteo per ΗΙΝΔΑΚ ΜΑΚΕΙΝ. (interdum per ΗΕΑΚ ΜΑΚΕΙΝ. ut, *Joh.* VI, 1, 17.) atque etiam, Εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης. *Luc.* VIII, 22. Gothicè transfertur ΗΙΝΔΑΚ ΨΑΝΑ ΜΑΚΕΙΝ. Pro Syriaco לעברא & Arabico אי אלעבר *In ulteriorem* ripam, habet Heb. editio Munsteri לעבר ים & Tilii לעבר הים *Trans mare*. Quæ ab aliis annotata sciens prætereo. *Fretum* vel *Mare* videntur mihi exegeticè adjecta. Si enim Anglus diceret Let us over; Belga, Laet ons over / *Trajiciamus*, necessariò subaudiendum erat *Fretum*, *mare*, aut quid simile. Obiter notent Etymologiarum scrutatores arctiorem affinitatem, tam quoad usum quàm sonum, inter Orientalia, עבר, عبر &c. atque Borealia, ΗΕΑΚ Gothorum, Ober Anglorum & Batavorum, Vber Alamannorum, Offuer Danorum, yfer Islandorum, &c. quoties significant *Trans* vel *ultra*.

VERS. 32. Χόιρων posterius omisit Interp. Got. aliquíq; alii superioris antiquitatis. Omittitur etiam, *Mar.* V, 13. & *Luc.* VIII, 33. Quæ autem sequuntur VERS. 33. Ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων, sic Gothicè traducta legimus: ΓΑΑΕΙΨΑΝΔΑΝS ΓΑΤΑΙΗΝ ΪΝ ΒΑΗΚΓ ΑΑΑ ΒΙ ΨΑΝS ΔΑΙΜΧΝΑΚΓΑΝS. *Discedentes nunciabant in urbe omnia de Dæmoniacis*.

CAP. IX.

VERS. 8. Ἐθάυμασαν,] Got. ΧΗΤΕΔΗΝ SΙΔΔΑΑΕΙΚΓΑΝΔΑΝS. *Metuebant mirantes*. Hæc ita transtulisse videtur Gothorum Episcopus, non aliâ ratione inductus, quàm varietate exemplarium quæ forsan consuluerat. Namque pro ἐθάυμασαν, nonnulli Codd. antiqui dicuntur legisse ἐφοβήθησαν· & utrumque hac paraphrasi conciliavit noster Interpres. Vulg. Lat. habet *timuerunt*, cui favet Arabs Romanæ editionis. At Erpenii editio ac Londinensis notione *admirandi* exprimunt; quibus suffragantur MS. quoddam à Pet. Kirstenio citatum, atque

meum

meum Syriacis characteribus exaratum. In his enim quatuor exemplaribus legitur تعجبوا *Admirati sunt*. Ægypt. è contrario Interp. utitur voce ⲟⲩⲉⲣϩⲟϯ quæ transfertur خافوا *Metuerunt*. In eundem sensum uterque Heb. quoque scribit יראו *Timuerunt*: sicq; alii nonnulli Orientales. Patres etiam hac in re diversum sentiunt. Verùm, aliis Euangelistis, in locis parallelis, consultis, sic res tota potest componi. Marci phrasis est, Ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, *Adeò ut obstupescerent omnes*; cap. II, 12. adeò scil. admiratione perculsi, attonitiq; metu, ut animus obstupefactus de statu suo demoveretur. Lucas autem sic: Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξασον τὸν Θεὸν, καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, Ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον. i. e. *Et stupor cepit omnes, & glorificabant Deum, & repleti sunt metu, dicentes, Certè vidimus mirabilia hodie*. cap. v, 26. Miraculum enim inopinatum ac spem humanam excedens, omnibus incussit metum stuporémq; : quod animi perterriti πάθος descripturus, dixit noster, ϩⲏⲧⲉⲁⲛⲛ ⲥⲓⲗⲁ ⲁⲗⲉⲓⲕⲥⲁⲛⲁⲁⲛⲥ.

Vers. 13. Οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν] Got. ⲛⲓⲱⲱⲁⲛ ⲙⲁⲙ ⲗⲁⲱϩⲛ ⲛⲥⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲥ. ⲁⲕ ⲉⲕⲁⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲥ. *Non enim veni vocatum justos, sed peccatores*. Ubi Paronomasiam elegantem agnoscimus in ⲛⲥⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲥ & ⲉⲕⲁⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲥ. Sed εἰς μετάνοιαν hìc desiderari minùs mirabitur quicunque animum adverterit ad vett. monumenta Euangelica. Præterquam enim quòd Græcis aliquibus antiquis codd. desint hæc duo vocabula; Syrus etiam & Vulg. Latinus, cum duobus Hebræis, aliisque Orientalibus non habent: sed neque in loco parallelo *Mar.* II, 17. ubi quoque in nostro non apparent. Veruntamen Arabes, quos vidi, omnes utrobique habent *Ad pœnitentiam* vel *conversionem*. Ægyptiacus etiam hoc Matthæi loco, Textui Græco astipulatur: sed *Marci* II, 17. pro iisdem Græcis, Copticè legimus tantùm, ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⳾ i. e. *Sed peccatores*: nullâ *Pœnitentiæ* factâ mentione; uti nec in Codice Gr. Alexandrino pervetusto, qui Cimelium est bibliothecæ Regis Mag. Britanniæ. Patrum variationes recensere nec libet nec vacat. In hac ingratâ diversitate hoc præsidenter statuendum: Verba εἰς μετάνοιαν necessariò subintelligenda sunt, iis in exemplaribus quæ disertè non agnoscunt, in duobus locis modò citatis; quod abundè probatur ex altero parall. *Luc.* v, 32. ubi totidem verbis legitur, Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Hoc autem comma, quantum observare licuit, integrè referunt omnes ad unum codices, & Versiones qualescunque: inter quas & nostra subnectit ⲓⲛ ⲓⲁⲕⲉⲓⲅⲁ (cui affine Islandicum til ydranar) *Ad* vel *in pœnitentiam*.

Vers. 23. Post Αὐλητὰς addit Got. ⲥⲁⲏ ⲏⲁⲛⲕⲛⲥⲁⲛⲥ ⲏⲁⲛⲕⲛⲥⲁⲛⲁⲁⲛⲥ. quæ transfero, *Et buccinatores buccinantes*, vel *tubis canentes*: nam,

nam, Μὴ σαλπίσῃς redduntur Gothicè ΝΙ ΗΛΠΚΝϹΛΙΣ. *Matth.* VI, 2. ΗΛΠΚΝϹΛΝ deducitur ab ΗΛΠΚΝ. *Cornu*, quod occurrit, *Luc.* I, 69. hoc autem originationem suam debere Hebraico קֶרֶן *Cornu*, nemo non videt. Quoniam etiam ἀπὸ τοῦ Κέρατος derivatur τὸ Κεράτιον, *Siliqua*: inde fit, ut pro τῶν Κερατίων reponat cod. Argenteus ΗΛΠΚΝΕ. *Luc.* XV, 16. Pleraque Instrumenta revocari possunt ad simplicissimas origines; sic *Buccinæ* ad *Cornua*, cujusmodi primitus fuisse videntur, & quorum nomen postmodum retinuere, quantumvis ex ære fabrefactæ: ut,

Non tuba directi, non æris cornua flexi;

Ovid. Metamorph. lib. I. De *buccinis* è cornibus arietinis, legimus in *Jos.* VI, 4, 5. & קל קרנא *Sonus cornu*, Gr. φωνὴ σάλπιγγος, *Cantus tubæ*, chorum ducit in apparatu Nebuchadnezzaris idololatrico; *Dan.* III, 5. Hæc de vocum notatione satìs evidente: at quorsum Gothorum antistes hoc assumentum, à me nuspiam nisi hoc unico in codice repertum, addiderit, haud facile divinatu. Notum est τυμβάυλους sive *Siticines* viros ac *Præficas* mulieres antiquitus fuisse adhibitos ad funebres Gentilium pompas cohonestandas: quin & apud Judæos hunc eundem ritum aliquando invaluisse, probari solet ex *Jer.* IX, 17. è Talmudicorum etiam Rabbinorúmq; scriptis, & isthoc denique Matthæi Euangelistæ *versiculo*. Ad rem nostram tantummodò spectant Instrumenta lugubria Ethnicorum. De *Tibiâ*, sic exul Poëta, Trist. lib. V. Eleg. I.

Tibia funeribus convenit ista meis.

De *Tubâ*, hæc Persius mortuum descripturus, Satyr. IV.

Hinc tuba, candelæ, tandémq; beatulus alto
Compositus lecto. —— ——

De *Cornu* etiam qualicunque legitur apud Senecam, de morte Claudii; *Et erat omnium formosissimum Claudii funus, ut scires deum efferri; cornicinum, tibicinum tanta turba.* Ubi *Tibicines* & *Cornicines* appositissimè transferunt auctoris nostri voces duas ΣΥΙΛΓϹΛΝΣ (pro quo tamen rescribe ΣΥΙΓΛϹΛΝΣ. ut, *Matth.* XI, 17. &c.) ϹΛΗ ΗΛΠΚϹΛΝΣ: Nec prætereundum quod Servius notavit ad Virg. Æneid. V. *Majoris ætatis funera ad tubam proferre solebant; minoris verò ætatis ad tibias.* Hæc autem puella, immaturâ morte prærepta, dicitur Θυγάτριον, *Filiola*; *Mar.* V, 23. & *Filia quasi duodecim annorum*; *Luc.* VIII, 42. Ideoque aderant αὐληταὶ sive *Tibicines*, Virginis efferendæ exequias pro more, ut videtur, Ethnico celebraturi. Atque hoc apprimè facit ad Græcum textum illustrandum; ad Gothicum additamentum, non ita. Huic interim aliquantò favet illud Alexandri ab Alex. Gen. dier. lib. III. *Senatoribus & patriciis tubâ, minoribus & plebeiis tibiâ canebant siticines.* Et puellulæ pater nomine Archisynagogi, quin & Ἄρχοντος

 in-

insignitur in historiâ Euangelicâ. At in Scripturis S. enarrandis parciùs indulgendum conjecturis. Lector curiosus, cui otium & librorum copia suppetunt, quæ nos nimium quantum deficere sentimus, exploret, num bellicosæ Gothorum genti, in justis faciendis, insignis aliquis usus fuerit *tubarum* aut etiam *cornuum*: nam & *cornuum* usum in prælio committendo innuunt Tacitus Annal. lib. II. Livius, alii. Nobis festinantibus hæc subnotâsse sufficiat.

VERS. 32. Προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφόν.] Got. ΑΤΒΕΚΝΝ ΪΜΜΑ ΜΑΝΝΑΝ ΒΑΝΔΑΝΑ. *Obtulerunt ei hominem surdum*: non, ut alii, *mutum*. Nam *versu* proximè seq. pro ἐλάλησεν ὁ κωφὸς, habet Got. ΚΡΔΙΔΑ SΑ ΔΠΜΒΑ. *Locutus est mutus*: qui & Gothicè appellatur ΠΝΚΡΔGΑΝΔS. q. d. Ἀλαλ@, μογιλάλ@· & STΑΜ cui affine Belg. Stom; unde ΒΑΝΔΑΝΑ STΑΜΜΑΝΑ vocat noster Interp. quem Marcus nuncupat Κωφὸν μογιλάλον· *cap.* VII, 32. Qui quoque Græcè dicitur Πνεῦμα ἄλαλον ἐν κωφῷ, idem Gothicè appellatur ΑΗΜΑ ΠΝΚΡΔGΑΝΔS GΑΗ ΒΛΠΨS. *Mar.* IX, 25. *Surdum* itaque Gothis dictum fuisse ΒΑΝΔΑΝΑ, satis manifestum ex *Mar.* VII, 37. Τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν· ΒΑΝΔΑΝS ΓΑΤΑΝGΙΨ ΓΑΗΑΝSGΑΝ. GΑΗ ΠΝΚΡΔGΑΝΔΑΝS ΚΡΔGΑΝ. Atque ex hoc *Marci* loco collato cum illo *Matth.* IX, 33. satis etiam liquet τὸ κωφὸν denotare & *Surdum* & *Mutum*. Κωφὸς, ἤτε λαλῶν ἤτε ἀκούων, inquit Hesychius. Ratio naturalis non ignota. Sicq; tollitur scrupulus injectus.

CAP. X.

VERS. 29. Ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.] Got. ΪΝΝΗ ΑΤΤΙΝS ΪΖΨΑΚΙS ΨΙΑGΑΝ. *Sinè Patris vestri voluntate*. ΨΙΑGΑ *Voluntas* est, ut liquidò constat ex linguis cognatis, & Oratione Dominicâ, *Matth.* VI, 10. ΨΑΙΚΨΑΙ ΨΙΑGΑ ΨΕΙΝS. *Fiat voluntas tua*. ΪΝΝΗ aliàs occurrit pro Gr. χωρὶς, nec sono multùm variat ab ἄνευ. Hic suppeditavit Interp. quod necessariò subaudiendum erat: nempe, *Passerculus unus non cadet in terram, nisi interveniente voluntate Patris vestri*. Consimilis loquendi modus habetur, *Amos* III, 5. Εἰ πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ τὴν γῆς ἄνευ ἰξευτοῦ; q. d. *Nunquid avis super terram cadet, aucupe non struente insidias?* Cum Gothicis consentit Arabs, exponens *Citra voluntatem Patris vestri*. Quibus & Ægyptius quoque subscribit, non solùm addendo *Sine voluntate*, ante *Patris vestri*, sed etiam subnectendo ЄΤ ϩЄN ΠΙΦΗΟΥΪ ϮΝ quod alibi ponitur pro Ὁ ἐν οὐρανοῖς & Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ut in Orat. Dominicâ. Legisse ideoque videtur Coptus, Ἄνευ τοῦ θελήματος τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς· quæ postrema verba (μοῦ pro ὑμῶν tantùm substituto) statim occurrunt in *vers.* sequentibus 32 & 33. tam Copticè quàm Græcè.

VERS.

VERS. 42. Ποτήριον ψυχρȣ̃] Got. STIKΛΛ KΛΛΑIS ΥΛTINS. *Calicem frigidæ aquæ*. Sic alii passim. Non dubitant eruditi, quin *Aqua* adjecta sit explicationis gratiâ: sed codex Bezæ vetustiss. cujus lectionem noster non rarò imitatur, habet ὕδατος ψυχρȣ̃. Ὕδωρ etiam ψυχρὸν legimus; *Prov.* XXV, 25. Aliàs & Latinis *Frigida* usurpatum est pro *Aqua*.

CAP. XI.

VERS. 2. Δύο μαθητῶν] Got. ΒI SIΠϨNϹΛM. *Per discipulos*: quasi legisset Interp. Διὰ τῶν μαθητῶν. Interea non diffitendum διὰ Græcorum plerumque in cod. Argenteo reddi per ΨΛIKh. & Præpositionem ΒI ferè positam pro Gr. περὶ aut κατὰ, rariùs pro διά. Firmat tamen hanc nostram conjecturam, quòd vetustiss. Bezæ cod. cujus vestigia hic noster frequentiùs premit, in Gr. legerit Διὰ τῶν μαθητῶν, in Lat. *Per discipulos*. Si me hìc falli contingat; aliquantò manifestius est quòd Δύο ab authore nostro, utì quoque à Persarum altero Euangelico Interprete, non legebatur. Probatur ex IV *commate* hujus *capitis*: ubi Christi verba ad missos à Johanne discipulos non sunt in Got. Dualia sed Pluralia: sic enim se habent: ΓΛTEIhIΨ ÏϨhΛNNE ΨΛTEI ΓΛhΛΠSEIΨ ϹΛh ΓΛSΛIΘIΨ. *Annunciate Johanni quæ auditis & videtis*: i. e. *Vos plures*. Dualium exempla sunt in loco consimili, *Luc.* VII, 22. ΓΛTEIhΛTS ÏϨhΛNNEN ΨΛTEI ΓΛSEΘΠTS ϹΛh ΓΛhΛΠSIΛEΛΠTS. *Annunciate Johanni quæ vidistis & audîstis*: nempe, *Vos duo*. Si hac occasione paucis ostendam qualia sint Verba in Euangelio Gothico *dualiter* sumenda, puto lectori non futurum ingratum: ne securus ille atque horum ignarus, perversè quædam intelligat. Quæ obiter, notavi, penitiorem tamen otiantium indaginem additionémq; locupletiorem expectantia, sunt hujusmodi: [I] Terminantia in ΛTS. ut, ΓΛΓΓΛTS (& ΓΛΓΓΛST errore, ut videtur, librarii) *Ite* vos duo; *Mar.* XIV, 13. [II] in ITS. ut, ΛTTIΠhITS. *Adducite* vos duo; *Mar.* XI, 2. [III] in ΠTS. ut ΓΛSEΘΠTS. *Vidistis* v. duo; *Luc.* VII, 22. [IV] in ΠΨS. ut, ΥITΠΨS. *Scitis* v. duo; *Mar.* X, 38. [V] in ΛITS. ut, ΩIΨΛITS. *Dicite* v. d. *Mar.* XI, 3. & *Dicetis* v. d. *Luc.* XIX, 31. [VI] in EITS. ut, ΥIΛEITS. *Vultis* v. d. *Mar.* X, 36. Non ignoro reperiri quædam Formationis quantumvis *Pluralis*, de *duobus* tamen aliquoties usurpata: qualia sunt, ΛNΛΒINΛIΨ. *Solvite*, Plur. *Joh.* XI, 44. sed quod de *duobus* discipulis dicitur in *Luc.* XIX, 31. ΛNΛΒINΛIΨ scil. ut ΛNΛΒINΛΛTS. ejusdem capitis *vers.* 33. Sic, NI ΥITΠΨ. *Nescitis? Mar.* IV, 13. quæstio est ad *plures*: at NIΠ ΥITΠΨ. *Nescitis*; *Luc.* IX, 55. affirmatio videtur de Jacobo & Johanne solis. Sed in gratiam Grammaticalia meditantium, hæc hactenus. Sunt præterea Pronomina

Dualitate veſtita; quæq́; à matre Gothicâ, jure quaſi hæreditario poſſident filiæ ad effigiem maternam proximè accedentes, Anglo-Saxonum lingua atque Iſlandorum. At hæc diſcernere minoris eſt negotii, de quibus & nos quoque forſitan aliàs: nempe, ſi horæ faveant, in Obſervatis ad *Mar.* I, 17.

VERS. 16. Τοῖς ἑταίροις] Got. ⲁⲛⲯⲁⲕⲁⲛ. *Aliis:* nam ⲁⲛⲯⲁⲕ paſſim uſurpatur pro *Alius* & *Alter*. Eraſmi annotatio eſt: *Hilarius habet* & clamantibus invicem: *ex quo conjicio illum legiſſe* ἑτέροις *pro* ἑταίροις. Certè hanc variantem lectionem, quam & aliqui codd. Gr. agnoſcunt, hic noſter Interpres ſecutus eſt. Ægyptiacus quoque hoc in loco utitur voce, per quam transferre ſolet Græcum ἀλλήλων· qualémq; adhibet in loco parall. *Luc.* VII, 32. ubi pro καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, lego ⲟⲩⲟϩ ⲉⲩⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲛⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲟⲩ ⸗ Got. ϩⲁⲏ ⲩϫⲡϩⲁⲛⲁⲁⲙ ⲥⲉⲓⲛⲁⲙⲓⲥⲥϫ. *Et acclamantibus ad invicem*. Quum neſciam quid fuerit ſemiexeſa vox, quæ ⲁⲛⲯⲁⲕⲁⲛ hìc loci proximè ſequeretur; quúmq; lectio variata ſenſum omnino non turbet: hæc ulteriùs proſequi minimè duxi neceſſarium. Diſcrepantia lectionis contigiſſe videtur è ſono Græcorum AI & E in pronunciatione parum diverſo. Quod ſi evinci non poſſit ex Græcis per AI ſcriptis, quæ Latinè ſolemus tranſſcribere per Æ: opportunè tamen, quantum ad rem noſtram, vel hinc probatur; quòd codicis *Argentei* librario ſolenne ſit tam AI quàm E deſcriptum dare per Got. ⲁⲓ. e. g. Οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου· Got. ⲥⲏⲛϩⲏⲥ ⲍⲁⲓⲃⲁⲓⲁⲁⲓⲁⲏⲥ. *Mar.* X, 35. Sicuti porrò pro Gr. O & Ω ſuffecta ferè ſunt Got. ⲁⲏ & ϫ. ita, pari lege, pro E & H veniunt ⲁⲓ atque ⲉ: Priorum exempla ſint ⲁⲡⲁⲛⲥⲧⲁⲛⲁⲉⲓⲥ, pro Ἀπόστολοι· *Mar.* VI, 30. ac ⲥⲁⲛⲁⲁⲛⲙϫⲛ pro Σολομών· *Matth.* VI, 29. poſteriorum verò, ⲃⲁⲓⲁⲓⲁⲍⲁⲓⲃⲏⲁ. *Mar.* III, 22. & ⲃⲉⲯⲁⲁⲓⲏⲁⲓⲙ. *Luc.* II, 4. pro Βεελζεβοὺλ ac Βηθλεέμ. Conſimili planè modo quo Græca Φαριϲαῖος & ἀρχαῖος tranſſcribuntur ⲫⲁⲣⲓⲥⲉⲟⲥ & ⲁⲣⲭⲉⲟⲥ ⸗ in codice quatuor Euangeliorum Coptico. Unde mihi oborta eſt ſuſpicio, Gothorum ⲁⲓ & ⲁⲏ haud aliter enunciata fuiſſe, quàm his diebus pronunciantur Gallicana *ai* & *au*. Mecum inſupér cœpi cogitare, num propria nomina, quæ grandævo iſthoc monumento *Argenteo* Gothicè deſcribuntur, ſuſurrum forſan aliquem priſcæ Græcorum pronunciationis, Grammaticis vixdum ſatìs exploratæ, fuerint ſuggeſtura. Sed hoc obiter. Collationem Gothici ⲁⲓ cum Græco E paulò attentiùs, hac juſtâ occaſione, inſtitui; ut lectori conſtet cui rationi potiſſimùm innitatur illa de ſyllabico augmento in Verbis Gothicis aſſertio, cujus in Gloſſario Got. mentio fit in Voce ⲍⲁⲉⲡ. Sic itaque res habet. Græcam Præteritorum formationem per repetitionem primæ Conſonantis cum ε, vel imitari voluit lingua Gothica; vel è communi aliquo fonte, altiorique origine, unà cum Græcâ, de-

deduxit. Cùm itaque Græcè legatur Κεκοίμηται· *Joh.* XI, 11. non dicendum erat Gothicè SЄSΛЄП. verùm SΛISΛЄП. quoniam Græco Ε non respondet Got. Є sed ΛI: Quòd autem in citato Glossarii loco Cl. auctor, idémq; egregius literaturæ Gothicæ instaurator, dignatus sit aliquid hac in re mihi ascribere; addo: Sicut judicavi SΛISΛЄП in *Matth.* VIII, 24. ac *Luc.* VIII, 23. conjunctim legendum, non autem SΛI SΛЄП. idem quoque omnino faciendum censeo in SΛI SX quod occurrit, *Mar.* IV, 4. & *Luc.* VIII, 5. ut nempe legatur SΛISX tanquam Præteritum cum reduplicatione præpositivâ: & sic de aliis, siqua sunt, similibus. Perpendens iterum quæ modò notavi de Græco H, quod exprimi soleat per Є Gothorum, inductus sum in suspicionem de explicitâ scriptione nominis illius, ab Angelo impositi Sospitatori nostro, quod in cod. *Argenteo* passim exaratur abbreviatè IS in casu Nom. INIS in Gen. INΛ in Dat. IN in Accus. & Vocativo: atque conjecto forsan potiùs scribendum ÏЄSNS. ÏЄSNÏS. ÏЄSNΛ. ÏЄSN. quàm ÏΛISNS. ÏΛISNÏS. &c. Ex iis populis qui *Græcorum* Elementa scribendo imitantur, *Moscovitæ* scribunt (ut *Gothi*) IC pro ΙΗΣΟΥΣ. *Coptitæ* verò in cod. quo utor Euangelico, itémq; in Missali Copto, quo usus est Athanasius Kircherus, constanter pinxerunt IHC ⳉ. Vid. Prodrom. Copt. cap. II. pag. 31. & cap. VI. pagg. 159 & 169. Vett. *Latinos* legisse IHC, in aliquibus saltem Gr. exemplaribus, manifestum esse puto ex illo notissimo *IHS*, quod interdum conspicitur in Lat. codicibus haud infimæ notæ manuscriptis, ac in hodiernis quorundam librorum Titulis, ad indigitandam Societatem quandam; quod nemo nescit. Ex hoc scripturæ compendio, vulgariter inter Siglas reputato, interpretationem nescio quam mysticam exculpere solebant Græcarum literarum rudes. At hoc nihil aliud esse quàm Abbreviaturam à Græcis primitus acceptam, luculentiùs demonstrari potest ex illâ scribendi formulâ satìs usitatâ in medii ævi Latinis manuscriptis, nec non in aliquibus excusis seculo abhinc proximè anteacto: nempe IHS XPS (& XPC/ quod in membranis Anglo-Sax. vidi) pro *JESUS CHRISTUS*, vel potiùs IHΣ XPΣ (sive XPC) Græcanicè scriptis. Sic *CHRISTIANI* scribitur Xpiani: unde Notarii nostrates in codicillorum quorundam sive syngraphorum exordiis, pro *OMNIBUS CHRISTIANIS*, etiamdum usitatissimè scribunt, To all Xpian people. Quam scribendi rationem haud dubiè derivârunt à priscis illis, qui crassiore hallucinatione putabant Græca XP. tantundem valere ac La-

tina XP seu ⲭⲣ. vel saltem, qui veneratione quadam moti, vetustissimum illum Græcorum morem imitari studebant. Sed hæc tantùm non παρέργως. Vidimus itaque Coptitas ac Latinos diligenter servâsse mediam literam in Gr. ΙΗΣ· quam quoque retinendam esse in eâdem voce Gothicis characteribus expansè scriptâ, omnino vero simillimum. At Gothi, quod dictum est, ferè semper loco Græci Η substituerunt suum Ⲉ. sic Ἡρώδης est ⲏⲉⲕⲣⲁⲉⲥ. *Mar.* VI, 20. Μαγδαληνὴ, ⲙⲁⲅⲁⲗⲁⲉⲛⲉ. *Luc.* VIII, 2. &c. Sed cuilibet lectori suum integrum esto de hac re judicium. Nos paucula suggessimus; sed imponendi animo, aut etiam contradicendi studio diximus nihil.

VERS. 19. Ἐδικαιώθη ἡ σοφία] Got. ⲛⲥⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁ ⲅⲁⲁⲣⲙⲓⲁⲁ ⲩⲁⲕⲯ ⲏⲁⲛⲁⲛⲅⲉⲓ. ad verbum, *Justa judicata est sapientia*. Sic Δικαιοῦν ἑαυτὸν est ⲛⲥⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲁ ⲥⲓⲕ ⲁⲣⲙⲍⲁⲛ. i. e. *Justum seipsum judicare*, vel *pronunciare*; *Luc.* X, 29. ⲛⲥⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲥ reddimus *Justos*: quippe cujus oppositum est ⲧⲕⲁⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁⲛⲥ. *Peccatores*; *Mar.* II, 17. Synonymum verò ⲅⲁⲕⲁⲓⲏⲧⲁⲛⲥ. q. d. *Rectos*; *Luc.* V, 32. ⲁⲣⲙⲍⲁⲛ & ⲅⲁⲁⲣⲙⲍⲁⲛ significant *Judicare*, *sententiam ferre*: ut, ⲅⲁⲁⲣⲙⲓⲁⲉⲁⲛⲛ ⲓ̈ⲛⲁ ⲥⲕⲛⲗⲁⲛ ⲩⲓⲥⲁⲛ ⲁⲁⲛⲯⲁⲛ. *Judicabant ipsum esse reum mortis*, vel *morti adjudicabant*; *Mar.* XIV, 64. sic enim Κατέκριναν hoc in loco exponunt Orientales ut plurimùm, ac è nostris aliqui. Hoc firmant Linguæ cognatæ in illo *Luc.* VI, 37. *Nè judicate, & non judicabimini*. ubi Glossa interlin. *Aldredi* Anglo-Saxonica habet Nellað ȝie ȝeðoema. þte ȝie ne ȝe ȝeðoemeð:· Anglo-Saxonica Euangelia impressa, sic: Nelle ȝe ðeman. ⁊ ȝe ne beoð ðemeðe:· Quibus suffragantur Versiones Islandica & Danica: quarum illa, Dæmed eige / so ad þier dæmest eigi exhibet; hæc autem, Dømmer icke / saa skulle i oc icke dømmis. Quæ ideo à me adducta sunt, nè lectori sit fraudi hodiernus hujus vocabuli usus apud Anglos, quibus To doom est plerumque *Suppliciis devovere atque addicere*: quum tamen commate novissimè citato, pro *Nè condemnate*, Islandicè legatur Fordæmed eige / Danicè Fordømmer icke / in ipsóq; cod. Argenteo, ⲛⲓ ⲁⲧⲁⲣⲙⲍⲁⲓⲁ. Ex jam explicatis non obscurè constat *Justificationis* notionem forensem non ignotam fuisse vetustissimis Gothis, qui δικαιοῦν, *Justificare* acceperunt à veteribus traductum per *Justum judicare ac pronunciare*. His fidem facit quod occurrit, *Luc.* XVI, 15. ⲅⲛⲍⲉⲓ ⲅⲁⲕⲁⲓⲏⲧⲁⲛⲥ ⲁⲣⲙⲉⲓⲯ ⲓ̈ⲍⲩⲓⲥ ⲥⲓⲗⲃⲁⲛⲥ. pro (Ὑμεῖς) οἱ δικαιοῦντες ἑαυτούς. nec non illud *Luc.* XVIII, 14. quod separatim puto sic legendum, ⲅⲁⲕⲁⲓⲏⲧⲣⲍⲁ ⲅⲁⲧⲁⲓⲏⲁⲛⲥ. q. d. *Justus declaratus* vel *pronunciatus*: nam ⲅⲁⲧⲁⲓⲏⲁⲛ usurpatur pro Κεχρηματισμένον, *Divinitus nunciatum*; *Luc.* II, 26. Sperabam insuper aliquid lucis accessurum ex *Luc.* VII, 29. ubi lego, *Popu-*

Populus & publicani ἐδικαίωσαν τ Θεόν· at hoc nobis inviderunt blattæ vel temporis edacitas, è quibus nihil eluctatum præter unicum ΓΛΚΛΙΗΤΛ . . . . Hujus denique paraphraseos origo altior peti potest ex *Prov.* XVII, 15. ubi pro מצדיק רשע *Justificans impium*, legas Gr. Ὁς δίκαιον κρίνει τ ἄδικον. Arab. الظلم عدلا يحكم من *Qui judicat* vel *in judicio declarat iniquum justum.* Quæ apprimè consentiunt cum Gothicâ Versione modò eventilatâ.

CAP. XXVI.

Vers. 72. Ἠρνήσατο μετ' ὅρκου] Got. ΛΕΛΙΛΙΚ (non ΛΕΛΙΛΙΚ. ut in impressis) ΜΙΨ ΛΙΨΛ SΥΛΚΛΝΔS. *Negavit cum juramento jurans.* Nam Ὄρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ· *Luc.* I, 73. exponitur, ΛΙΨΙS ΨΛΝΕΙ SΥΡΚ ΥΙΨΚΛ ΛΒΚΛΗΛΜΛ: Usurpatur hìc in juramento assertorio dicendi modus, qui aliàs usu venit in jurejurando promissorio & obligatorio: ut, Ὄρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεός--. *Act.* II, 30. Ἀνθρώπῳ ὃς ἂν ὀμόσῃ ὅρκον· *Num* XXX, 2. in Versione LXX. Interpretum.

CAP. XXVII.

Vers. 1. Ἀρχιερεῖς] Got. ΓΝΔGΛNS. *Sacerdotes.* ΓΝΔGΛ vel ΓΝΔGΙ est *Sacerdos*, Ἱερεύς· sæpe tamen ponitur pro *Pontifex*, Ἀρχιερεύς· ut, hujus cap. *verss.* 3, 6, 12. *Mar.* XIV, 10. *Luc.* IX, 22. & XX, 1. acsi indifferenter denotaret utrumque: ut, Εἰσῆλθεν εἰς τ οἶκον τ Θεῦ, ἐπὶ Ἀβιάθαρ τ Ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τ προθέσεως ἔφαγεν, ὃς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς Ἱερεῦσι· ΓΛΛΛΙΨ ΪΝ ΓΛΚΔ ΓΨS. ΠΕ ΛΒΙΛΨΛΚΛ ΓΝΔGΙΝ. GΛh hΛΛΙΒΛΝS ΕΛΠΚΛΛΛΓΕΙΝΛΙS ΜΛΤΙΔΛ. ΨΛΝΖΕΙ ΝΙ SΚΝΛΔ ΪST ΜΛΤGΛΝ ΝΙΒΛ ΛΙΝΛΙΜ ΓΝΔGΛΜ. *Mar.* II, 26. Aliàs, Ἀρχιερεῖς sunt plerumque ΛΠhΠΜΙSΤΛΝS ΓΝΔGΛNS. *Summi sacerdotes:* ut hujus cap. *versu* 62. ac in aliis Euangelistis passim. Legimus quoque pro Ἀρχιερεῖς, ΓΝΔGΛΝΕ ΛΠhΠΜΙSΤΛΝS. q. d. *Sacerdotum summi*; *Mar.* XI, 18. sed & ΠΕΛΚΓΝΔGΛNS. *Superiores* vel *supremi sacerdotes*; *Mar.* X, 33. Subiit mirari insuetam illam varietatem, quam affectâsse videtur hic noster Interp. in *Pontificibus* Judæorum indigitandis, in uno cap. XVIII *Johannis*, unde describimus quæ sequuntur. Ἐκ τ Ἀρχιερέων ὑπηρέτας, ΨΙΖΕ ΓΝΔGΛΝΕ ΛΝΔ-ΒΛΗΤΛΝS. *Sacerdotum ministros*; vers. 3. sicq; *verss.* 15, 16, & 35. Ἔπαισε τ τ Ἀρχιερέως δοῦλον, SΛΖh ΨΙS ΛΠhΠΜΙSΤΙΝS ΓΝΔGΙΝS SΚΛΛΚ. *Percussit summi sacerdotis servum*; vers. 10. nec non 19. Ὁς ἦν Ἀρχιερεὺς τ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, SΛΕΙ ΥΛS ΛΠhΠΜΙSΤS ΥΕΙhΛ ΨΙSΛ ΤΛΨΝ-

ΤΛΨΝϹΙS (vel, ut opinor, rectiùs, ΨΙS ΛΤΛΨΝϹΙS) i. e. ad verb. *Qui erat summus Sanctus illius anni*; vers. 13. Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ Ἀρχιερεῖ; SΥΛΗ ΛΝΑΗΛΕϹΙS ΨΛΜΜΛ ΚΕΙΚΙSΤΙΝ ΓΝΑϹΙΝ. *Itáne respondes principi sacerdoti?* vers. 22. Denique, Πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, ΑΝ ΚΛϹΛΕΙΝ ΨΛΜΜΛ ΜΛΙSΤΙΝ ΓΝΑϹΙΝ. *Ad Caiapham sacerdotem majorem* vel *Pontificem maximum*; vers. 24. conf. & *vers.* 26. ac *cap.* XIX, 6. Pari modo ac *Theologus* Anglo-Saxonicè dicebatur Lodcunde lapeop. *Divinus magister* vel *doctor*; Anglicéq; appellatur in eundem sensum, a Divine: ita quoque verisimillimum est Got. ΓΝΑϹΛ. *Sacerdos* deductum esse à supremi Numinis appellatione, quam cod. Argentei scriba semper exaravit abbreviatè ΓΨ (vid. Cl. *Junii* Gloss. in ΓΧΑS) quod an legendum ΓΧΨ. an verò ΓΝΨ. mihi nondum satìs constat. Scrupulum injecit, quòd Pluralem faciat ΓΝΑΛ. non ΓΧΑΛ. *Joh.* X, 34. & observavi in linguis cognatis, eandem Vocalem sive *o* sive *u* in hoc nomine divino, retentam esse utroque numero: e. g. Anglo-Sax. Lod. Angl. God / Alam. Gott / Belg. Godt / *Deus*, habent Plur. Lodar. Gods / Götter / Goden / *Dii*. Sed Islandorum Danorúmq; Guder / *Dii*, fit à Sing. Gud / *Deus*. Olai interim Magni verba sunt: *Goth Bonum sive Deum linguâ Gothicâ significat*; Hist. Septen. lib. II, cap. 24. Quibus tamen è diverso haud importunè addi potest compositum illud ΓΝΑΛΕΛΝΚΗΤS pro εὐλαβὴς (vel ut aliq. codd. εὐσεβής) q. d. *Deum timens*; *Luc.* II, 25. quod etiam Islandicum Gudhraddur / Danicum Gudfryctig / Alamannicum Gottfürchtig / & Belgicum Godtvreesende ibid. occurrentia, significant. Hoc scil. per Ν scriptum videmus: at compositum simillimum quod extat, *Joh.* IX, 31. planè in MS. cod. sic pingitur. ΓΨΒΛΧSΤΚΕΙS. éstq; *Dei cultor*, Gr. Θεοσεβὴς, Dan. itidem Gudfryctig / Alam. Gottfürchtig / & Belg. Godtvruchtich. Quæ ideo annotare volui, non solùm ut ostendam affinitatem inter ΓΝΑϹΛ & ΓΨ vel saltem ΓΝΑΛ; sed ut hac occasione quoque aliquantò illustrem magni literarum Septentrionalium instauratoris conjecturam in Gloss. suo Got. ad vocem ΓΝΑϹΙ. ubi sic doctissimus auctor: *Fortasse quoque* ΓΝΑϹΛ *non malè derivatum dixeris à* ΓΝΑΛ, Dii; *ut paganorum temporib. Sacerdos dictus fuerit* ΓΝΑϹΛ *à Diis quorum cultui vacabat*. Hæc Cl. *Junius*. Certè de *Zamolxi* Astrologo, qui & *Getarum* propheta, affirmat Strabo, Καταρχὰς μὲν ἱερέα καταθεῖναι τοῦ μάλιστα τιμωμένου παρ' αὐτοῖς Θεοῦ, μεταταῦτα δὲ καὶ Θεὸν προσαγορευθῆναι --. & paulò post: Τοῦτο δὲ τὸ ἔθος διέτεινεν ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς, ἀεὶ τινὸς εὑρισκομένου τοιούτου τὸ ἦθος, ὃς τῷ μὲν βασιλεῖ σύμβουλος ὑπῆρξε, παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὠνομάζετο Θεός. Quæ sic transferre placuit Guil. Xylandro: *Itaque hunc Zamolxin initiò sacerdotem creatum, ejus qui præcipuè colitur apud Getas, Dei: deinde nomen Dei eum accepisse* —. ac postea: *Is mos ad nostram usque duravit ætatem, semper aliquo reperto, qui ita esset animatus ut regi à con-*

à consiliis esset, & à Getis Deus nominaretur. Geograph. lib. VII. Sed lib. XVI, de plurimarum nationum vatibus haruspicibúsq; verba faciens, inserit sequentia: Καὶ ὁ παρὰ τοῖς Γέταις Θεὸς, ὃ μὲν παλαιὸν Ζάμολξις Πυθαγόρειός τις. Quod non aliter vertendum censuit Xylander, quàm his verbis: *Et apud Getas olim Zamolxis Pythagoreus*; voce Θεὸς prorsus neglectâ. Quia, inquit ille in Annot. *Ego hos deos putatos vix credam*, &c. At verò *Zamolxin* Sacerdotem similésq; divinatores pro *Diis* acceptos compellatósq; à *Getis* sive *Gothis* paganis fuisse, ex loco superiùs citato didicimus: quod erat demonstrandum. Missis autem *Getis* paganis, sufficiat pronunciare, nomen ΓΠΔϚΛ apud *Gothos* Christianos ἱερόν τι, aliquídq; *sacrum* præ se tulisse: sicut enim ΓΠΔϚΛ substituitur pro Ἱερεὺς, *Sacerdos*; ita, ΪΝ ΓΠΔΗΠSΛ ponitur pro Ἐν τῷ ἱερῷ, *In templo*; *Joh.* XVIII, 20. ΜΙΨ ΨΛΝΕΙ ΓΠΔϚΙΝΧΔΛ ΪS pro Ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν, *Cùm is Sacerdotio fungeretur*; *Luc.* I, 8. & *vers.* 9. pro Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ΒΙ ΒΙΠΗΤϚΛ ΓΠΔ-ϚΙΝΛSSΛΠS. i. e. *Secundùm consuetudinem Sacerdotii*. Quid denique *Wulphilæ* in consilio fuerit, cùm *Pontificem* Judaicum tam variis, támq; magnificis titulis condecoraret, in *Joh.* XVIII modò memorato, haud ausim hariolari; nedum suspicari ipsum voluisse in *Gothorum* suorum animos ingerere, *Episcopum* Christianum, æquè ac *Pontificem* Judæum, tantâ dignitate authoritatéque debere accumulari. Ipsum certè ad amplissimum honoris gradum evectum fuisse prædicant historici, aliquíq; parum amici. *Gothicæ* gentis *Episcopum* & ἱερώμενον fuisse, ac legationi ad Imperatorem præfuisse, narrat Sozom. Eccl. Hist. lib. VI, cap. 37. Multùm apud *Gothos* pollentem, adeo ut τὰς ἐκείνης λόγους ἀκινήτους ὑπελάμβανον νόμους, facit Theodorit. Eccl. Hist. lib. IV, cap. 37. Philostorgius (cui tamen epitomator ejus Photius, φθοτοπολυψίας non ferendæ notam inurit) non veretur asserere Constantinum M. Imp. sæpe illum vocare solitum τὸν ἐφ' ἡμῶν Μωσῆν, *Nostri temporis Mosen*; Hist. Eccles. lib. II, cap. 5. Quia nimirum ἡγεμονήσαντα τῆς ἐξόδου τῶν εὐσεβῶν, ἐπίσκοπον αὐλῶν ἁγίων ἡγιασμένων· *Dux fuit piorum exeuntium* in captivitatem Gothicam, *primus eorum Episcopus constitutus*; Idem ibid.

Vers. 3. Ὅτι κατεκρίθη] Got. ΨΛΤΕΙ ΔΝ SΤΛΝΔΙ ΓΛΤΛΠΗΛΝS ΥΛΚΨ. *Quòd in judicium protractus esset*. Namque pro Εἰς κρίμα, legimus ΔΝ SΤΛΠΔΙ. *Joh.* IX, 39. Et pro Ἦλθε εἰς τὴν ἔρημον, substituit cod. Argenteus, ΤΛΠΗΛΝS ΥΛS ΪΝ ΛΠΨΙΔΛΙ. *Luc.* IV, 1. *Ducere in judicium*, simpliciter acceptum, non valet tantundem ac *Capitis damnare*, aut *morti adjudicare*: nam Deus *adducet in judicium* (ἄξει εἰς κρίσιν, secundùm LXX.) *tam bona quàm mala*; *Eccles.* XII, 14. Huc magìs facit *Jacobi* illud de opulentis qui contumeliis duris, iniquissimísque judiciis pauperes affligebant; Οὐχὶ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια; i. e. *Per tyrannidem opprimunt, & trahunt ad tribunalia*. cap. II, 6. Quos inopum mactatores sic postea alloquitur:

tur: Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον, *Condemnâstis, occidistis justum*; *Jac.* v, 6. Acsi τὸ κατασύρειν πρὸς τὸν κριτὴν (*Luc.* xii, 58.) viam sterneret inevitabilem ad capitalis supplicii condemnationem decretoriam. Hæc aliquantulum ad phraseos explicationem conferre possunt: sed mihi undiquaque non satisfaciunt. Suspicor, aut κατεκρίθη non lectum fuisse ab authore nostro, qui κατακρίνειν transferre solet per ΥΛΚΓϹΛΝ & ΓΛΑϪΜϹΛΝ. ut, *Mar.* x, 33. & xvi, 64. aut pro ΓΛΤΛΠΗΛΝΣ fortè legendum esse ΓΛΤΙΠΗΛΝΣ. significatione forensi (de quo nos pauca in Annot. ad *Matth.* xi, 19.) aut saltem locutione hac Gothicâ judiciarii damnatoriíve negotii aliquid implicari, quod priscis mortalibus consuetum, nobis verò incompertum. Mihi festinanti non licet indicare ex Ulpiano in Demost. aliísq; quid significaverit Ἀπαγωγὴ in foris Græcorum judicialibus. Satìs esto notare ex Hesychio, Ἀπαγωγὴ, ἡ τῶν κακούργων πρὸς τοὺς ἐν δικαστηρίῳ παράδοσις· & ex Suidâ, Ἀπαγωγὴ, δίκης ἐστὶν εἶδος· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπάγειν. ἀπήγοντο δὲ οἱ κακοῦργοι πρὸς τοὺς ἕνδεκα· i. e. *ad Undecimviros, Judices Athenienses*. Quibus admodum affine ΓΛΤΙΠΗΛΝ ΑΠ ΣΤΛΠΛΙ. *Ducere in judicium*. Neque prætereundum illud, *Act.* xii, 19. Ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι· quod Vulg. Latinus, ex Romanorum forensium more, appositè vertit, *Duci jussit*: Syrus, *Jussit eos necare*, vel, *ut morerentur*. Sic Romanis *Duci*, pro *Ad supplicium duci*, sæpiùs usurpatum.

Vers. 16. Ἐπίσημον, λεγόμενον --] Got. ΓΛΤΛΚΗΙΑΛΝΛ. Quid hoc verbum sibi velit, mihi non constat. Λεγόμενος est Got. ΗΛΙΤΛΝΣ. Ὁ λεγόμενος, ΣΛ ΗΛΙΤΛΝΛ. *Joh.* ix, 11. *Mar.* xv, 7. Quæ cùm hic locum non habeant, puto Λεγόμενον non transferri. Lectio videtur mendo laborare: & numquid pro ΓΛΤΛΚΗΙΑΛΝΛ legendum sit ΓΛΤΛΙΚΝΙΑΛΝΛ, aut quid simile, judicent ii quibus accessus patet ad ipsum venerandum cod. Argenteum. Ansam suggessit hujus conjecturæ (ἐπίσημον nempe vertendum per aliquod vocabulum à ΤΛΙΚΝϹΛΝ vel ΓΛΤΛΙΚΝϹΛΝ deductum) quòd Σημεῖον nusquam non reddi video per Got. ΤΛΙΚΝΣ. Vid. *Mar.* viii, 12, 13. &c.

Vers. 42. Post Καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ addit Interp. Got. ΕΙ ΓΛΣΛΙΘΛΙΜΛ. *Ut videamus*. planè ut *Mar.* xv, 32. Καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν· ubi Got. itidem, ΕΙ ΓΛΣΛΙΘΛΙΜΛ. Hoc quoque *Matthæi* loco addit Syrus דנחזא *Ut videamus*. Arabum unus, لنري quod idem significat.

Vers. 58. Ὁ Πιλάτος ἐκέλευσε] Got. ΠΕΙΛΛΤΠΣ ΠΣΛΛΠΒΙΑΛ. *Pilatus permisit*: siquidem pro Ἐπέτρεψεν αὐτοῖς legitur ΠΣΛΛΠΒΙΑΛ ΪΝ. *Luc.* viii, 32. at ΗΛΙΗΛΙΤ Gothorum exprimit Gr. ἐκέλευσε· *Matth.* viii, 18. *Luc.* xviii, 40. Non est dubium quin Interp. noster in suo exemplari Gr. legerit, Ὁ Πιλάτος ἐπέτρεψε, quæ in hac ipsâ historiâ habentur, *Joh.* xix, 38. Quum hìc observaverim aliquid *Johannis* in *Matthæo* inveniri, atque *Marci* aliquid in Anno-

Annotatiunculâ proximè præcedenti; in mentem venit quod conquestus est Hieronymus, præfatione suâ in quatuor Euangelia ad Damasum, his verbis: *Apud nos mixta sunt omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi: rursus in Matthæo plura Johannis & Marci: & in cæteris reliquorum, quæ aliis propria sunt, inveniuntur.* Suspicari quis poterit hanc confusionem invectam fuisse ex harmoniâ Euangelicâ quam olim conflârat Justini Martyris discipulus, Tatianus; qui, ut inquit Eusebius, συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων τοῦτο προσωνόμασεν, ὃ καὶ παρά τισιν ἐισέτι νῦν φέρεται· Eccles. Hist. lib. IV, cap. 27. i. e. *Conglutinationem quandam & conciliationem Euangeliorum nescio quomodo structam Diatessaron nominavit, quam etiamnum quidam circumferunt:* interprete Wolf. Musculo; quæ tamen aliquanto aliter à D. Richardo Montacutio sunt intellecta; Orig. Ecclesiast. Tom. I, part. 2. pag. 353. Verumenimverò Tatiani harmonia Euangelica, quæ Latinè prodiit Basileæ, ann. CIↃ IↃLXIX. *comma* 42 illud hujus cap. sic quidem proponit: *Descende nunc de cruce, ut videamus*, &c. Cap. CLXX. Hunc autem *vers.* 58 consentaneum facit Græco modò allato, ἐκέλευσε· legit enim *Jussit reddi corpus*; (non verò *Permisit*) Cap. CLXXI. Atque hoc de Tatiani harmoniâ semel monuisse sufficiat.

VERS. 64. — Νυκτός --] Got. deest, sicq; cod. Alexandrino, aliisque Gr. MSS. nec habetur in versionibus Arabicis aut Hebraicis, aut vulg. Latinâ, &c.

VERS. 65. Ἔχετε κουστωδίαν.] Got. ΗΛΒΛΙΨ ΥΛΚΑϹΛΝΣ. *Habetis*, vel *habete custodes*. Islandis, þar hafe þier Vardmennenna. De voce ΥΛΚΑϹΛΝ consulendum est Cl. *Junii* Glossarium Got. Pro Κουστωδίαν habet Bezæ cod. antiquissimus, Gr. Φύλακας, Lat. *Custodes:* sed corrigitur Κουστωδίαν. Sic *vers.* proximè sequenti, pro τῆς κουστωδίας legebat cod. ille, τῶν φυλακῶν, sed corrigitur ut prius. In Euangeliis quoque in linguam Græcorum semibarbaram conversis, *commate* isthoc lego φύλακας pro κουστωδίαν: & pro μετὰ τῆς κουστωδίας, *versu* seq. occurrit μαζὴ μὲ τοὺς φύλακας. Interp. Syrus utitur vocabulo inusitatiori, קסטונרא quod denotare *Quæstionarios* primùm suboluit perspicaci nostro Nic. Fullero, quem vid. in Miscel. Sacr. lib. IV, cap. 17. Arabes habent חראש *Custodes*; Coptita, ϨⲀⲚⲔⲞⲨⲤⲦⲰⲆⲒⲀ in Plur. quod in Scalâ electâ Copt-Arab. exponitur חראש *Custodes*, ut jam dictum. Sed parum refert hoc ulteriùs prosequi, cùm Κουστωδία Latinum sit, intérq; Latinos inveniatur sumptum pro *Custode* & *Custodientibus*, ut *Vigiliæ* pro *Vigilantibus*, &c. Κουστωδία, inquit Theophylactus, λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις, ἡ φυλακὴ· τοὺς οὖν ἐπὶ τῷ φυλάττειν τεταγμένους στρατιώτας, Κουστωδίαν ὀνομάζει. Conf. Hesychium & Suidam.

OBSERVATIONES

IN S. MARCI CAP. I. VERS. 2.

Σ γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις·] Got. ϹΥϵ ΓΛΜϵΛΙΨ ΪϹΤ ΪΝ ϵϹΛΪΪΝ ΠΚΛΝΕϵΤΛΝ. *Sicut scriptum est in Esaiâ Prophetâ*, ut vulg. Lat. & in Manuscriptis aliquibus Gr. Ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ. Sícq; Syrus & Arabum tria exemplaria, hósq; secuti Persæ duo. Sed Arabs in Bibl. polyglottis, & Æthiops habent *In Prophetis*. De hac variatione multi multa. Unicum hactenus intentatum superest, quod exhibet antiquum Euangeliorum Copticè versorum exemplar. Illic enim legitur ϦΕΝ ΗϹΑΗΑϹ ΠΙΠΡΟΦΗΤΗϹ·. *In Isaiâ Prophetâ:* at in margine librarius monet pro *Isaiâ Prophetâ* legendum esse, ex *saniori exemplari*, ΝΙΠΡΟΦΗΤΗϹ·. *Prophetis*. Rationem porrò subnectit: scil. *Esaias prophetavit de Voce clamante: Moses autem & Malachias de Missione angeli prophetaverunt*. Quæ codicis oræ ascripta sunt Arabicè, Typis nostris, ut potuimus, expressa, sic se habent:

اشعياء تنبا بالصوت الصارخ،
وموسي . وملاخيا تنبوا بارسال الملاك،

Jesaiæ locus est notissimus, cap. XL, 3. *Vox clamantis in deserto:* &c. Neque dubitatur de *Malachiæ* testimonio prophetico, quin extet, cap. III, 1. *Ecce ego mitto angelum meum*, &c. quamvis Erasmi conjectura sit Hieronymum, dicendo *in Malachiæ fine scriptum est*, memoriæ lapsu, respexisse ad cap. IV, 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam*. Certè luculenter de *Marci* loco isto affirmat Hieronymus, Tom. II. epistolâ penult. de optimo genere interpretandi: *Hoc exemplum ex duobis Prophetis compositum est, de Malachiâ videlicet & Esaiâ:* sícq; Theophylactus. At ex *Mose* Prophetâ haud quicquam solet à nostris observari in hunc Euangelistæ Textum. Quam quoque Pentateuchi clausulam faciat Johannis Baptistæ prænunciatricem Scriba Copticus, nobis præfestinanter scribentibus non licet curiosiùs investigare. Legitur, *Exod.* XXIII, 20. *Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te*, ut vulg. Lat. ubi pro מלאך *Angelum*, habet versio Samaritana שלחי *Nuncium, legatum*, vel *Apostolum meum*. R. Salomonis Jarchi observatio est רבותינו אמרו זה מטטרון *Magistri nostri dicunt, hunc Angelum Metatron esse*. *Metatron* verò aliquando exponitur *Metator* sive *Legatus Dei*; vid. Jo. Coch in Excerpt. Gem. Sanhed. cap. IV, not. 8.

Sic

Sic *Exod.* XXXIII, 2. *Et mittam Angelum ante faciem tuam:* vulg. Lat. *Et mittam præcursorem tui Angelum*; ubi pro מלאך itidem substituit Versio Samaritana שליח *Legatum*, *Apostolum*. Consimilia sunt loca *Exod.* XXXII, 34. *Num.* XX, 16. &c. Johannem autem Baptistam dictum esse *Angelum*, *nuncium*, *præcursorem*, & quasi *Metatorem* qui viam Domini præsterneret, nihil opus est ut moneam. Quæ non ideo à me dicta sunt, acsi crederem aut probaturus essem hunc Angelum de Johanne Baptistâ intelligendum esse, pari modo atque ille apud *Malachiam:* sed conjectare volebam, quibus potissimùm moti rationibus, Christiani Coptitæ statuerint *Mosen* æquè ac *Malachiam* prophetâsse de missione illius Angeli, qui præparaturus esset viam Domini; de Johannis nempe illius, qui Christi πρόδρομος erat, legatione. Si cui in manus inciderit Pentateuchus Ægyptiacus, definitè forsan hunc nodum expediet.

VERS. 3. Τὰς τρίβους αὐτοῦ] Got. ΣΤΑΙΓΩΣ ΓΨΣ ΗΝΣΑΚΙΣ. *Semitas Dei nostri*. Sic cod. Bezæ vetust. in Gr. Τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, in Lat. *Dei nostri*. Desumptum est ex *Isai.* XL, 3. ubi pro מסלה לאלהינו habet Versio Gr. Τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. sicuti & Τὴν ὁδὸν Κυρίου, hoc *Marci* versu, respondet illi דרך יהוה quod occurrit in priori membro illius commatis *Isaiæ*. Hìc obiter notandum, Sospitatorem nostrum, de quo hæc necessariò intelligenda, dictum esse *Jehovam* & *Deum nostrum*; hócq; ῥητῶς agnitum esse ab Interprete Gothico. Quod aliquantò facit ad Gothos purgandos à graviori pestilentis Arianismi suspicione. Horum enim Episcopum Ulphilam *Arianum fuisse*, *seu* ἑτεροούσιον *professum*, colligit Jac. Gothofredus ex Philostorgio, in Dissertat. ad lib. II, cap. 5. Déq; ipsis Gothis sic Theodoritus: Μέχρι καὶ τήμερον οἱ Γότθοι μείζονα μὲν τὸν πατέρα λέγουσι τοῦ υἱοῦ· κτίσμα δὲ τὸν υἱὸν εἰπεῖν οὐκ ἀνέχονται, καίτοι κοινωνοῦντες τοῖς λέγουσιν. ἀλλ' ὅμως οὐ παντάπασι τὴν πατρῴαν διδασκαλίαν κατέλιπον. *Hodie quoque Gothi majorem Patrem Filio asserunt, creaturam autem dicere Filium non sustinent, quamvis ab iis qui dicunt, se non abducant: non tamen penitus à paternâ doctrinâ recessêre*; Eccles. hist. lib. IV, cap. 37. Propter has aliásq; nonnullas ambiguitates circa Wulphilæ Gothorúmq; ejus defectionem ad impiam Arianorum sui temporis hæresin; ac propter hoc & similia quædam in Textu Gothico testimonia, dixi, in Dissertatiunculâ de Versione Gothicâ, *Hanc qualemcunque defectionem verisimiliter evenisse post Traductiones Biblicas demum confectas.*

VERS. 10. Εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς.] Got. ΓΑΣΑΘ ΗΣΛΗΚΝΑΝΣ ΗΙΜΙΝΑΝΣ. *Vidit cœlos apertos*. ut vulg. Lat. adeo ut non dubium sit quin legerit Interp. noster ἠνοιγμένους, cum aliquot Gr. Manuscriptis. ΗΣΛΗΚΑΝ ponitur pro ἀνοίγειν. *Luc.* I, 64. & pro ἀναπτύσσειν· *Luc.* IV, 17. Σχίζειν verò transfertur in cod. Argenteo per ΑΕΤΑΙΚΑΝ & ΑΙΣΣΚΚΕΙΤΑΝ. In locis huic parallelis, *Matth.* III, 16. & *Luc.* III, 21. dictum est τοὺς οὐρανοὺς vel τὸν οὐρανὸν ἀνεῳχθῆναι (Got. ΗΣΛΗΚΝΩΑΛ ΗΙΜΙΝΣ. *Apertum est cœlum*) qui-

 buscum

buſcum hæc noſtra Verſio penitus concordat. Aliàs *findendi* ſeu *diſrumpendi* verbo utens Marcus, oſtendit cœlos non apertos modò, quod alii teſtantur, ſed ſubitò ac uno quaſi impetu fuiſſe diductos atque diffiſſos.

VERS. 16. Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.] Got. ⲀⲚⲀⲔⲀⲒⲀⲚ ⲂⲔϨⲰⲀⲔ ⲒⲚ. ⲪⲒⲚ ⲚⲈⲒⲘϨⲚⲒⲚ. acſi legiſſet cum cod. Alexandrino, Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σίμωνος· vel potius, *Andream fratrem ejus*, nempe *Simonis*. Neque aliter, puto, vertendum illud in hujus loci traductione Moſcoviticâ, ἈΝΔΡΙ'ΕΑ, ΒΡ'ΑΤΑ ΤΟΓΟ Σ'ΗΜΟΝΑ. Euangelia Coptica eandem certè lectionem amplectuntur: illorum enim Verſio, quam Typorum defectu exprimere nequimus, ſonat *Andream fratrem Simonis*. Nec mirandum quod author Ægyptiacus hìc *Simonis* mentionem, cum aliis, faciat, qui *Matth.* IX, 10. poſt hæc verba Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, addit ⲚⲤⲒⲘⲰⲚ *Simonis:* ubi hæc margini appoſita conſpiciuntur, ⲤⲒⲘⲰⲚ פי אלקבטי פקט *In Coptico duntaxat* habetur *Simon*. Quod etiam notavit è codicis ſui Arabici margine Petrus Kirſtenius, in Notis ad *Matth.* IX, 10. *Simonis* nomen, in hoc Marci loco, adjectum videtur, explicationis gratiâ ſive diſtinctionis: ſic enim S. Textum legimus; *Et* Jeſus *præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem ejus*, nempe Simonis; non *ſuum*, ſcil. Chriſti. Non abſimile eſt quod occurrit, *Mar.* V, 37. Verſione vulgatâ, *Et* Jeſus *non admiſit quenquam ſe ſequi, niſi Petrum & Jacocum & Johannem fratrem Jacobi*. Ubi pro Ἰακώβου habent aliqui codd. MSS. αὐτοῦ· ut hìc pro vel poſt αὐτοῦ habent aliqui τοῦ Σίμωνος.

VERS. 17. Ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.] Got. ⲄⲀⲦⲀⲚϨⲀ ⲒⲄⲨⲒⲚ (reſcribe ⲒⲄⲨⲒⲚ) ⲨⲀⲒⲔⲪⲀⲚ ⲚⲚⲦⲀⲚⲚ ⲘⲀⲚⲚⲈ. i. e. ad verbum, *Faciam vos duos* (vel, *ut vos duo ſitis*) *capientes*, aut *captores hominum*. ⲄⲀⲦⲀⲚϨⲀⲚ & ⲦⲀⲚϨⲀⲚ ſignificant *Facere*. De ⲄⲀ præpoſitivâ ſyllabâ ſeu augmento otioſo, ſuperfluum eſſet multa diſſerere: unaquæque enim Textûs Gothici pagella uſum ejus perfamiliarem eſſe teſtatur. Pro Got. ⲄⲀ retinebant Anglo-Saxones ȝe. quod Verbis quamplurimis præmittebatur aut rejiciebatur pro loquentis aut ſcribentis arbitrio. Exemplum eſto hic ipſe locus, ubi pro Got. ⲄⲀⲦⲀⲚϨⲀ habent tria exemplaria MSS. Ic ȝo. Cantabrigienſe verò Euangeliorum Anglo-Sax. Manuſcriptum, Ic ȝeȝo. Theotiſci ſive Franci vett. utuntur ge / gi / & aliquando je / (vid. Cl. *Junii* Obſervat. in Willerami pag. 62.) ſed & ka / ke & ki / præcipuè in Participiis Verborum præteritis formandis. Alamanni habent ge / Belgæ, ghe vel ge / quæ Participiis præteritis, ac Nominibus, ut vocant, verbalibus quibuſdam conſtanter præfigunt. Quin & apud Anglos qui, tertio abhinc retro ſeculo, ſermone patrio ſcrip-

scripserunt, usitata erant ᵹmade / ᵹboꝛn / &c. pro Belg. gemaeckt / geboren / i. e. *Factus*, *natus*. Sed de his plus satìs. ΓΛΤΛΝϚΛ hìc planè Futuri temporis est, aliàs pro ποιήσω utplurimùm reperitur ΤΛΝϚΛΝ. atque pro ποιῶ, ΤΛΝϚΛ & ΓΛΤΛΝϚΛ. Sæpiùs contigit hanc obsevâsse confusionem Temporum tam in Gothicâ quàm Anglo-Saxonicâ linguâ, cujus omnino monendus est lector inexercitatior; nè in hisce minutiis, à nemine, quod sciam, hactenus notatis, hallucinetur atque gravìùs à scopo aberret. In *Johannis* etenim *cap.* XIV, 12. Ἐγὼ ποιῶ est ÏK ΤΛΝϚΛ. & *vers.* 14. Ἐγὼ ποιήσω est etiam ÏK ΤΛΝϚΛ: Sic ejusdem capitis *verss.* 13 & 31. legitur utrobique ΓΛΤΛΝϚΛ in Gothicâ, & Ic ᵭo in Anglo-Saxonicâ Versione: sed Textu Græco atque Latino illic habetur, ποιήσω, *Faciam*, hìc autem, ποιῶ, *Facio*. Istiusmodi exempla plura congesseram, præcipuè in nostris Saxonicis: sed recensioni reclamant, quæ supersunt, horulæ. Proximè succedit ÏTUIS. *vos duos*; vel, ut Græcè liceret dicere, σφῶϊ & σφώ. De Verbis Gothorum dualibus diximus ad *Matth.* XI, 2. restat ut paucis adjiciamus Observatiunculam de Septentrionalium aliquorum Pronominibus dualiter sumendis. In hoc autem Parallelismo subjecto citantur Gothica ex cod. Argenteo, Anglo-Saxonica verò è Textu Euangelico παραφήλως edito, Islandica denique petuntur è Runolphi Jonæ Grammaticâ Islandicâ Hafniæ excusâ, ann. CIↃ IↃC LI.

PRONOM. PRIMITIVA

Primæ Personæ.

	Got.	Anglo-Sax.	Island.	Interp.
Casus rect.	ᵹIT. *Joh.* XVII, 22.	ᵹÿt. *Luc.* XXIII, 41.	ᵹid.	Nῶϊ, Nὼ, *Nos duo*, &c.
Casus obliq.	ᵹITKIS. *Mar.* X, 37. & ᵹITKIS. *Matth.* IX, 27.	Unc. *Matth.* III, 15.	Ockar Gen. Ockur Dat. & Accus.	

Unde

PRONOM. POSSESS.

. . . . .	Uncep. *Luc.* XII, 13.	Ockar Masc. & Fœm. Ockart Neut.	Νωΐτερος, *Noster duorum.*

PRO-

PRONOM. PRIMITIVA

Secundæ Personæ.

	Got.	Anglo-Sax.	Island.	Interp.
Casus rect.	. . . . .	Ꞅÿꞇ. *Matth.* xx, 22.	þíð.	Σφῶϊ, Σφώ, *Vos duo*, &c.
Casus obliq.	ïΓUIS. *Mar.* x, 36. & ïΓΓUIS. *Mar.* xi, 2. & ïZUIS. *Luc.* xix, 31.	Inc. *Matth.* ix, 28.	yckar Gen. yckur Dat. & Accus.	

Unde

PRONOM. POSSESS.

ïΓΓUΛK. *Matth.* ix, 29.	Incep (nam pro Ꞓoppum habent aliq. codd. Incpun) *Matth.* ix, 29.	yckar Masc. & Fœm. yckart Neut.	Σφωΐτερος, *Vester duorum.*

Eorum, quæ hac de re subnotaveram, delineationem dedi, supplementum demandans instructis aptiori supellectile literariâ, ac secessu fruentibus minùs inquietato. De ïGΛ quod occurrit, *Luc.* II, 50. dubitari potest, utrum inter Dualia sit numerandum, nécne. Mihi videtur Plurale dicendum, atque ad amussim respondere Anglo-Saxonico hiȝ. Ambobus enim hoc commune, ut Fœmininè usurpentur pro αὐτὴν, *Illam* vel *eam*, in Accusandi casu Singulari: huic etiam nusquam non contingit ut ponatur pro *Illi*, in Numeri Pluralis casu Nominandi. Exemplum esto *Matth.* xxii, 28. Ꞓalle hiȝ hæfðon hiȝ. *Omnes illi* septem *habuerunt eam*. Atque hoc quoque de ïGΛ affirmari posse opinor. In veteribus Anglo-Saxonum monumentis quæ penitioris sunt antiquitatis (qualis est *Cædmonis* Monachi Paraphrasis poëtica) creberrimus invaluit usus Dualium, quæ postea citerioribus seculis obsolescere cœperunt atque evanescere: adeo ut in

in hodierno Anglorum ſermone nè vola quidem aut veſtigium eorum appareat. Hinc etiam judicium fieri poteſt de linguâ Iſlandorum. Sed hujuſmodi Grammaticalibus diutiùs immorari, neque per noſtrum tempus anguſtiſſimum licet, nec fortaſſis expedit ob lectoris, ad res potiùs quàm Voces attenti, gravitatem. Denique ΝΠΤΛΝS hìc uſurpatur pro ἁλιεῖς, pari fermè ratione ac in Verſione Anglo-Sax. collaterali, pro *Piſcatores hominum* ſubſtituuntur Sapla onþonde. *Animarum captores* vel *capientes*. Quid hæc ſignificent, opportunè docet locus conſimilis *Luc.* v, 10. ubi Græca Ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν transferuntur Gothicè, ΜΛΝΝΕ SΙΠΑ ΝΠΤΛΝS: Latina verò *Homines eris capiens*, Anglo-Saxonicè interpretata ſunt, þu biþt men ȝeþonde. Ἁλιεῖς ſeu *Piſcatores* ſunt Gothicè ÞΙSΚGΛΝS. Anglo-Sax. Fiþcepaþ. ut, *verſu* proximè antecedenti; ſcil. *Mar.* I, 16. ΝΠΤΛΝS autem *irretiendi* ſignificatu aut etiam *illaqueandi* accipi probabile eſt: quia, præter modò allegata de ἁλιεῖς & ζωγρῶν (quibus reſpondent ΝΠΤΛΝS & Onþonde utroque, ut videtur, Numero) uſurpatur quoque de capturâ piſcium, in illo *Luc.* v, 9. Ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον, ΪΝ ΓΛÞΛhΙS ΨΙΖΕ ÞΙSΚΕ ΨΛΝΖΕΙ ΓΛΝΠΤΠΝ: Et, quod maximè huc facit, *Mar.* XII, 13. de inſidiantibus Chriſto loquenti dicitur, Ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ, ΕΙ ΪΝΛ ΓΛΝΠΤΕΙΝΛ ΥΛΠΚΑΛ. ubi pro ἀγρεύσωσι, in exemplaribus quibuſdam legitur παγιδεύσωσι, quod occurrit *Matth.* XXII, 15.

VERS. 21. Ἐδίδασκε.] Got. ΛΛΙSΙΑΛ ΪΝS. *Docebat eos:* ut Vulg. Latinus. Bezæ cod. vet. habet Ἐδίδασκεν αὐτούς. Orientalium plerique lectionem ſequebantur ſi non aliam, certè aliter diſtinctam: namque pro Εἰσελθὼν εἰς συναγωγὴν, ἐδίδασκε, ſupponunt, *Docebat in ſynagogis eorum*. Satìs eſto monuiſſe, apud *Lucam* loco parallelo reperiri Ἦν διδάσκων αὐτούς· cap. IV, *verſ.* 31. ubi noſter tamen habet ſolummodò ΥΛS ΛΛΙSGΛΝΑS, *Erat docens*; omiſſo αὐτούς.

VERS. 25. Ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.] Got. ΠSΓΛΓΓ ΠΤ ΠS ΨΛΜΜΛ. ΛhΜΛ ΠΝhΚΛΙΝGΛ. *Exi foràs ex illo, ſpiritus immunde*. In cod. Bezæ antiquo hæc conſpiciuntur: Ἔξελθε ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, πνεῦμα ἀκάθαρτον, in Lat. *Exi de homine, ſpiritus immunde*. Æthiops quoque addit מנפש רכש *Spiritus immunde*. Conferatur illud *Mar.* v, 8. Ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου· Got. ΠSΓΛΓΓ ΛhΜΛ ΠΝhΚΛΙΝGΛ ΠS ΨΛΜΜΛ ΜΛΝΝ. Concordantia manifeſta eſt.

VERS. 27. Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες] Got. GΛh ΛÞSΛΛΠΨΝΧΑΕΑΠΝ ΛΛΛΛΙ SΙΛΑΛΛΕΙΚGΛΝΑΛΝS. *Et obſtupefacti* vel *attoniti ſunt omnes mirantes*. Vulg. Lat. *Mirati ſunt*. Noſter deſcribere periphraſticè conabatur τοὺς ἐκθάμβους, *expaveſcentes, atque cum ſtupore mirabundos*. Θάμβος enim exponitur per ΛÞSΛΛΠΨΝΛΝ. *Luc.* IV, 36. & SΙΛΑΛΛΕΙΚ. *Luc.* v, 9. ſic pro ἐθαμβοῦντο legimus ΛÞSΛΛΠΨΝΧΑΕΑΠΝ. *Mar.* x, 24. at *verſ.* 32.

pro eodem usurpatur SILALLEIKIDEDANN. SILALLEIKGAN autem est propriè *Admirari*. Sed vide quæ suprà diximus ad *Matth.* IX, 8. ubi per otium licuit hujusmodi periphrasin anxiùs expendere. Quòd autem statim hoc ipso *commate* sequitur, SVA EI SKKIDEDANN MIΨ SISMISSK (sic enim voces censeo distinguendas) id est *Adeo ut quærerent inter seipsos*, vel *Secum mutuò disceptarent*, pro Gr. Ὥστε συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς, vix existimo dignum notatu. Pro ἑαυτοὺς (vel, ut in aliis editionib. rectiùs, ἑαυτοὺς) plures codd. Gr. exhibent ἐαυτοὺς· quam lectionem ob oculos habuit Got. Interpres; aut saltem legebat ἑαυτοὺς aspiratè, quod idem valet.

VERS. 38. Ἀγωμεν εἰς ἑτέρας κωμοπόλεις.] Got. GAGGAM AN ΨAIM BISNNGANE hAIMAN GAh BANKGIM. *Eamus in proximos vicos & civitates*, ut Vulg. Lat. Manuscripti aliquot Gr. habent Ἀγωμεν εἰς τοὺς ἐχθὺς κώμας, καὶ εἰς τὰς πόλεις. Sícq; Syrus, Arabs ac Persæ seperatim legunt *Vicos & urbes*, quod hìc conjunctim est κωμοπόλεις· sed Arab. Versio in Bibl. polyglott. Lond. omittit אקרי *Pagi*, quod in cæteris agnoscitur. In *Lucæ* etiam loco parall. legimus Τοῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ· cap. IV, 43. Coptita retinet Compositum Gr. scribítq; NIKDEEDNDAIC ✝ κωμοπόλεις, quod auctor Scalæ electæ haudquaquam intellexit, ubi vertit אמרן אאחר *Civitates aliæ*. Habent, fateor, Interpp. Arabici, *Eamus in loca ALIA ex civitatibus* &c. sed hoc modo, ni fallor, exprimere volebant ἐχομένας (aut forsan ἑτέρας è Textu parall.) q. d. *Alias vicinas* urbes. Non vacat fusiùs hanc rem enucleare. Notet lector curiosus, Heb. אחר pro punctorum Vocalium diversitate significare *Alius* & *Post*: quorum illi respondet Ἕτερος, huic verò aliquoties Ἑχόμενος apud LXX. Interpp. vide *Gen.* XLI, 23. *Psal.* LXVIII, (vel LXVII,) 26. &c. De BISNNGANE conf. loca citata in Glossario Gothico.

VERS. 41. Ἐκτείνας τὴν χεῖρα.] Got. NEKAKGANDS hANAN SEINA. *Extendens manum suam*. Sic Vulg. Lat. & Orientales. Cod. quoquè Bezæ vet. habet χεῖρα αὐτοῦ. Alioquin putâram *suam* exegeticè adjectam (ut *tua* in ÞKAYANKhTEIS ΨEINAS. *Peccata tua*; *Mar.* II, 9.) sed loco consimili *Luc.* V, 13. pro Ἐκτείνας τὴν χεῖρα, noster substituit tantùm NEKAKGANDS hANAN, ut & vulg. Lat. Orientales tamen *suam* itidem, explicationis causâ, subjungunt. Hujusmodi discrepantias minoris momenti posthac sicco pede præteribo; utì quoque nominis *Jesu* adjectionem, infrà VERSS. 42. & 45. ac CAP. II, 4 & 15. &c. quod etiam antea submonitum est.

CAP.

CAP. II.

VERS. 4. Χαλῶσι τὸν κράββατον.] Got. ÏNSAIΛIΛΙΑΕΑΠΝ ΨΛΤΛ ΒΛΑΙ ϹΛΗ ⊢ΚΛΛΛΙΛΧΤΠΝ. *Funibus ligabant lectum, ac demittebant.* Hanc periphrasin pluribus enarratam à Pers. Interprete in Bibl. polyglottis, atque graphicè depictam in Euangeliis Arab. Romæ impressis, conspiciat quicunque Paraphrasibus delectatur. Vim hujus Verbi χαλᾷν abundè docent *Act.* IX, 25. 2 *Cor.* XI, 33. & *Act.* XXVII, 30. quo novissimo loco usurpatur in re navali; scil. Τῶν ναυτῶν χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν. Quod in mentem revocat phrasin nauticam quâ naviculatores nostri utuntur, ubi cados, tormenta, &c. funibus prævincta in navigium invehunt aut etiam evehunt; nempe, **To sling.** Atqui an hoc affinitatem aliquam habeat cum Got. SAIΛϹΛΝ à quo fit ÏNSAIΛIΛΙΑΕΑΠΝ. judicium esto penes Etymologos. Omnino consule Cl. *Junii* Glossarium Gothicum.

VERS. 12. Καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, λέγοντας· Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.] Got. ϹΛΗ ΗΛΠΗΙΑΕΑΠΝ ΜΙΚΙΛϹΛΝΑΛΝS ΓΨ. ΜΙΨΛΝΑΛΝS ΨΛΤΕΙ ΛΙΥ SΥΛ ΝΙ ΓΛSΕΘΠΝ. i. e. ad verbum, *Et exaltabant magnificantes Deum, dicentes quòd nunquam sic vidissent.* Δοξάζειν circumlocutione quoque transtulit Gothorum Antistes, qui aliàs perpetuò ferè κατὰ πόδα reddit Græca; q. d. *Laudibus efferebant, summum magnificentissimúmq; prædicantes atque celebrantes Deum.* *Lucæ* V, 26. Ἐδόξαζον τὸν Θεὸν est tantùm ΜΙΚΙΛΙΑΕΑΠΝ ΓΨ: Hic noster solus, quod sciam, habet *Viderunt* tertiæ Personæ, hoc in loco, pro εἴδομεν, primæ: *Lucæ* enim loco jam laudato, εἴδομεν traducitur ΓΛSΛΙΘΛΜ:

VERS. 17. Ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.] Got. ΛΚ ⊢ΚΛΥΛΠΚΗΤΛΝS. *Sed peccatores*; omisso *ad pœnitentiam.* Idem ipsum observatum ad *Matth.* IX, 13. quò lector relegandus.

VERS. 18. Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες·] Got. ϹΛΗ ΥΕSΠΝ SIΠΧΝϹΧS ÏΧΗΛΝΝIS ϹΛΗ ⊢ΛΚΕISΛΙΕIS ⊢ΛSΤΛΝΑΛΝΑS. *Et erant discipuli Johannis & Pharisæi jejunantes*; ut vulg. Lat. *Pharisæi* scil. ponitur pro *Pharisæorum discipuli.* Bina Gr. exemplaria dicuntur pro Φαρισαίων exhibere Φρισαῖοι. Cod. Alexandr. habet οἱ Φαρισαῖοι. Parum refert hìc notare Arabum variationem, aut Versiones alias ad calculos exigere. Satìs esto observare, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων — quæ sequuntur in posteriori hujus versiculi membro, quæq; noster itidem reddit ΑΠ ΘΕ SIΠΧΝϹΧS ÏΧΗΛΝΝIS ϹΛΗ ⊢ΛΚΕISΛΙΕIS —. concipi his verbis,

Matth. IX, 14. Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι —; at *Luc.* V, 33. hoc modo; Διατὶ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσιν, ὁμοίως καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων —; in quorum Textuum utroque Interpretes quaquaversus feliciter conveniunt. Noster etiam in illo *Matthæi* exhibet ƀΛRGISΛIGIS. *Pharisæi*; in *Lucæ* isthoc, SΛMΛLGIKΧ GΛh ƀΛRGISΛEI (pro quo tamen omnino legendum ƀΛRGISΛIЄ in Gen. pl.) *Similiter & Pharisæorum*. Matthæus itaque dixerat *Pharisæi*; Lucas, *Pharisæorum discipuli*, qui & ipsi Pharisæi censendi sunt (vid. *Matth.* XXII, 16.) ex quibus collatis nascitur conciliatio circa discrepantias in Marco. Tanti refert parallela advocare, ut Scriptura sit suiipsius conciliatrix.

VERS. 21. Ἄιρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ.] Got. ΛƀNIMΛI ƀNΛ-ΛΧN Λƀ ψΛMMΛ SΛ NINGΛ ψΛMMΛ ƀΛIKNGIN. Acsi lectum esset, Ἄιρει τὸ πλήρωμα ἀπ' αὐτοῦ τὸ καινὸν τῷ παλαιῷ. Omnia quoad syntaxin obscura. Pro αὐτοῦ autem habetur ἀπ' αὐτοῦ in cod. quodam Montfortiano: próq; τοῦ παλαιοῦ legitur ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, in cod. Bezæ vet. atque in Syr. מן בליא *de* vel *è vetere*. ψΛMMΛ ƀΛIKNGIN denique respondet τῷ παλαιῷ· *Luc.* V, 36. Eos, qui desudârunt in Translationibus adornandis, ferè contentos video sensum reddidisse, minúsq; sollicitos fuisse de vocum constructione. Si liceret suspicari Gothica aliquanto luxata, in promptu esset sic restituere: ΛƀNIMΛI ƀNΛ-ΛΧN SΛ NINGΛ Λƀ ψΛMMΛ ƀΛIKNGIN. *Tollit supplementum illud novum* aliquid *ex vetere* vestimento. A quo parum abit illud vulg. Latini, *Aufert supplementum novum à veteri*. Αὐτοῦ quidem hìc abest, sed & desideratur in cod. Bezæ vet. Verùm nihil temerè immutandum.

VERS. 23. — ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.] Got. — SKEVÇΛNDΛNS ΚΛNNÇΛN ΛhSΛ. *Iter facientes vellere spicas* cœperunt discipuli ejus. Sic Orientalium unus phrasin quoque transmutat, sed non aliâ de causâ, opinor, quàm commodioris expositionis. Quòd cod. quidam πλεῖν habeat pro τίλλοντες, parum facit ad hanc rem: quippe qui & ὁδὸν ποιεῖν prorsus omittens legit Ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ πλεῖν· ut *Matth.* XII, 1.

VERS. 24. Ἴδε, τί ποιοῦσι;] Got. SΛI. ⊙Λ TΛNÇΛNΔ SINΧNGΧS ψEINΛI. *Ecce, quid faciunt discipuli tui*—? Et codd. aliquot MSS. addunt οἱ μαθηταί σου, quomodo etiam legebat Interp. Æthiops. Hæc, quæ necessariò subintelligenda erant, vel adjiciuntur explicativè; vel desumpta videntur ex *Matth.* XII, 2. ubi legimus, Ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσι.

VERS. 26. Ἐπὶ τοῦ ἀρχιερέως,] Got. Nƀ rNΔGIN. *Sub sacerdote*. De hac voce ac versionis ratione fusiùs diximus ad *Matth.* XXVII, 1. Sequitur hoc *commate*, Οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι.] Got. NI SKNΛΔ ÏST MΛT-GΛN NIƀΛ ΛINΛIM rNΔGΛM. *Non licet edere nisi solis sacerdotibus*. Arabs similiter transfert لاّ ﻳﺤﻞ الاّ للكهنة *Sacerdotibus tantùm*. Recurrendum ite-

iterum ad harmoniam Euangelicam. Matthæi verba sunt, Ἐι μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις· *cap.* XII, 4. Lucæ verò, Ἐι μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς· *cap.* VI, 4. Noster itaque expressum dedit, quod omni dubio procul erat subaudiendum.

CAP. III.

VERS. 21. Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ,] Got. ϹΛΗ ΗΛΠΣϹΛΝΑΛΝΣ ⲈΚΛΜ ΪΜΜΛ ΒΩΚΛΚϹΩΣ ϹΛΗ ΛΝΨΛΚΛΙ. *Et audientes de* vel *ab illo Scribæ & alii*, sive *cæteri*. Penè ut Bezæ cod. vetustiss. in quo hæc dicuntur extare; Ὅτι ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποί. Sic lectio varians describitur in Bibl. polyglott. sed in ipsius Theodori Bezæ Annotationibus legimus, Καὶ ὅτε &c. Hoc additamentum, quod omnes alii, quos tracto, interpretes aversantur, affinitatem aliquam habet cum iis quæ *versu* proximo sequuntur: Καὶ οἱ γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες, &c. Scribæ itaque cæteríq;, secundùm Auctorem nostrum, de Christo dicebant, Ὅτι ἐξέστη· sed Scribæ, qui Hierosolymis descenderant, dicebant, Ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει. *Scribæ & Pharisæi*, inquit Chrysostomus (Homil. LI, in *Matth.*) πανταχοῦ τῶν φυλῶν ἦσαν διεσπαρμένοι, καὶ εἰς δώδεκα διῃρημένοι μέρη· ἀλλ' οἱ τὴν μητρόπολιν ἔχοντες (i. e. Hierosolymitani) πονηρότεροι τῶν ἄλλων ἦσαν, ἅτε καὶ πλείονος ἀπολαύοντες τιμῆς, καὶ πολὺν κεκτημένοι τὸν τύφον. *Versus* iste, siquis hujus Euangelistæ alius, interpretationes passus est diversè sentientium. Vid. è recentioribus, Is. Casaub. Exercit. ad Baron. XIV, cap. 17. Hug. Grotium, Hen. Hammondum & Nortonum Knatchbull in locum, Mer. Casaubonum de Enthusiasmis, cap. 3. &c. Plerique alii de Christi cognatis, aut saltem amicis hæc dicta existimant: at Got. Interpres, qui pro Οἱ παρ' αὐτοῦ, legerat Περὶ αὐτοῦ οἱ γραμματεῖς &c. manifestè censuit intelligendum de inimicis.

VERS. 29. Ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως.] Got. ϹΚΠΛΛ ΪΣΤ ΛΙΨΕΙΝΛΙΖΩΣ ⲈΚΛΨΛΠΚΗΤΛΙΣ. *Reus est æterni peccati*. Codd. aliquot Gr. legunt Ἁμαρτίας· Vulg. Lat. *Delicti*; Cyprianus, *Peccati* (Epistolarum lib. III, epist. 14.) Cod. quoque Copticus habet ⲚⲞⲨⲚⲞⲂⲒ ⲚⲈⲚⲈϨ ⲁ̇ q. d. Ἁμαρτίας αἰωνίου. Dicitur autem Ἁμαρτία αἰώνιος, quoniam peccator οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα· ut præcedentia verba declarant. Κρίσις aliquando usurpari pro κατάκρισις· & חטא *Peccatum*, quandoque pro *Pœna peccati* poni non est ignotum.

VERS. 32. Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου] Got. ϹΛΙ. ΛΙΨΕΙ ΨΕΙΝΛ. ϹΛΗ ΒΚΩΨΚϹΠΣ ΨΕΙΝΛΙ. ϹΛΗ ϹΥΙΣΤΚϹΩΣ ΨΕΙΝΩΣ. *Ecce mater tua, & fratres tui, & sorores tuæ*. Plures codd. Gr. etiam addunt, Καὶ αἱ ἀδελφαί σου. Sed & VERSU 35. sequenti legimus, Ἀδελφός μου καὶ ἀδελφή μου· Got. ΒΚΩΨΛΚ ΜΕΙΝΣ ϹΛΗ ϹΥΙΣΤΛΚ. excidente μου. Cæterùm

VERS. 31. præced. pro Οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, habet noster, ΛΙΨΕΙ ΪS ϹΛΗ ΒΚΩΨΚϹΗS ΪS. *Mater ejus & fratres ejus*. Ubi non solùm adjicitur ΪS. αὐτοῦ, post ἀδελφοὶ: sed & ordo invertitur, præponendo ἡ μήτηρ· qui quidem ordo servatur in *versibus* seqq. 32. & 33. Hujusmodi adjectionibus Pronominum atque omissionibus patrocinantur sæpiùs aliquot Græci MSS. Nos istiusmodi discrepantias intactas relinquimus, quas cuivis lectori obvium est, nobis tacentibus, observare. Etymologi notent affinitatem inter Gothicum ΛΙΨΕΙ ac Finonicum äiti / *Mater*: siquidem in Finnorum sive Finlandorum Bibliis Jesuxen äiti est *Mater Jesu*; *Joh.* II, 1.

CAP. IV.

VERS. 1. Ἐπὶ τῆς γῆς] Got. ΛΝΛ ΣΤΛΨΛ. *In litore*. Arabs in Bibl. polyglott. على ساحل البحر *Secus litus maris*, pro Gr. Πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς. Copt. ϨΙΠΙΧΡΟ·ϟ *In litore* vel *ripâ*: nam pro Εἰς (vel, ut cod. Alexand. ἐπὶ) τὸν αἰγιαλὸν, occurrit ϨΙΠΙΧΡΟ·ϟ *Joh.* XXI, 4. Apprimè conveniunt loco parallelo *Matth.* XIII, 2. qui exhibet, Ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν.

VERS. 3. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι.] Got. ΗΚΚΛΝ ΣΛ ΣΛΙΛΝΑΣ ΑΗ ΣΛΙΛΝ ΕΚΛΙΨΛ ΣΕΙΝΛΜΜΛ. *Exiit sator ad seminandum semen suum*. Planè ut *Lucæ* VIII, 5. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· quo loco parall. repetuntur eadem ipsa verba Gothica. Sufficit harmoniam verbo indicâsse.

VERS. 4. Ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ,] Got. ΨΕΜΗΝ ΕΗΓΛΩΣ. *Venerunt volucres*; nullâ mentione factâ τοῦ οὐρανοῦ. In exemplaribus etiam manuscriptt. Gr. circiter 17. deprehenditur desiderari, itémq; in Versionibus Syr. Arab. Æthiop. Copt. &c. Vulg. Lat. agnoscit: sed *Antiqua nostra manuscripta*, inquit Luc. Brugensis, *omittunt* cœli, *quemadmodum etiam Syrus*, &c. Anglo-Saxo non aliter transtulit, quàm Fuȝelaȝ comon. *Volucres venerunt*, vel *veniunt*. Diversitatis hujus scandalum amoliuntur Euangelistæ Matthæus & Lucas: quorum ille in eâdem parabolâ enarrandâ habet, Ἦλθε τὰ πετεινά· *Matth.* XIII, 4. hic verò, Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ· *Luc.* VIII, 5.

VERS. 8. Ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.] Got. ΛΙΝ Λ̄. ϹΛΗ ΛΙΝ Ϛ̄. ϹΛΗ ΛΙΝ Κ̄. i. e. ad verb. *Unum XXX, & unum LX, & unum C.* Eadem repetuntur *commate* 20. seq. ΛΙΝ est *Unum*: ut, *Joh.* XVII, 22. Ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν· Got. ΕΙ ΣΙϹΛΙΝΛ ΛΙΝ. ΣΥΛ ΣΥΕ ΥΙΤ

ΛΙΝ

ΛΙΝ SIGNM. Anglo-Sax. Ðæt hi ɣẏn an. ɣpa pẏt ɣẏn an:. Notas istiusmodi arithmeticas & alibi in Argenteo cod. observare est: ut, Δώδεκα ἔτη sunt Gothicè IB ΥΙΝΤΚΗΝS. *Matth.* IX, 20. Τριακοσίων δηναρίων, T SKΛΤΤΕ. *Joh.* XII, 5. Πέντε ἄρτους καὶ δύο ὀψάρια, Ε ΗΛΛΙΒΛΝS GΛΗ Β ΕΙSKΛΝS. *Joh.* VI, 9. Et *vers.* 19. pro Ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, habentur Got. SΥΕ SΠΛΗΚΑΕ Κ GΛΗ Ε ΛΙΨΨΛΗ Λ. i. e. *Quasi stadia viginti & quinque aut triginta.* Quin & Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα translata sunt SΛ ΕΙ ΝΙ ΛΝΑΝΙΜΛΙ Κ ΕΛΛΨ. *Mar.* X, 30. &c. Plerasq; harum numeralium figurarum Græcas esse nemo non videt. Sicut & Interp. Coptus hunc *versum* octavum, de multiplici terræ bonæ proventu, exprimendum censuit. Versionem ejus, eodem præcisè modo quo extat in vet. cod. Euangelico, visum est in curiosi lectoris gratiam sic describere: ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲁⲓ ⲙ̅ⲗ̅ ⲕⲉ ⲟⲩⲁⲓⲝ̅ ⲕⲉ ⲟⲩⲁⲓⲣ̅ Et *unum XXX, & unum XL, & unum C.* Codex iste Ægyptiacus, quavis numerandi occasione, has Notas numerarias libentissimè admittit: qui quoque illud ἐπίσημον κόππα, quod numeri nongentarii signum est Græcis, per elementum suum Copticum ϥ (quod notatu non indignum) designat: ut, Ἐννενηκοντα εννέα transfertur ϥⲑ̅ *Luc.* XV, 4. Frequentiorem Numeralium istorum usum in S. Textu, antiquitus fuisse, non obscurè affirmat Theophylactus in *Joh.* XIX. ut & Hieronymus in *Psal.* LXXVII. Probaturi enim ὥρα τρίτη lectum fuisse pro ὥρα ἕκτη, *Joh.* XIX, 14. verisimile judicant, quòd ἐπίσημον ϛ' Nota senaria, librariorum oscitantiâ, scriberetur pro Γ' charactere ternario: quod ille γραφικὸν σφάλμα vocat, & hic, *errorem scriptorum*. Háncq; Græcorum numerandi rationem omnino imitantur Æthiopes ac Moscovitæ: ut cernere est in illo χξϛ'. *Apoc.* XIII, 18. Sed è diverticulo in viam. Quòd Λ & Κ ponantur pro XXX. & C. nemo mirabitur: at me aliquantò suspensum habuit, quòd G sustineat vicem numeralis LX. Hoc autem, ni fallor, idcirco fit, quoniam Gothicus Interp. literam in Alphabeto suo non habuit aptiorem, quâ designaret Gr. ξ' i. e. LX. Certè Ξῖ Græcorum sive Latinorum *X* non admisit Gothicarum literarum inventor, qui pro ξ reponit KS. quemadmodum pro *x* Lat. videmus *cs* vel *hs* reposita in linguis aliquot cognatis. Exemplum esto *Alexander*, de quo fit mentio, *Mar.* XV, 21. ubi pro Ἀλεξάνδρου legimus Gothicè ΛΛΛΙΚSΛΝΑΚΛΗS. In Calendario Runico *Alexander* scribitur ΛΝ✱ΗΛΛΗR seu

Aleh-

Alehſander; Ola. Worm. Faſt. Dan. lib. III, pag. 127. Varietatem in Anglo-Saxonum monumentis indicat vel *Mar.* XII, 34. ubi *Rogare* exponitur Axian in cod. recentiori Hattoniano, Acꝛian in cod. aliquantò vetuſtiori Cantabrigienſi, atque Ahꝛian in codicibus utroque jam dicto, aut ego fallor, antiquioribus, Oxonienſi ac Benedictino. Nec Borealibus tantùm priſcis contigit defectus hujus literæ durioris: ſed & Hebræi, Syri, Arabes & Æthiopes, qui nullâ Sibilorum penuriâ laborant, hanc duplicem conſonantem per duas conſonantes exprimere ſolent. Sic *Alexander* ille Macedo interdum Hebraicè ſcribitur אלכסנדרס, ut in Chronol. R. Dav. Ganz, part. 1, fol. 25. interdum אלכסנדרוס, ut in Capitulis R. Eliezer, capit. II, fol. 10. *Alexander* autem filius Simonis Cyrenæi, apud Marcum in *cap.* XV ſuprà allegato, dicitur Syriacè אלכסנדרוס, Æthiopicè אלכשנדרש, Arabicè אלאכסנדרס & אלאכסנדרוס, at in cod. meo Arabico Syriacis literis deſcripto, eſt אלאסכנדרס, quod in marg. corrigitur אלכסנדרוס. Perſarum quoque unus אסכנדר, alter אלכסנדרוס habet. Scriptoribus quidem Arabicis ſolenne eſt *Alexandrum* M. nuncupare اسكندر & الاسكندر: unde Portus Haleppenſis, qui Europæis dicitur *Alexandretta*, & mercatoribus noſtris *Scanderoun*, nomine اسكندرونه notus eſt in Geographiâ Nubienſi, part. V. climatis 4. Vide quoque Tract. Gabr. Sionitæ & Joh. Heſronitæ de Orientalium urbibus, cap. 5. Vidimus literam Ξ à Gothis aliiſque repudiatam: at quorſum in exploſæ locum ſuffecta ſit Ϛ figura, ductu parum ſimilis, non liquidò conſtat. Dixi Gothos forſan commodiorem literam non habuiſſe, quantum ſcil. pronunciationem attinet. Conjectabam etenim hujus elementi prolationi talem competere gutturalem ſonum, qualem audimus in enunciato Hiſpanico *Hijo*; aut talem ſaltem duriuſculum ac rarum, qualem edit Angligena pronuncians *J* conſonans. Siquidem affinitatem aliquam habere cum Gr. I liquidiſſimè apparet è cod. Argenteo: namque pro Ἰούδας habetur ΪΝΑΛΣ. *Joh.* XIV, 22. & ϚΝΑΛΣ. *Joh.* XII, 4. pro Μαρία etiam ſcribitur ΜΑΚΙΑ. *Luc.* II, 19. atque ΜΑΚϚΑ. *Joh.* XII, 3. Ἰουδαῖοι quoque ſunt ΪΝΑΛΙΕΙΣ. *Mar.* VII, 3. & ϚΝΑΛΙΕΙΣ. *Joh.* XI, 45. Porrò uſurpatum fuiſſe pro *J* Conſonante ſuadent ϚΧΤΑ quod Anglis eſt Jot / Belgis Jota / Alamannis (in N. T. Racov. & Amſter.) Jota / pro Ἰῶτα. *Matth.* V, 18. ϚΛΕΙΚΝΣ pro *Jairus*; *Mar.* V, 22. ϚΛΝΝΙΝΣ pro *Jannæ*; *Luc.* III, 24. Adde, quòd linguâ cognatâ Iſlandicâ legere eſt Gydingar atque Judar indifferenter pro *Judæi*; *Joh.* VIII, 22 & 52. Et pro Hieꝛicho. quod in hac noſtrâ editione Sax. occurrit, *Mar.* X, 46. in aliis codd. legebatur Jeꝛicho ac Leꝛicho. *Jericho*: ſic pro Jeꝛuꝛalem habebat unus cod. Leꝛuꝛalem. *Matth.* XXIII, 37. quod etiam reperio in pervetuſtâ paraphraſi *Cædmonianâ*, pag. 90. Quæ ideo à me confertim ad-

adducta sunt, ut Gothici ϛ genuinam potestatem expiscarer è linguis filiabus, quæ maternæ pronunciationis solent esse tenacissimæ. Proximè itaque accedere videtur ad *J* consonans; utì scil. ab Anglis prolatum est, acsi esset G (cujus quoque characteri non absimile ϛ) aut ج Arabicum: vel sicut efferri solet apud Hispanos. Quibus concessis, haud multùm sono abludit ϛ à *literâ vastiori*, ut Cicero appellat, *X*, prout à gentibus nonnullis illam pronunciatam esse tradunt Philologi. Hanc nostram conjecturam de cognatione literarum z & ϛ nonnihil firmat, quòd plures voces in linguâ Hispanicâ ab *X* incipientes, communiter scribantur per *J* consonans: rebus autem Hispanicis olim potitos, dominatúq; in Hispaniâ functos fuisse Gothos, minimè ignotum est Historiarum cultoribus. Bartholomæus de Rogatis justum Opus confecit hac de re: titulus est, *Il Regno de Goti nella Spagna*. Minutias Grammaticas, quæ à nobis dextrâ porriguntur, lector severior nè lævâ accipiat.

VERS. 15. Καὶ ὅταν ἀκούσωσι,] Got. ϛΛΗ ΨΛΝ ΓΛΗΛΗΣϛΛΝΑ ΗΝΚΛΚϛΛΝΣ. *Et cum audierint securi* aut *negligentes*. Nam *versu* 38. seq. Οὐ μέλει σοι; est ΝΙΗ ΚΛΚΛ ΨΗΚ: Existimo ΗΝΚΛΚϛΛΝΣ hìc adjectum esse, ut distinguat hos supinos auditores ab aliis statim memorandis, qui *Verbum* quoque *audivisse* dicuntur; *versibus* 16, 18 & 20.

VERS. 19. Αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου,] Got. ΣΛΗΚϛΩΣ ΨΙΖΩΣ ΛΙΒΛΙΝΛΙΣ. *Solicitudines hujus vitæ*. Interp. noster legebat, cum cod. Bezæ vetusto, τοῦ βίου pro τοῦ αἰῶνος τούτου· quod apprimè convenit Scripturæ parallelæ *Luc.* VIII, 14. Ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου· Got. ΛΕ ΣΛΗΚϛΩΜ ϛΛΗ ΓΛΒΕΙΝ ϛΛΗ ΓΛΒΛΗΚϛΩΨΗΜ ΨΙΖΩΣ ΛΙΒΛΙΝΛΙΣ:

VERS. 24. Προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι.] Got. ΒΙΛΗΚΛΑΑ ΪΖΥΙΣ ΨΛΙΜ ΓΛΛΛΗΒϛΛΝΑΑΜ. *Adjicietur vobis qui creditis*, ad verb. *credentibus*. Sic *Jer.* XXV, 8. pro לא שמעתם את דברי *Non audivistis verba mea*, habet Gr. Versio, Οὐκ ἐπιστεύσατε τοῖς λόγοις μου. *Audire* & *auscultare* sæpiùs denotant *Suscipere verba*, *atque obedire*. vide *Joh.* IX, 27. 1 *Sam.* XV, 22. Sic, Ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, *Rom.* X, 17.

VERS. 34. Χωρὶς δὲ παραβολῆς] Got. ΪΨ ΪΝΗΗ ΓΛϛΗΚΩΜ. *Absque parabolis verò*, in Plur. Sic nonnulli Orientales. Sed hujusmodi plurima intacta præterire cogit operis importuna acceleratio. Nec enim notavi pro Πλήρη σῖτον, VERSU 28. præced. substitui Gothicè ΕΗΛΛΕΙΨ ΚΛΗΚΝΙΣ. *Plenitudinem grani* aut *frumenti*. Neque dixi illud Ὡς κόκκῳ σινάπεως, VERSU 31. reddi ΣΥΕ ΚΛΗΚΝΩ (Casu recto) ΣΙΝΛΠΙΣ. *Ut granum sinapis*, vertente vulg. Lat. Interprete. In illud etiam quod sequitur, VERSU 35. Εἰς τὸ πέραν] Got. ϛΛΙΝΙΣ ΣΤΛΑΙΣ q. d. *In illam ulteriorem ripam*, non

licet prolixiùs commentari, quàm lectorem remittere ad ea quæ diximus ad *Matth.* VIII, 28. & *Mar.* IV, 1. Denique, VERSU 40. Πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;]. Got. ⊙ΛΙΨΛ ΝΙΝΛΠΗ ΗΛΒΛΙΨ ΓΛΛΛΠΒΕΙΝ. *Quomodo nondum habetis fidem?* vulg. Lat. *Necdum habetis* — dimittetur hac obſervatiunculâ: Codd. aliquot Gr. pro Πῶς οὐκ habent Οὔπω.

CAP. V.

VERS. 3. Οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι·] Got. ΝΙ ΝΛΠΑΙΒΛΝΑ-ϹΩΜ ΕΙΣΛΚΝΕΙΝΛΙΜ ΜΛΝΝΛ ΜΛΗΤΛ ΪΝΛ ΓΛΒΙΝΑΛΝ. *Nè catenis ferreis quiſquam poterat eum vincire.* Et mox, VERSU 4. Διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, — καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι.] Got. ΠΝΤΕ ΪΣ ΠΕΤΛ ΕΙΣΛΚΝΛΜ ΒΙΕΩΤΠΝΣ ΓΛΒΠΓΛΝΛΙΜ ϹΛΗ ΝΛΠ-ΑΙΒΛΝΑϹΩΜ ΕΙΣΛΚΝΕΙΝΛΙΜ ΓΛΒΠΝΑΛΝΣ ΨΛΣ. — ϹΛΗ ΨΩ ΛΝΛΕΩΤΠΝ ΕΙΣΛΚΝΛ ΓΛΒΚΛΚ. *Propterea quòd ille ſæpe ferreis compedibus flexis, atque catenis ferreis vinctus fuerat, — & compedes illas ferreas ruperat* vel *diruperat.* Hìc epitheton *ferreus* quater adjicitur ἁλύσεσιν & πέδαις. Ita *Compes* eſt Anglo-Saxonibus Fettain (quod occurrit in Euangeliis ab Oweno ſive Odoëno quodam Anglo-Saxonicè interlineatis) & Anglis **Fetter**/ quæ tantundem valent ac Belgarum **Voetyſer**/ Alamannorum **Fußeyſen**/ Gallorúmq; *Fers* & *Fers aux pieds*; q. d. *Pedica ferrea, compedes ferreæ.* Anglicum quoque **Irons**/ ac Italicum *Ferri*, idem aliquando ſignificant. Apprimè huc facit quòd in *Pſal.* CV, 18. ברזל *Ferrum* transferatur Chaldaicè שיר דפרזל *Catena ferrea:* & à R. Dav. Kimchi exponatur per כבל ברזל i. e. *Compedem ferream.* Simile vide *Pſal.* CVII, 10. nec non CXLIX, 8. ubi Gothicis conſentanea legimus כבלי ברזל *Compedes ferri* ſeu *ferreæ.* Cicero dixit, *In ferrum atque in vincula conjecti:* & auctor libri tertii Machabæorum appoſitiſſimè habet Ἀγόμενοι σιδηροδέσμοις ἀνάγκαις. *cap.* IV, 8. Hactenus de uſu phraſeos communi: rationem verò, quare Interp. noſter dixerit *Compedes ferreæ, Vincula ferrea*, nemo ignorat. Conf. ſimillimam locutionis formam, *Luc.* VIII, 29. ΓΛΒΠΓΛΝΛΙΜ illud ab Antiſtite Gothorum adjectum, *verſ.* 4. vertebam *flexis*; non ſolùm quòd flexa ſint oportet ac incurvata vincula, quibus pedes conſtringuntur: ſed quia *Incurvatus, inclinatus* atque *flexus* dicitur Anglo-Saxonicè Abogen. Germanicè **Gebogen** & **Gebeuget.** Vocabulum Gothicum non niſi ſemel reperitur, quantum notavi, in fragmentis Euangelicis. Commentatores autem Rabbinici, vocem ἅπαξ εὑρεθεῖσαν explicaturi, conjecturas ſuas ſic excuſare ſolent: אין לו את vel אין לו חבר במקרא *Fratrem* vel *ſocium non habet in Scripturâ.*

VERS.

VERS. 5. Ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασι] Got. ⲒⲚ ⲀⲚⲔⲀⲎⲤⲘ ⲤⲀⲎ ⲒⲚ ⲈⲀⲒⲔⲄⲚⲚⲤⲀⲘ. *In monumentis & in montibus*; vulg. Lat. Acsi legisset Ἐν τοῖς μνήμασι (vel μνημείοις, ut cod. Bezæ vetust. Conf. *verss.* 2. & 3. præcedentes) καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, quam lectionem exhibet cod. Alexandrinus. Hanc quoque transpositionem amplexi sunt Interpp. Syrus, Arabs, Coptus, Æthiops, alii. Hoc notandum censui, nè lector securus dictiones illas trajectas perperam intelligat. Quòd autem, VERS. 9. seq. pro Καὶ ἀπεκρίθη, λέγων, habeat Got. ⲤⲀⲎ ⲘⲀⲪ ⲀⲚ ⲒⲘⲘⲀ. *Et dixit* vel *dicit ei*; secundùm vulg. Latinum, lector facilè per se deprehendet. Conf. *Luc.* VIII, 30. Nec opus est ut multis moneam μεγάλη desiderari infrà, VERS. 11. in versione Got. prout etiam in Bezæ cod. pervetusto. Conferantur loca parallela, *Matth.* VIII, 30. & *Luc.* VIII, 32.

CAP. VI.

VERS. 15. Ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν.] Got. ⲤⲨⲈ ⲀⲒⲚⲤ ⲪⲒⲌⲈ ⲠⲔⲀⲚⲈⲦⲈ. *Quasi unus ex Prophetis*, ut vulg. Latinus, vel, ad verb. *Sicut unus Prophetarum*. Illud disjunctivum ἢ, non in hac nostrâ solâ deest, sed etiam in Versionibus Syriacâ, Arabicâ, aliísq; ; nec non in aliquibus codd. Græcis, quibus annumerari potest cod. Alexandrinus. Virorum longè eruditissimorum in hanc lectionem variantem Observatis quod apponam nihil habeo, præter Versionem illam nondum tentatam Coptitarum, quæ sic se habet: ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲉⲟⲥ ⲥ̣ q. d. Ὡς εἷς τῶν προφητῶν ἀρχαίων· ubi excidit quoque ἢ, atque adjicitur ἀρχαίοις, quod alibi non invenio. Hoc illustrat doctorum aliquot explicationem huic consentaneam, convenítq; cum illo *Luc.* IX, 8. Προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

CAP. VII.

VERS. 2. Ἐμέμψαντο.] Deest in Got. & cod. Alexandrino, in tribus etiam exemplaribus Arabicis. Contrarium videmus in VERSS. 10. & 11. ubi pro Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, habet Interp. Got. ⲤⲀⲈⲒ ⲚⲂⲒⲖⲘⲒⲪⲀⲒ ⲀⲦⲦⲒⲚ ⲤⲈⲒⲚⲀⲘⲘⲀ ⲀⲒⲪⲀⲚ ⲀⲒⲪⲈⲒⲚ ⲤⲈⲒⲚⲀ. *Qui maledixerit patri suo vel matri suæ*: atque pro Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ, ⲤⲀⲂⲀⲒ ⲘⲒⲪⲀⲒ ⲘⲀⲚⲚⲀ ⲀⲦⲦⲒⲚ ⲤⲈⲒⲚⲀⲘⲘⲀ. *Si dixerit homo patri suo*; id est, Πατρὶ αὐτοῦ, ut Bezæ cod. vetus. Cæterùm cùm linguarum aliquot genius postulet ut hæc possessiva subjungantur (quamvìs parcior eorum usus in dialectis Septentrionalium

mihi aliquando videretur antiquitatis argumentum) de cætero supersedebo ejusmodi Affixa notare.

VERS. 24. Εἰς τὰ μεθόρια Τύρου] Got. ÏN MARKAS TYRE. *In fines Tyri* (ubi TYRE tamen est formæ pluralis.) Pro μεθόρια ostendunt codd. aliqui ὅρια, quos Versio nostra videtur imitata: namque hujus tmematis *versu* 31. transferuntur Ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου per AÞ MARKAN TYRE. Veruntamen meminerit lector curiosus, Composita Græca non semper παραφράσεως Gothicè transferri: exempli gratiâ, Περίχωρον & περιφέρειαν vertuntur GAVI & BAIRAN. *Mar.* VI, 55. at Simplex χώρου redditur GAVI. *Luc.* VIII, 26. ac Incompositum φέρειν est BAIRAN. *Joh.* XV, 4. Non est dubium quin GAVI isthoc discerni possit in veteri illo Germanorum Gouw vel Goe / quod, interprete Kiliano, est *Regio, ager, rus, terra, pagus:* sed utrùm hinc deducatur Anglicum Yeoman / de cujus originatione tantopere sudârunt nostrates, penes alios esto decisio. Certè illud MARKAS. quo significantur *Limites* ac *termini regionis* (Anglicè Marches) clarè manifestat non inferioris esse seculi vocem à quâ denominatur Comes sive Præfectus limitaneus ille, quem dicimus *Marchionem*; quíq; Alamannis Marggraff / Belgis Marckgrave / Anglis Marques / Gallis *Marquis*, Italis *Marchése*, & Hispanis *Marques* vocatur.

CAP. VIII.

VERS. 1. Παμπόλλου ὄχλου ὄντος,] Got. AÞTRA AT ÞILAN MANAGAI MANAGEIN USANDEIN. *Iterum cùm admodùm multa turba adesset.* Vulg. Lat. agnoscit *Iterum*; sic Arabs Interp. qui habet ﻣﺮّة ﺛﺎﻧﻴﺔ Nonnulli codd. Gr. dicuntur pro παμπόλλου exhibere πάλιν πολλοῦ. Noster legisse videtur πάλιν παμπόλλου. Simplex ὄντος hìc exponitur per compositum ATUSANDEIN (sic enim per tmesin sepositа sunt conjungenda) i. e. παρόντος· nam Παρέσηκεν ὁ θερισμὸς vertuntur AT IST ASANS. *Mar.* IV, 29. Hinc illud *Matth.* XXVII, 1. ATMANKRIN ÞAN GANKÞANANA corrigendum est AT MANKRIN— q. d. MANKRIN ÞAN ATGANKÞANANA. Sic pro ATANDANAHTGA ÞAN GANKÞANAMMA. lege correctiùs AT ANDANAHTGA ÞAN GANKÞANAMMA. *Mar.* IV, 35. Similia corrige in *Matth.* VIII, 16. & *Mar.* XIV, 4. atque id genus alia. Hujusmodi confusionibus occasionem præbuit scriptio indistincta cod. Argentei. Quod quidem perplexum scribendi genus, non modò in nobilissimo isthoc grandævoq; Gothorum monumento, sed etiam in vetusto illo aliquoties laudato Coptitarum codice Euangelico usurpatum conspicitur: uterque nimirum codex voluit æmulari antiquissima Græcorum MSS. exemplaria. Hoc lectorem solertem ignorare

rare nolebam, nè ſagacitas ipſius torpeſcat inter Gothica legenda. Hoc *verſu* Ἰησοῦς & αὐτῷ non vertuntur ab Interp. noſtro: ſed priùs monui me hiſce non immoraturum. Talia quoque nonnulla hoc ipſo *capite* ſilens prætereo.

Vers. 10. Ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.] Got. ᘻᘽᙅ ᘽᘻᘽ ᚦᕫᚴᘽ ᙅᘽᚴ-ᘻᘽᘽᘽᘽᙅ. *Venit ad partes* vel *terminos Magdalan*. Neſcio quid propriè ſignificet ᚦᕫᚴᘽ: Si Interp. noſter legerit ὅρια pro μέρη, ſicut codd. aliquot Mss. habent, & locus parall. *Matth.* xv, 39. forſitan ᚦᕫᚴᘽ denotet *Terminos*, *Confinia*, *contermina loca regionis proximè adjacentis*: ſicq; affinitatem habeat cum Anglo-Sax. Feþa vel Geþeþa. *Socius*; *Luc.* v, 7, 10. Unde Geþeþe eſt *Congregatio*, Geþeþnæſſen (& in cod. Hattoniano Feþþeſſen) *Synagoga*; *Joh.* ix, 22. Gothicum quoque ᚴᘽᚦᘽᙅᘻᚴᘽᙅ. Σωίδειον, *Mar.* xiv, 55. ab hoc non multùm abſonum eſt. Plures conjecturæ in promptu ſunt; ſed in dubiis conjecturarum tenebris palpare nec vacat, nec delectat. Pro Δαλμανουθὰ ſubſtituit Verſio noſtra ᙅᘽᚴᘽᘻᘽᘽᙅ. Arabica in Bibl. polyglottis مجدل quod etiam occurrit, *Matth.* xv, 39. Aliquot Gr. codd. Μαγεδαδὰ habent & Μαδγαδά, & quidam Gr. codex, affirmante Eraſmo, Μαγδαλά. Recurrens ad ultimum tutiſſimúmq; refugium, locum nimirum conſentientem, *Matth.* xv, 39. reperio Μαγδαλὰ, ſed ex aliis codicibus quoque obſervatum Μαγαδὰν & Μαγηδὰν, cui convenit *Magedan* Latini vulg. Interpretis, atque מגדו Syriaci. Uterque Hebræus Interp. habet מגדלה. At, quod omnium maximè ad rem noſtram facit, in cod. Bezæ vetuſto extat Μαγδαλὰν, à quâ lectione noſter haud dubiè ſuum tranſcripſit ᙅᘽᚴᘽᘻᘽᘽᙅ. quam quoque æmulatur Interp. Coptus, cujus hæc ſunt verba: ⲁⲩⲓ ⲉⲙⲓⲥⲓⲏ ⲙⲧⲉⲙⲁⲅⲇⲁⲗⲁⲛ. q. d. Ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλάν. Mentio fit cujuſdam מגדלא non procul à Tiberiade; Talm. Hieroſ. tract. מעשרות fol. 50. col. 3. quem locum (quantùm ex ſitu in Tabellâ topographicâ colligere licet) auctor recens, qui Terram Promiſſionis ſe accuratè luſtrâſſe dicit, ſic deſcribit: *Entre la ville de Bethſaida & celle de Tiberiade, ſur une petite coline on void le reſte des murailles d' un chaſteau, que ceux du pays appellent* Calla Mriam el Megedamé, *c' eſt à dire, le chaſteau de Marie Magdelene, pource qu' elle l' avoit eu en partage apres la mort de ſes pere & mere. C' eſt de ce chaſteau de Magdalon qu' elle a pris le nom de Magdelene, comme en eſtant Dame.* F. Eugen. Roger de la Terre de Promiſſ. liv. 1. chap. 9. ſed hac de re conſulatur Iſaacus Caſaubonus, Exercit. xvi. in Baron. cap. 1. & Jacobus Uſſerius, Annal. part. 1. ad an. M. 3394. Hactenus de *Magdalo*, *Magdalâ* vel מגדליתא ut in Tabulis chorographicis vocatur. Exiſtit hac in re quæſtio ſubdifficilis, an locum iſtum, qui ſitus eſt ad litus occidentale maris Galilææ, hìc intelligi permiſerit collatio proximarum Chriſti profectionum ab hoc Euan-

geliſtâ deſcriptarum. Diverſas video eruditorum ſententias, ſed præfidenter ferè ac ſecurè prolatas. Res me etiamnum tenet ſuſpenſum. In tantâ quoque lectionum diverſitate, haud facilè quis dixerit quid eligendum. Video *Magedan* à viris aliquot magni nominis antepoſitum reliquis: ídque propter authoritatem Auguſtini, Hieronymi, vulg. Lat. Verſionis, ac codd. nonnullorum Græcorum. Certè Auguſtinus de conſenſu Euangeliſt. lib. II, cap. 51. & Hieronymus de locis Hebraicis in *Magedan*, non obſcurè docent illud *Magedan* fuiſſe lectum non in *Matthæo* ſolùm, ſed *in pleriſque codicibus*, ut aſſerit Auguſtinus, *ſecundùm Marcum*. Verumenimverò receptum Μαγδαλὰ ſive Μαγδαλὰν, ab aliquibus temerè ſolicitatum aut elevatum, non mediocriter ſtabiliunt longè vetuſtiſſima teſtimonia ſuperiùs allata: ut nihil dicam de Græcorum Patrum ſuffragiis. Me ſanè multùm oblectaret legere *Dalmanutham* (quam chorographi plerique ultra mare Galilææ collocant; Johannes Morus, Anglus, cis mare) aut etiam *Magedan* & *Magdalan* noſtrum, apud priſcum aliquem ac idoneum Judaicæ gentis hiſtoricum. Quòd enim nonnulli ſpectatæ eruditionis viri, hunc Euangelii locum explicantes, plurimùm tribuant Tabulæ illi geographicæ, Amſtelodami concinnatæ, quâ Terra ſancta deſcribitur Hebraicè; neſcio an firmâ nitantur authoritate. Hoc expertus ſcio: deſcriptio illa Hebræa, in locorum modò memoratorum poſitione, nihil quicquam diſcrepat ab ampliori illâ atque notiori ejuſdem Terræ chorographiâ Chriſtiani Adrichomii. Vehementer quidem ſuſpectum eſt, illius auctorem Judæum deſcriptionem ſuam, eleganti ſculpturâ Hebraicâ exornatam, planè mutuam accepiſſe ab hujus delineatione, deſignatione atque appellatione locorum. Mihi, prælo currente jam nunc perſecuto, non licet arctè & particulatim Tabulas, in diverſis ædibus inventas, inter ſe conferre: hoc autem ſuſpicionem probabilem reddit, quòd *Adrichomii Theatrum Terræ ſanctæ* evulgatum fuerit ſaltem anno æræ Chriſtianæ CIↃ IↃ C. Tabula verò Hebræa demum prodierit, anno (ex Judæorum computatione) CCCLXXXI. i.e. Chriſti, CIↃ IↃ C XXI. Ego, ut vela contraham, in hac varietate injucundâ, maximè laudo eorum operam, qui *Magedan* & *Magdalam*, apud Matthæum, eundem eſſe locum idémq; nomen probare ſatagunt: atque de Marci *Dalmanuthâ* lubens audio pium Epiſcopum Hipponenſem, loco ſuprà citato, dicentem; *Dalmanutha, quod in quibuſdam codicibus legitur, non dixit Matthæus, ſed Magedan. Non autem dubitandum eſt eundem locum eſſe ſub utroque nomine*. Eraſmi verba ſunt: *Putant locum fuiſſe binominem*.

VERS. 22. Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν·] Got. ϹΑΗ ΥΕΜΠΝ ΪΝ ΒΕΨΑΝΙΪΝ. *Et veniunt in Bethaniam*. *Veniunt* pro *venit* habemus in vulg. Lat. eandémq; lectionem amplexi ſunt Interpp. Arabs, Coptus, alii. Sed unus, quod ſciam, Bezæ cod. ille vetuſtiſſ. Græco-Latinus pro Βηθσαϊδὰν habet in Gr. Βηθανίαν·

in

in Lat. *Vethaniam*. Pro ΒΕΨΑΝΙΪΝ legimus ΒΙΨΑΝΙΪΝ. *Mar.* XI, 1. & ΒΕΨΑΝΙϹΙΝ. *Joh.* XII, 1. & *Luc.* XIX, 29. Quum autem rationem ignorem, quare pro *Bethsaidâ* hoc loco ponatur *Bethania*, atque difficultates insuperabiles videam in chorographiâ Terræ Canaaniticæ, ambiguitatémq; in ipsius *Bethsaidæ* situ; ab ulteriori disquisitione desistendum duxi. Forsan error natus sit ex nominum *Bethsaidæ* & *Bethaniæ* similitudine; ut alibi pro *Bethesda* legimus *Bethsaida* in vulg. Lat. *Joh.* V, 2.

CAP. IX.

VERS. 7. Φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα,] Got. ϹΤΙΒΝΑ ΠϹ ΨΑΜΜΑ ΜΙΛΗΜΙΝ. *Vox è nube:* omisso λέγουσα, quod desideratur etiam in aliquot codd. MSS. Gr. & Versionibus Arab. & Copticâ; sed habetur in locis parallelis, *Matth.* XVII, 5. ac *Luc.* IX, 35. ubi Interpretis nostri verba sunt, ϹΤΙΒΝΑ ΥΑΚΨ ΠϹ ΨΑΜΜΑ ΜΙΛΗΜΙΝ. ΩΙΨΑΝΑΕΙ. *Vox facta est è nube, dicens.* Gr. Φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα. Ubi obiter notet lector curiosus, longè observantissimum Textûs Græci fuisse auctorem hujus Traductionis Gothicæ; qui singula sic reddit de verbo ad verbum, ut Articulus τῆς etiam habeat suum ΨΑΜΜΑ. Minoris fortè momenti est, quàm ut notari mereatur, affinitas inter Græcam & has nostras, quæ barbaræ audiunt, linguas; etiam in Nominum, quæ vocant, Generibus. Pro φωνὴ λέγουσα, Fœmininè, dicitur Gothicè ϹΤΙΒΝΑ ΩΙΨΑΝΑΕΙ. pariter Fœmininè: ut ἡ φωνὴ vertitur Got. ϹΧ ϹΤΙΒΝΑ. Anglo-Sax. Ϛeo ꝼtefn. Fœm. *Luc.* IX, 36. Tmematis etiam hujus VERS. 24. Κύριε deest in Got. nec non in codd. Bezæ vet. & Alexandr. Versionibúsq; Syr. Arab. & paucis aliis. Denique VERS. 34. Ἐν τῇ ὁδῷ nec habentur in Got. nec in codd. jam citatis, Alexand. & Bezæ Vetustissimo; sed in Versionibus passim invenio: atque necessariò subintelliguntur ex *versu* præcedenti, Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; Got. ΘΑ ΪΝ ΥΙΓΑ ΜΙΨ ΪΖΥΙϹΜΙϹϹΧ ΜΙΤΧΑΕΑΠΨ: Pauca sunt quæ lector attentus videbit in hoc capite, notatu non indigna: ut, VERS. 19. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, i. e. patri Dæmoniaci pueri,] Got. ΪΨ ΪΑΙϹΠϹ (vel ΪΕϹΠϹ) ΑΝΑΗΑϜϹΑΝΑϹ ΪΜ. *Jesus verò respondens eis*, i. e. Discipulis suis, quos verbis proximè sequentibus increpans alloquitur, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, &c. Ubi Syrus & Persarum alter habent *Jesus*. Codd. aliquot Gr. ac Versiones nonnullæ retinent αὐτοῖς pro αὐτῷ. Hæc autem & similia quilibet, literaturâ Gothicâ vel leviter imbutus, nullo negotio animadvertet.

VERS. 42. Λίθος μυλικὸς] Got. ΑϹΙΛΠ ΩΑΙΚΝΠϹ. q. d. Ὄνος μυλικὸς (si rectè capio phrasin hoc unico loco repertam) aut certè Μύλος ὀνικὸς, *Mola asinaria*,

naria, quod exhibet locus parallelus, *Matth.* XVIII, 6. necnon *Luc.* XVII, 2. De significatione primæ vocis ᚨᛊᛁᛚᚢ. illud *Joh.* XII, 14 & 15. non sinit nos dubitare: namque Gr. Ἐυρὼν ὀνάριον exponuntur Got. ᛒᛁᚷᚨᛏ ᚨᛊᛁᛚᚢ. atque Καθήμενον ἐπὶ πῶλον ὄνου transferuntur ᛊᛁᛏᚨᚾᛞᚨᛊ ᚨᚾᚨ ᛒᚢᛚᚨᛁᚾ ᚨᛊᛁᛚᚨᚾᛊ: Vid. Cl. *Junii* Glossarium Got. in ᚨᛊᛁᛚᚢ. ᚢᚨᛁᚴᚾ etiam haud dubiè pro *Mola* usurpatur: in Aldredi enim Glossâ interlin. Anglo-Saxonicâ ad *Matth.* XXIV, 41. Tuoeȝeſ ꝥuu þiꝛ ȝeȝþunꝺon on cuoeþnæ. atque in nostrâ Versione, quæ columnam occupat alteram à Gothicâ, Tpa beoꝺ æꝥ cþẏþne ȝþinꝺenꝺe. interpretantur illud Vulgati Lat. Interpretis, *Duæ molentes in mold.* Pro eodem dicunt Islandi **Tuær munu ſ einu Kuernhwſe malande vera** / Dani autem, **To ſtulle male paa en Quern** / Angli etiam, circa trecentesimum abhinc retrò annum, vertebant, **Tweyne wymen ſchulen be grynding in a Querne:** quin & hodiernis Anglis *Mola trusatilis* est **a Quern.** Interp. itaque Got. pro Λίθου μυλικὸς videtur legisse, secundùm cod. Bezæ vetustum, Μύλου ὀνικὸς, ex *Matth.* XVIII, 6. sicuti, vice versâ, pro illo *Matthæi* Μύλου ὀνικὸς, cod. quidam notatur in Bibl. Wechelianis legisse Λίθου μυλικὸς, ex *Marco*. Eodem ergo recidit, quantùm ad sensum, utravis locutio. Syrus enim utrobique habet ריחא דחמרא *Mola asini* vel *asinaria* (cui consonat רכב החטר in Euangelio Matthæi Hebraicè verso: nisi quod רחים significet *Metam*, sive inferiorem molam; רכב autem *Catillum*, sive superiorem: *Deut.* XXIV, 6.) Vulg. Lat. etiam utrobique, *Mola asinaria* posuit. Denique Arabs & Coptita, ut minoris notæ Translationes omittam, sibi ipsis & sibi invicem conveniunt in utroque Textu transferendo: siquidem illius communis interpretatio est حجر الرحي; hujus verò, ⲡⲉⲙⲛⲁⲥⲉ ⲛⲛⲉⲙⲛⲁⲥⲉ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲛ i. e. *Lapis molæ* vel *molaris*. Non est dubium quin Ὄνου Græcorum aliquando sumatur pro *Molari lapide*; non tamen pro inferiori illo, qui instar *asini* alterum, qui incubat ac circumagitur, sustinere cogitur (quod plerisque viris eruditis placuit) sed pro superiori illo, qui ἐπιμύλιον dicitur; *Deut.* XXIV, 6. Sic enim Hesychius: Μύλη λίχλαι ὁ κάτω τῆ μύλης λίθος, ᾧ ἡ ἄνω Ὄνος. Cæterùm, quod ad Gothicum ᚨᛊᛁᛚᚢ attinet, quantumvis primariâ suâ ac genuinâ significatione denotet animal illud segnipes ac laboris patientissimum, *Asinum*: nescio tamen utrùm liceat, Græcorum more, tralatitiè applicare *Lapidi molari*. Arabum interim حمار non *Asinam* modò significare dicitur, sed etiam *Petram magnam*, *Saxum*. Quæratur igitur an Μύλος ὀνικὸς non ita appelletur, quòd *Mola* sit *asinaria*, sive jumentis circumacta, eóq; nomine distinguatur à *trusatili*. Adde, quòd Mola jumentaria illa ponderosior sit, atque adeò καταπολισμὸς exitiali, propter gravitatem suam, accommodatior. Satìs notum est *Asinum*, præter cætera quadrupedia, præcipuè damnatum fuisse *Molæ* ver-

versandæ: unde illa Nasonis Poëtæ, Fast. lib. VI.

Ecce coronatis panis dependet asellis,
Et velant scabras florida serta molas. Et mox:
Inde focum servat pistor, dominámq; focorum,
Et quæ pumiceas versat asella molas.

Quicquid tandem sit quod de vocum diximus notatione, hoc omnino certissimum est, Interpretem Got. summâ contentione, pro more suo, conatum fuisse, ut Fontem Græcum integrè & κατὰ πόδα transfundat in suorum Gothorum idioma. Nec verò solus ille mentionem *Asini* sive ΑΣΙΛΛΗΣ hìc injecit: sed auctor ille Anglo-Saxonicus, Aldredus Presbyter, in Euangeliis Glossâ interlineari explicatis, pro *Mola asinaria* posuit Luoeþn-ȝtan ł Aȝaleȝ bẏþðen ȝtan. id est, *Lapis Molaris, vel Asino onerando sufficiens*; *Matth.* XVIII, 6. atque etiam Luoeþn-aȝaleȝ bẏþðen. *Asini molaris onus* vel *pondus*; *Mar.* IX, 42. Duas quoque vidi linguâ Germanicâ conscriptas N. Instrumenti Versiones, quæ Eselmühle / *Asinaria mola*, substituunt pro Μύλος ὀνικός· at hæc cæteris luculentiùs sic exprimit interpretatio Hispanica: *Una piedra de molino de asno*; quod nemo non intelligit. Si quem denique juvat hæc Gallicè & Italicè legere interpretata: in Bibl. Gall. inveniet *Meule d'asne*; in margine verò, *Assau. de celles que les asnes faisoyent tourner au moulin*. Atque in Bibl. Ital. Deodatianis, *Una macina da asino*; in Notis, *c. grossa, quali son quelle che son girate da asini, o da caualli: opposte alle minori girate a braccia:* quod nos etiam suprà monuimus. Quæ non alio fine à me sunt adducta, quàm ut consensum variorum Interpretum inter se, atque cum vetustissimo Gothico, probatum darem.

CAP. X.

VERS. 3. Εἶπεν αὐτοῖς·] Got. ΥΛΨ. *Dixit:* omisso αὐτοῖς. Sic VERS. 6. Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς] Got. ΓΗΜΕΙΝ ϹΛΗ ΥΙΝΕΙΝ ΓΛΤΛΥΙΑΛ. *Masculum & fœminam fecit*; ut vulg. Lat. excidente αὐτοὺς, quod etiam desideratur in cod. Bezæ vetustissimo. His similia passim desiderari priùs monuimus. Quæ autem sequuntur, me suspensiorem habent; nempe, quòd VERS. 7. Καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· ac VERS. 33. Καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς Ἔθνεσι, non compareant in hac Gothicâ Versione: quæ tamen in aliis nusquam non inveniuntur. Molestiam aliquantò levat, quòd hoc novissimè citatum occurrat, totidem ferè verbis, *Luc.* XVIII, 32. Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς Ἔθνεσι· Got. ΛΤΓΙΒΛΑΛ ΛΗΚ ΨΙΗΑϨΜ: VERSU etiam 39. Βαπτισθήσεσθε non transfertur Gothicè; unde fit ut sensus mutilatior appareat: habetur tamen quodammodò *versu* præcedenti; ubi, pro Βαπτισθῆναι lego ΕΙ ΑΛΗΠϹΛΙΝΑΛΗ. *Ut bap-*

tizemini. Hunc defectum ex Contextu ita suppleturo nonnihil favet, quòd utroque *versu* immediatè præmittantur ⲁⲗⲛⲡⲉⲓⲛⲗⲓ ⲯⲓⲍⲗⲓⲉⲓ ⲓ̈ⲕ ⲁⲗⲛⲡⲍⲗⲁⲗ. pro Βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι. Variationes aliquot hoc *capite*, quæ cuilibet observabiles sunt, libens prætereo.

VERS. 22. Ἔχων κτήματα πολλά.] Got. ⲏⲗⲃⲗⲛⲁⲥ ⲑⲗⲓⲏⲛ ⲙⲗⲛⲗⲅ. *Habens pecuniam multam* vel *opes multas*. Opinor Interpretem Got. pro κτήματα legisse χρήματα, quod extat duobus *verss.* proximè sequentibus, vertitúrq; ⲑⲗⲓⲏϩ. Anglo-Sax. Feoh. nec non, *Luc.* XVIII, 24. Syrus etiam utrobique habet נכסא *Opes*, *facultates*.

VERS. 29. Ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα ἢ μητέρα,] Got. ⲗⲓⲯⲯⲗⲛ ⲃⲕϩⲯⲕⲛⲛⲥ. ⲗⲓⲯⲯⲗⲛ ⲗⲓⲯⲉⲓⲛ. ⲗⲓⲯⲯⲗⲛ ⲗⲧⲧⲓⲛ. *Aut fratres*, *aut matrem*, *aut patrem*. Ubi, præter ordinem duorum postremorum inversum, omittitur ἀδελφὰς, quod tamen habetur mox *versu* sequenti: nimirum, VERS. 30. pro Καὶ ἀδελφὰς καὶ μητέρας, Gothicè legimus ⲍⲗⲏ ⲥⲩⲓⲥⲧⲕⲛⲛⲥ. ⲍⲗⲏ ⲗⲧⲧⲗⲛ. ⲍⲗⲏ ⲗⲓⲯⲉⲓⲛ. *Et sorores*, *& patrem*, *& matrem*. Sic etiam codd. Gr. aliquammulti notantur habere Καὶ πατέρα, καὶ μητέρα, pro Καὶ μητέρας.

VERS. 46. Ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχὼ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,] Got. ⲛⲥⲅⲗⲅⲅⲗⲛⲁⲓⲛ ⲓ̈ⲙⲙⲗ ⲍⲗⲓⲛⲯⲕϩ ⲙⲓⲯ ⲥⲓⲡϩⲛⲍⲗⲙ ⲥⲉⲓⲛⲗⲓⲙ. *Egrediente eo inde*, *cum discipulis ejus*: quasi legisset, Ἐκεῖθεν μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, cum cod. Bezæ antiquissimo. Sic VERS. 50. pro Ἀναστὰς ἦλθεν habet Interp. Got. ⲛⲥⲏⲗⲗⲛⲡⲗⲛⲁⲥ ⲙⲗⲙ. *Exiliens venit*; ut vulg. Lat. ubi modò laudatus cod. antiquissimus cum aliis habet Ἀναπηδήσας, *Exiliens*.

CAP. XII.

VERS. 4. Κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν,] Got. ⲍⲗⲏ ⲯⲗⲛⲗ ⲥⲧⲗⲓⲛⲗⲙ ⲩⲗⲓⲕⲡⲗⲛⲁⲗⲛⲥ ⲅⲗⲗⲓⲩⲓⲥⲕϩⲁⲛⲁⲛⲛ. ⲍⲗⲏ ⲏⲗⲛⲃⲓⲯ ⲩⲛⲛⲁⲗⲛ ⲃⲕⲗⲏⲧⲉⲁⲛⲛ. *Et illum lapidantes*, vel *lapidibus obruentes* . . . . . *& caput vulneraverunt*: ad verb. *Capiti vulnus inflixerunt*, *incusserunt*, vel *intulerunt*. Cùm ⲅⲗⲗⲓⲩⲓⲥⲕϩⲁⲛⲁⲛⲛ sit è numero τῶν ἅπαξ εἰρημένων in cod. Argenteo, de significatu ejus nihil possum definire; atque nolo lectori obtrudere conjecturas subitaneas & forsan pœnitendas. Theophylacti annotatio est: Ὃν λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, τουτέστι, συνετέλεσαν καὶ ἐκορύφωσαν τὴν ὕβριν. Judicent, quibus vacat, num Interpreti nostro in animo quid simile fuerit; atque num ⲅⲗⲗⲓⲩⲓⲥⲕϩⲁⲛⲁⲛⲛ seu ⲗⲓⲩⲓⲥⲕⲗⲛ affinitatem habeat cum Αἰσχέα, quod Hesychio est Ὀνείδη, ὕβρεις.

VERS. 13. Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων,] Got. ⲍⲗⲏ ⲓ̈ⲛⲥⲗⲛⲁⲓⲁⲉⲁⲛⲛ ⲁⲛ ⲓ̈ⲙⲙⲗ ⲥⲛⲙⲗⲓ ⲯⲓⲍⲉ ⲑⲗⲕⲉⲓⲥⲗⲓⲉ. *Et miserunt ad illum*

illum quidam Phariſæorum. acſi Interp. legiſſet τινὲς pro τινάς· nam Τινὲς τῶν Γραμματέων ſunt Gothicè ᔕᚢᛗᚨᛁ ᛈᛁᛉ᛫ ᛒᛟᚴᚨᚱᚷ᛫. *Matth.* IX, 3. at ᔕᚢᛗᚨᚾᛋ legimus in caſu Accuſ. *Mar.* XII, 5. Ex hujus itaque Verſionis ſenſu, Phariſæi & Herodiani non mittebantur ab aliis, ſed ipſi alios mittebant inſidiatores ad Chriſtum irretiendum in ſermone. Omnino conſule *Matth.* XXII, 15, 16.

VERS. 14. Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;] Got. ᔕᚴᚢᚨᚾ ᛁᔕᛏ ᚴᚨᛁᔕᚨᚱᚨᛁᛚᚨ ᚴᛁᛒᚨᚾ ᚴᚨᛁᔕᚨᚱᚨ. ᛈᚨᚾ ᚾᛁᚢ (fortè pro ᛈᚨᚾ ᚾᛁᚢ. *Luc.* XX, 22. ubi Anglo-Sax. etiam þe na.) ᚴᛁᛒᚨᛁᛗᚨ. id eſt, ad verbum; *Debitum eſt* vel *oportet Cæſareum tributum dare Cæſari, an non demus?* Vulg. Lat. habet, *Licet dare tributum Cæſari, an non dabimus?* Arabs in Bibl. polyglottis clauſulam terminat per لا ام *An non?* editio Romana & Erpeniana, per لا نعطي ام *An non dabimus?* ſed MS. meum Syrorum literis deſcriptum, per ܐܡ ܠܐ ܢܥܛܝ ܐܡ ܠܐ ܢܥܛܝ: *An non? dabimus, an non dabimus?* Conf. *Matth.* XXII, 17. & *Luc.* XX, 22. Lectiones codicum aliquot Græcorum huc ſpectantes omitto, properanter tranſiens ad ſequentia.

VERS. 26. Καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.] Got. ᚷᚨᚺ ᛁᚨᚴᛟᛒᛁᛋ. *Et Jacobi*; omiſſo Θεὸς, quod evidenter ſupplendum eſt ex antecedentibus, ᛁᚴ ᛁᛗ ᚴᚠ ᚨᛒᚱᚨhᚨᛗᛁᛋ. ᚷᚨᚺ ᚴᚠ ᛁᛋᚨᚴᛁᛋ. *Ego ſum Deus Abrahami, & Deus Iſaaci.* Solus, quod ſciam, hic noſter hoc in loco deficit: ſed VERS. ſeq. 27. ubi pro Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ Θεὸς ζώντων· habeat Got. Interp. ᚾᛁᔕᛏ ᚴᚠ ᚨᚾᚺᛁᛁᛉ᛫ ᚨᚴ ᚢᛁᚠᛁᛁᛉ᛫. *Non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum* (ut vulg. Latinus) plures habet conſentientes. Poſterius enim Θεὸς non reperitur in codd. Bezæ antiquiſſimo, & Alexandrino; nec in Verſionibus Syriacâ, Arabicarum una, aut Copticâ. Scandalum autem Diſcrepantiæ hujus ſic amoliuntur loca parallela: Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· *Matth.* XXII, 33. & Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· *Luc.* XX, 38. Illius defectûs quoque deformitatem aliquantiſper tegit, quòd *Act.* III, 13. in noſtris exemplaribus legimus, Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· ſed in plurimis codd. vett. (ut in Verſionibus aliquot antiquis noviſq;) legitur, Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ. &c. Denique, facilitate haud pari ſuppeditatur Θεὸς in VERS. 32. ſequenti, ubi Εἷς ἐστι Θεὸς transfertur Gothicè, ᚨᛁᚾᛋ ᛁᛋᛏ. *Unus eſt*; & congruenter in Tranſlationibus Syrorum Æthiopúmq;. Sic etiam codd. Gr. dicuntur habere Εἷς ἐστι tantùm: ſed Θεὸς, utcunque paullò longiùs petitum, ſupplendum eſt ex illo quod præcedit *verſu* 29. Κύριος, ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι· Got. ᚦᚨᚾ ᚴᚠ ᚾᚾᛋᚨᚱ. ᚦᚨᚾ ᚨᛁᚾᛋ ᛁᛋᛏ:

VERS. 28. Πρώτη πασῶν ἐντολή;] Got. ᚨᚱᚱᚨᛁᛉᚱ ᚨᚾᚨᛒᚾᛋᚾᚷ ᚦᚴᚾ-ᛗᛁᛋᛏᚨ. *Omnium præceptorum primum:* perinde acſi legiſſet Interp. ea quæ

mox sequuntur VERS. 29. Πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν· quæ tamen interpretatus est ille ad mentem sententiæ Græcæ modò allatæ, ƿRNMISTA ΛLLΛIZR ΛNΛBNSNS. *Primum omnium præceptum*. Codicum diversitates hac in re allegare nec juvat, nec expedit. Clausulæ illæ binæ æquipollentes, mutatis sedibus, rectissimè redduntur. Hoc autem notare visum est in Grammatistarum gratiam; atque illud etiam quod statim occurrit, VERS. 31. Δευτέρα ὁμοία, αὕτη·] Got. ΛNΨΛRΛ ГΛLЄIKΛ ψIZΛI. *Secundum simile* est *illi*; ut vulg. Lat. Legebat & noster & Interpp. Orientales, juxta quosdam codd. MSS. αὐτῇ pro αὕτη· vel, cum Bezæ codice vetusto, ἑαυτῇ. Minùs mirabitur hanc varietatem, qui noverit vetustissimam Græcorum scripturam Accentibus Grammaticis atque etiam Spiritibus omnino destitui. Sed hanc rem feliciùs expediemus, suppetias advocando ex *Matth.* XXII, 39. ubi legimus, Δευτέρα ὁμοία αὐτῇ. Quòd autem ΛNΨΛR. quod propriè significat *Alius* & *Alter*, hìc usurpetur pro *Secundus*, illud insolens aut mirum dici non debet: quum nihil usu magìs tritum in linguis, quas appellamus, Septentrionalibus, quàm *Secundus* exprimere per Anglo-Saxonicum Oðer. Islandicum Annar / Danicum Anden / Germanicum Ander / quæ primariò, ni fallor, *Alius* & *Alter* denotant. Sed hoc triviale.

VERS. 36. Αὐτὸς γὰρ Δαυὶδ εἶπεν ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου·] Got. SIΛЬΛ ΛNK ΔΛγЄIΔ uΛψ ΔN ΛhMIN γЄIhΛMMΛ. uIψIψ ƿΛN ΔN ƿΛNIN MЄINΛMMΛ. *Ipse enim David dixit spiritui sancto, Dicit Dominus Domino meo*; acsi lectum esset Εἶπε τῷ πνεύματι, pro Εἶπεν ἐν τῷ πνεύματι, excidente ἐν. Sic tamen ferè lego in Versione, Gothicæ sociâ, Anglo-Saxonicâ: Dauiþ ƿÿlƿ cpæð to þam halgan Ganste. Dnÿhten cpæð to minum Dnÿhtne:. Quid propriè significetur per ΔN ΛhMIN γЄIhΛMMΛ ac to þam halgan Ganste. constat ex sequentibus, ΔN ƿΛNIN MЄINΛMMΛ & to mintum Dnÿhtne. nempe, Dandi casu tam illa quàm hæc poni in utrâque Versione. Ratio hujus constructionis mihi, primo intuitu, non satìs constat: quare scil. dicatur David *dixisse* ΔN ΛhMIN γЄIhΛMMΛ. & to þam halgan Ganste. *Spiritui sancto*; & non potiùs ÏN ΛhMIN. & on Ganste. ut alibi sæpiùs. Hoc indaganter perscrutari, urgente prælo, nobis non licet.

CAP. XIV.

VERS. 47. Ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.] Got. ΛƿSΛRh ÏMMΛ ΛNSR ψΛTΛ TΛIhSYR. *Abscidit* vel *amputavit illi aurem dextram*: quasi dicas Græcè, Αὐτοῦ τὸ ὠτίον (vel τὸ ὦς) τὸ δεξιόν. Τὸ ὦς τὸ δεξιὸν legimus, *Luc.* XXII, 50. & Τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν·

δεξιόν· *Joh.* XVIII, 10. Vulg. Lat. Interpres videtur etiam legisse αὐτῷ pro αὐτοῦ, quippe qui transfert, *Amputavit illi auriculam*. Ἀφεῖλεν est propriè *Abstulit*; at hìc rectè vertitur *amputandi* notione. *Johannes* dixit ἀπέκοψεν· & in N. Testamento in linguam Græcorum vulgarem transfuso, hic *Marci* locus redditur, Ἔκοψε τὸ αὐτί του. Simillimus dicendi modus extat, 2. *Sam.* XVI, 9. אסירה את ראשו Græcè, Ἀφελῶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, vulg. Lat. *Amputabo caput ejus*.

VERS. 65. Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτὸν, καὶ λέγειν αὐτῷ· Προφήτευσον. καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.] Got. ϩⲁⲏ ⲁⲛⲅⲏⲛⲛⲏⲛ ⲥⲛⲙⲁⲓ ⲥⲡⲉⲓⲩⲁⲛ ⲁⲛⲁ ⲩⲗⲓⲧ ⲓ̈ⲥ. ϩⲁⲏ ⲏⲛⲗϩⲁⲛ ⲁⲛⲁⲩⲁⲓⲕⲯⲓ ⲓ̈ⲥ. ϩⲁⲏ ⲕⲁⲛⲡⲁⲧϩⲁⲛ ⲓ̈ⲛⲁ. ϩⲁⲏ ⲙⲉⲯⲏⲛ ⲁⲛ ⲓ̈ⲙⲙⲁ. ⲡⲕⲁⲛⲉⲧⲉⲓ. ϩⲁⲏ ⲁⲛⲁⲃⲁⲏⲧϫⲥ ⲅⲁⲃⲁⲛⲕϩⲁⲃⲁ ⲗϫⲉⲁⲙ ⲥⲗϫⲏⲛⲛ ⲓ̈ⲛⲁ. *Et cœperunt quidam inspuere in faciem ejus, & obtegere faciem ejus, & colaphos ei infligere; & dicebant ei, Prophetiza: & ministri lubenter* vel *lætè cædebant eum alapis*. Pro αὐτῷ priori Interpres Got. legebat, ut mihi videtur, τῷ προσώπῳ αὐτοῦ vel, ex *Matth.* XXVI, 67. εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, quod exponit ⲁⲛⲁ ⲩⲗⲓⲧ ⲓ̈ⲥ. *In* vel *super faciem ejus*. Illam lectionem agnoscit codex Bezæ vetustus, qui etiam pro λέγειν habet ἔλεγον, quod noster vertit *dicebant*. Quare verò adjiciatur ⲅⲁⲃⲁⲛⲕϩⲁⲃⲁ, non satìs capio. Arabs addit, post *Cædebant eum alapis*, جدا *Valdè, vehementer*. Sed ⲅⲁⲃⲁⲛⲕϩⲁⲃⲁ bis substituitur pro Græco ἡδέως· *Mar.* VI, 20. & XII, 37. & ⲁⲉ ⲅⲁⲃⲁⲛⲕϩϫⲱⲙ ponitur pro ὑφ' ἡδονῶν· *Luc.* VIII, 14. adeo ut satìs constet de Adverbii significatione. Additionem quandam video in Copticâ hujus commatis traductione; sed ea non est hujus loci. Et Diversitates aliunde arcessere nolo, qui non sine fastidio quodam intueor illas, quas muneris suscepti ratio describere jubet.

VERS. 70. Καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ,] Desunt in Got. & in loco parallelo, *Matth.* XXVI, 73. sed *Luc.* XXII, 59. legimus Καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστιν· ubi cod. Argenteus graviori laborat hiatu: ideoque nequimus inde suppetias advocare.

VERS. 72. Καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε.] Got. ϩⲁⲏ ⲁⲛⲅⲁⲛⲛ ⲅⲕⲉⲓⲧⲁⲛ. *Et cœpit flere*; ut vulg. Lat. Sic Interp. Syr. ושרי דנבכא, quod idem significat. Omnes secuti sunt lectionem quam exhibet cod. Bezæ antiquissimus; nempe, Ἤρξατο κλαίειν. Cætera hujus capitis cuivis puto obvia.

CAP. XV.

VERS. 1. Ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ.] Got. ⲃⲕⲁⲏⲧⲉⲁⲛⲛ ⲓ̈ⲛⲁ ⲁⲧ ⲡⲉⲓⲗⲁⲧⲁⲛ. *Duxerunt eum ad Pilatum*; omisso καὶ παρέδωκαν, quod etiam omisit Interp. Arabs. Noster planè imitatur illud *Luc.* XXIII, 1. Ἤγαγον

ἀυτὸν ἐπὶ τ Πιλάτον, ubi nulla *traditionis* fit mentio. At in loco parall. *Matth.* XXVII, 2. plenè legimus Ἀπήγαγον καὶ παρέδωκαν ἀυτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ· ubi noſter quoque Interp. habet ΓΑΤΑΗΗΝ GΑh ΑΝΑΒΗΑΗΗΝ ΪΝΑ ΠΑΗΝΤΙΑΝ ΠΕΙΛΑΤΑΝ. *Duxerunt* vel *traxerunt & tradiderunt eum Pontio Pilato*. Hoc Marci *verſiculo* ſuppletur ΪΝΑ. *Eum*. Sic VERSIBUS ſeqq. 29. & 31. pro Οἰκοδομῶν habet Got. ΓΑΤΙΜΚGΑΝΔS ΨΧ. *Ædificans illud*; i. e. ΨΧ ΑΛΗ, Τὸν ναὸν, *Templum*: atque pro Ἐμπαίζοντες ſubſtituitur ΒΙΛΑΙΚΑΝΔΑΝS ΪΝΑ. *Illudentes ei*. Sed hæc quivis facillimè adnotabit.

VERS. 8. Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος,] Got. GΑh ΗSΓΑΓΓΑΝΔΕΙ ΑΛΑΑ ΜΑΝΑΓΕΙ. *Et exiens tota* vel *omnis multitudo*. Sic enim Gothica ſonant, ſi ad verbum reddantur. Vulg. Lat. *Et cùm aſcendiſſet turba*: ubi Eraſmus conjicit pro ἀναβοήσας lectum fuiſſe ἀναβήσας. Certè noſter ob oculos habuit lectionem quam oſtendit cod. Bezæ vetuſtiſſimus: illic enim, pro ἀναβοήσας, legitur ἀναβὰς ὁ ὄχλος, id eſt, ΗSΓΑΓΓΑΝΔΕΙ ΑΛΑΑ. Namque ΗSΓΑΓΓΑΝ iſthoc aliquando idem ſignificare quod ἀναβαίνειν, probari poteſt ex hujus capitis *verſu* 41. ubi pro πόλλαι αἱ συναναβᾶσαι, habeat Got. Verſio ΜΑΝΑΓΧS ΨΧΖΕ ΜΙΨΪΔΑGΕΔΝΝ. *Multæ quæ ſimul aſcenderant* vel *comitatæ fuerant*. Eſt autem ΜΙΨΪΔΔGΑ Præteritum à ΜΙΨΓΑΓΓΑΝ. ut Anglo-Saxonicum Eobe Figuræ ſimplicis, à Ganzan. eodem ſenſu quo Gothicum ΓΑΓΓΑΝ. Lucas Brugenſis notat codicem Vaticanum legere ἀναβὰς, de quâ lectione ſic vir quidam eruditus: *Quòd Vaticanus codex habet* ἀναβὰς, *accedit ad ea argumenta quibus moveor ut credam quædam Marci exemplaria Græca ad Latinam Verſionem mutata*. Quod ſi verum ſit, atque ex hac variante lectione probatum, admodum antiquam fuiſſe illam correctionem patebit manifeſtè ex jam allatis. Siquidem id ſi detur, neceſſariò conſequetur, & exemplar quo uſus eſt Interp. Gothicus primævus, & exemplar illud Bezæ, ob vetuſtatem raram adeo celebratum, paſſa quoque fuiſſe hanc mutationem: quoniam utrumque hac in lectione conſentiunt cum vulgatâ Verſione Latinâ. His inſuper adjungi poteſt Tranſlatio Ægyptiaca, quæ, pro Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, habet ϬϭϬϬ ⲉⲧⲁⲩϫⲓⲉⲡⲱⲱⲙⲓ ⲛⲥⲉ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ. *Et cùm aſcenderit turba*. Nam in Scalâ Electâ ⲉⲧⲁⲩⲉⲡⲱⲱⲙⲓ exponitur يصعدون *Aſcendent*. & ⲡⲱⲱⲙⲓ فوق *Suprà*. Æthiops quoque lectionem utramque conjungere videtur, dicendo ועלו חזב וכלח *Et aſcenderunt populi, & clamaverunt*. Hunc locum quod attinet, affinitas vocabulorum ἀναβοήσας & ἀναβὰς, vel ἀναβήσας (ſi uſpiam occurrat) me dubitare non ſinit, quin lectionis diverſitas orta ſit è librariorum oſcitantiâ aut etiam hallucinatione.

VERS.

Vers. 21. Καὶ ἀγγαρεύσι παραγινόμενόν τινα Σίμωνα Κυρηναῖον,] Got. ȣlh ınd-rkınnn snmlnl mlnne. seimxnl kyreinlinm. *Et apprehenderunt quendam hominem* (ad verb. *hominum*) *Simonem Cyrenæum*. Ἀγγαρεύειν exponitur Gothicè ȣnȣnlnψgȣn. *Matth.* v, 41. Unde Anglo-Saxonica Nyðan. ȝenyðan. neðan & ȝeneðan uſurpantur pro *Angariare*; ſignificantia nimirum *Invitum repugnantémq*; *cogere*; *ac neceſſitate durâ, quaſi obtorto collo, conſtringere atque pertrahere.* ınndrkeinlȣn autem plerumque reſpondet Græco κρατεῖν aut κρατῆσαι· ut, *Mar.* xii, 12. at *verſu* 8. pro λαβόντες αὐτὸν, lego ınndrkeinlndlns ïnl. unde non immeritò ad ſuſpicandum quis ducatur, auctorem noſtrum non tam ἀγγαρεύειν reſpexiſſe, quàm ἐπιλαβόμενος, quod occurrit in loco parallelo, *Luc.* xxiii, 26. ubi legimus, Ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου. Pro Ἀγγαρεύσί τινα, habentur in codice Coptitarum Euangelico ⲁⲩⲥⲟⲩ ⲛⲟⲩⲱⲁⲓ ⲛ̀ⲭⲃⲁ· ubi ⲁⲩⲥⲟⲩ eſt *Acceperunt*, quod ſibi etiam adjunctum habet ⲛ̀ⲭⲃⲁ· *Matth.* xxvii, 32. & ⲛ̀ⲕⲃⲁ· *Matth.* v, 41. utrobique denotans ἀγγαρεύειν. Quamvis neſciam quid propriè ſignificet ⲛ̀ⲭⲃⲁ· non dubito tamen quin error irrepſerit in Scalæ electæ Copt-Arabicæ paginam 287. ubi lego ⲥⲓⲧⲁⲕⲛ̀ⲭⲃⲁ· *Arbor*, شجرة. Certè شجر Arabibus eſt *Arbor:* at in hoc Marci *commate*, nec non in duobus modò citatis ex Matthæo, Verbum سخر *Angariandi* ſenſu uſurpatum video ab Interpp. Arabicis. Syrus etiam habet שחר. Conſulendi ſunt denique Perſarum bini Euangeliorum Tranſlatores. Ex jam allatis quilibet erratum in Arabico ac Latino emendare poterit: nos cætera huc ſpectantia perſcribere vetat Typorum defectus. Sequitur phraſis illa snmlnl mlnne q. d. Ἄνθρωπόν τινα vel, ad verbum, ἀνθρώπων τινα. Confer loca huic reſpondentia, *Matth.* xxvii, 32. & *Luc.* xxiii, 26. Nè tyronibus impingendi occaſio ſit frequentior iſta loquendi ratio; viſum eſt & hoc genus alia pauca hinc inde petita ſubnotare. Simili itaque conſtructione, Πᾶσα σὰρξ exponitur Gothicè lınhnn leikę. *Mar.* xiii, 20. Οὐδεὶς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν, ni lınshnn ïst ψizę lꝼletlndlne. *Luc.* xviii, 29. Πᾶν δένδρον, llll blrme. *Luc.* iii, 9. Τίς ὁ λόγος; ȣl ylnkde. *Luc.* iv, 36. Τίνα κώλυσιν —; ȣr yrxhe. *Joh.* xviii, 29. Ἔκαστον δένδρον, ȣlrgiznh blrme. *Luc.* vi, 44. Πᾶσα θυσία, ȣlrgatxh hnnsle. *Mar.* ix, 49. Δυνάμεια πνευματικά, skatte ꝼimꝼhnndl. *Luc.* vii, 41. Et, quod maximè ad rem præ manibus facit, Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος redditur mlnne snms yls rlbirs. *Luc.* xvi, 19. Nemo neſcit Nomina partitiva regere Genitivum:

at,

at, in exemplis istis è codice Argenteo productis, hanc syntaxin imitatus est auctor grandævus ac Græcismi plerumque observantissimus, id minimè dictante Græco Contextu: quod in gratiam lectoris φιλοχρίστου notavi. Similia occurrentia faciliùs ipse promptiúsq; observabit.

VERS. 24. Διεμέριζον τὰ ἱμάτια] Got. ΔISΔ ΛILGΛNDΛNS VΛSTGRS. *Dividentes vestimenta*. Primo intuitu suspicabar ab Interprete nostro lectum esse Διαμεριζοντες pro διεμέριζον τὰ, quod procliviùs accidere posset legenti exemplar nullis vocabulorum interstitiis illustratum, nullísq; accentuum spirituúmve apicibus insignitum. Sed longè tutius est confugere ad sacram illam anchoram, Euangelistarum harmoniam, quàm incertis fluctuare conjecturis. Matthæi locus parall. *cap.* XXVII, 35. habet Διεμερίζοντο· atque hoc ipso Marci *versiculo* Διαμεριζοντες extat in cod. MS. Alexandrino: quod autem Gothicum sibi respondens habet, est Lucæ Διαμεριζόμενοι· *cap.* XXIII, 34. Verumenimverò hoc Got. vocabulum, licèt aliquo modo vindicetur, haud excusat Versum suum, qui ob Verbi defectum graviori claudicat periodi imperfectione. Admissâ tamen levi detruncatione in ΔISΔ ΛILGΛNDΛNS. ac scribendo ΔISΔ ΛILGΛNΔ. institui potest lectio, tam Fonti Græco, quàm Gothismi analogiæ accommodata, hunc in modum: GΛh nShKΛMGΛNDΛNS ÏNΛ. ΔISΔ ΛILGΛNΔ VΛSTGRS ÏS. VΛIKПΛNDΛNS hΛΛnTΛ ΛNΛ ψRS. Græcè, Καὶ σωρεύσαντες ἀυτὸν, διεμέριζον (vel διαμεριζοντες) τὰ ἱμάτια αὐτῦ, βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτά. ΔISΔ ΛILGΛNΔ autem significat *Dividunt*, *distribuunt*, *partiuntur*. Variatio huic similima conspicitur VERSU 43. sequenti; ubi pro Ἦλθεν Ἰωσὴφ, substituit Gothorum Antistes UIMΛNΔS ÏRSEÞ. *Veniens Joseph*. In codicibus etiam aliquot Græcis, pro Ἦλθεν legitur Ἐλθὼν, cui nihil quicquam adversantur ea quæ subsequuntur in Contexto.

VERS. 36. Ἄφελε·] Got. ΛETEI. *Sine*. Græci MSS. non pauci dicuntur habere Ἄφες, quod etiam habet locus parall. *Matth.* XXVII, 49. ubi & noster conformiter transfert ΛETEI. Sic VERS. 37. seq. pro Ἄφεις φωνὴν, in Got. extant ΛÞTRΛ ΛETΛNΔS STIBNΛ. *Iterum mittens vocem*. Matthæus autem sic: Πάλιν κράξας φωνῇ· Got. ΛÞTRΛ hRRПGΛNΔS STIBNΛI. *cap.* XXVII, 50. Consule quæ ex Eusebio monuimus de Tatiani harmoniâ Euangelicâ, suprà ad *Matth.* XXVII, 58.

VERS. 46. Καθελὼν ἄυτὸν ἐνείλησε τῇ σινδόνι, καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ] Got. nSNIMΛNΔS ÏTΛ. BIVΛNΔ ψΛMMΛ ΛEINΛ. GΛh rΛΛΛrIΔΛ ÏTΛ ÏN hΛΛIVΛ. *Et tollens illud, involvit sindone, & posuit illud in monumento*. Ubi pro αὐτὸν bis legebat noster ἀυτὸ, q. d. τὸ σῶμα, quod modò præcesserat, *vers.* 45. Codex Alexandrinus quoque habet Καθῆκεν αὐτὸ, pro κατέθηκεν αὐτόν. Versionis Gothicæ auctor haud dubiè secutus est Matthæi ac Lucæ lectio-

lectionem in locis parallelis, scil. *Matth.* xxvii, 59, 60. *Luc.* xxiii, 53. utrobique enim occurrit: Ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνημείῳ vel μνήματι· Gothicè, ΒΙΨΛΝΔ ΪΤΛ (nempe ΨΛΤΛ ΛΕΙΚ. τὸ σῶμα) SΛΒΛΝΛ. ϚΛΗ ΓΛΛΛΓΙΔΛ ΪΤΛ ΪΝ ΗΛΛΙΨΛ. ut habetur Matthæi *commate* novissimè citato.

CAP. XVI.

Vers. 6. Ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε·] Got. NIST ΗЄΚ. ΠΚΚΛΙS. *Non est hìc, surrexit.* Sic *Matth.* xxviii, 6. Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη γάρ. Similis est ferè conciliatio illius quod sequitur, versu 8. ubi pro Græcis, Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ, ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου, substituit Interpres Got. ϚΛΗ ΠSΓΛΓΓΛΝΔЄΙΝS ΛΡ ΨΛΜΜΛ ΗΛΛΙΨΛ ΓΛΨΛΛΠΗΠΝΔЄΙ. *Et exeuntes* fœminæ *à monumento fugerunt:* acsi legisset, Καὶ ἐξελθοῦσαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, quæ occurrunt, *Matth.* xxviii, 8. Ταχὺ quidem desideratur in nostrâ Versione, nec non in vulg. Latinâ, atque etiam in aliquibus melioris notæ Orientalibus. *Hoc deest in vetustis codicibus*, inquit Theodorus Beza. ΓΛΨΛΛΠΗΠΝΔЄΙ non perfectè capio.

Vers. 7. Καθὼς εἶπεν ὑμῖν.] Got. SΨΛSΨЄ ULΨ ΔΠ ΪΝΛ ΪS. Hujus sententiæ mentem non satìs assequor primo aspectu. ULΨ aut primæ Personæ esse potest, aut tertiæ: ut, Καὶ ἔλεγε, διὰ τοῦτο εἴρηκα· Got. ϚΛΗ ULΨ. ΔΠ ΨЄ ULΨ. *Joh.* vi, 65. Hoc notavi, quòd observaverim codicem Bezæ vetustissimum pro εἶπεν hìc loci habere εἴρηκα, atque Matthæum Euangelistam in loco parall. *cap.* xxviii, 7. Εἶπον, Personæ primæ. Veruntamen ex præcedentibus non obscurè colligitur nostrum legisse εἶπεν, Personæ tertiæ. In sequentibus ΔΠ ΪΝΛ ΪS Suspicor latere mendum. ΪΝΛ est *Illum*, casu Accusativo: at ΔΠ. *Ad*, Dativum sibi adscìscere solet in cod. Argenteo. Ideoque ULΨ ΔΠ ΪMMΛ passim est *Dixit illi*; ULΨ ΔΠ ΪM. *Dixit illis:* ut, ΨΛΚΠΗ UЄΨΠΝ ΔΠ ΪMMΛ. ΨΠ ΘΛS ΪS: ϚΛΗ ULΨ ΔΠ ΪM —. Græcè, Ἔλεγεν ἂν αὐτοῖς, Σὺ τίς εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς —· *Joh.* viii, 25. ΪS significat *Is* atque *Ejus*. Si conjecturis esset locus, demandarem gnaro lectori perpendendum, an non legendum videretur ΔΠ ΪM pro ΔΠ ΪΝΛ. q. d. *Dixit iis*, secundùm Versionem Æthiopicam: quod tamen cum proximè antecedentibus usquequaque non convenit. Mihi sanè inprimis allubesceret licentia legendi ULΨ ΔΠ ΪZΥIS pro ULΨ ΔΠ ΪΝΛ ΪS. quod exactè responderet Textui Græco Εἶπεν ὑμῖν. Porrò, Εἶπον ὑμῖν Matthæi est; loco paullò antè citato: atque, Ἐλάλησεν ὑμῖν, Lucæ; *cap.* xxiv, 6. At siquis has Literas attentiùs accuratiúsq; exculturus objecerit; dicendum potiùs ULΨ ΪZΥIS. quàm ULΨ ΔΠ ΪZΥIS. respondetur: Sicut pro Λελάληκα ὑμῖν reponitur Gothicè ΚΧΔΙΔΛ ΪZΥIS ac ΚΧΔΙΔΛ ΔΠ ΪZΥIS. *Joh.* xv, 11, & 3. ita

quoque pro Εἶπον ὑμῖν substituitur in cod. Argenteo ⲙⲗⲯ ⲓ̈ⲍⲩⲓⲥ. *Joh.* x, 26. & interdum ⲙⲗⲯ ⲁⲛ ⲓ̈ⲍⲩⲓⲥ. *Joh.* xiv, 26. Non nemo forsan, cui sola Theologica, non autem Philologica, in votis sunt, mirabitur me, nullo prorsus otio abundantem, istiusmodi Grammaticalibus iterum atque iterum vacare, tempúsque adeo brevissimum eludere. At quid faciam? absque Canonibus Grammaticis nihil accuratè discerni, nihil certò definiri potest. Mihi porrò in hoc pulvere Gothico nitenti, idem penitus contigisse videtur, quod olim primis Artium inventoribus, quos oportuit primâ curâ atque operâ sibi parare instrumenta. Ego quoque necesse habui Grammatices Gothicæ sciographiam, quantumvis rudissimam, principiò delineare. Sin autem in hisce nunc primùm tentatis, aliquoties aut sæpiùs à scopo aberraverim, multa sunt profectò quæ ad spem erigunt, me veniam impetraturum ab omnibus æquis rerum æstimatoribus. Quid enim simul inceptum ac perfectum? quísve plura festinanter transcurrens, singula diligenter lustrare potest? Ferunt quidem ipsum Carolum M. Imp. inchoavisse Grammaticam linguæ suæ patriæ, Theotiscæ nimirum, sive Francicæ antiquæ. Otfridus etiam Monachus Wissenburgensis *exemplo Caroli Imperatoris Magni*, inquit Trithemius, *conatus est barbariem linguæ Teutonicæ ad regulas Grammaticales reducere, quod & ex parte perfecit*. De suo autem suscepto in linguâ illâ veteri, quæ Gothicæ huic admodum affinis est, expoliendâ, sic ipse Otfridus (in Prologo ad Euangelia à se rythmis Francicis explicata, circa an. Christi ⲓⲟⲥⲥⲥⲗⲭⲭ.) *Hujus linguæ barbaries est inculta & indisciplinabilis, atque inassueta capi regulari fræno Grammaticæ artis, &c.* Hoc ille de suis; quod me quoque ac mea aliquantò excusabit. Si denique imprudens censear aut etiam temerarius, qui aliquoties suspectam habeam exemplaris Gothici lectionem: sciat lector, ab animo meo alienissimum esse, si quidpiam videatur, præclarum virum, cujus stupendæ sedulitati sumptibúsq; immensis debemus monumenti Gothici editionem, ἀβλεψίας insimulare, aut etiam negligentiæ. Quædam profectò in codice longè antiquissimo adeo infeliciter ac miserè habita sunt; ut oculos vel lynceos fugerent literæ perituræ. Hac de re meritò conquestus est Arnoldus Mercator, ex cujus schedis hæc descripsit Janus Gruterus: *Plura communicare vetabat obscuritas literarum jam vetustate evanescentium*; Antiq. lect. pag. 146. Sed nec ipsius codicis Argentei librarius, quantumvis accuratus, ἀναμάρτητος erat, aut ab omni lapsûs suspicione purus atque remotus. Quæ à me criticè sunt dicta, peritiorum censuræ libens submitto; compellans insuper quemvis priscæ aut politioris literaturæ studiosum:

——————— *Si quid novisti rectius istis,*
Candidus imperti: si non, his utere mecum. Horat. Epistolar. lib. I.

OBSER-

OBSERVATIONES

IN S. LUCÆ CAP. I. VERS. I.

Πεχείρησαν ἀναξάσθαι] Got. ȣnᚴᚴnnnᚴn mᴇlgȣn. *Incepe-*
'E *runt scribere.* Sic Syr. צבו דנכתבון *Voluerunt scribere*, multi
alii scil. Ut & Euangeliſtæ Lucæ quoque viſum eſt καθεξῆς γρά-
ψαι, ᚴlhȣhgᚴ mᴇlgȣn. *Deinceps ſcribere:* ut ipſe de ſe teſtatur, *verſ.* 3. ſeq. ubi lego

VERS. 3. Ἔδοξε κἀμοί] Got. ᚴllᴇikȣidȣ gȣh mis gȣh ȣh-
min ᚴeihȣmmȣ. *Viſum eſt & mihi & Spiritui ſancto.* Clauſulam hanc adjectam, quâ Spiritûs ſancti beneplacitum totidem verbis ſignificatur, nuſpiam mihi obſervare contigit niſi apud hunc unum Interpretem. Deſumptam tamen ex *Act.* xv, 28. Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι κ ἡμῖν, aut ſaltem imitatione ejus hìc adjectam fuiſſe, omnino veriſimile. Sequitur ἄνωθεν, quod Gothicè transfertur ᚴkȣm ȣnȣstᚱdᴇinȣi. *A principio*, ut vulg. Lat. i. e. *Altè, primâq; ab origine repetam.* *Verſu* præcedenti, Ἀπ' ἀρχῆς redditur ᚴkȣm ᚴknmistin. q. d. *A primo:* at *Marci* x, 6. Ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως ſunt ȣᚴ ȣnȣstᚱdᴇinȣi gȣskȣᚴtȣis. unde luculentiùs conſtare poteſt de mente Interpretis noſtri, in ἄνωθεν transferendo.

VERS. 5. Ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά·] Got. ns ȣᚴȣk ȣbigins. *De poſteritate* vel *ſucceſſione* (ſi rectè conjicio) *Abiæ.* *Verſu* enim 8. ſequenti, pro Ἐν τῇ τάξει τ ἐφημερίας αὐτοῦ ponuntur ïn ᚴikȣn knngis seinis. q. d. *In ordine* ſeu *vice cognationis ſuæ:* quæ ſic vertenda cenſeo, quia Ἐν τῇ συγγενείᾳ σου ſunt ïn knngȣ ᚠeinȣmmȣ. *commate* 61. ſeq. Ab hac expoſitione non multùm abit Syriaca illa מן תשמשתא דבית אביא *Ex miniſterio domûs Abiæ:* quam quoq; imitatur Arabs, aliíq;. Illud Syri תשמשתא retentum video in Copticâ Verſione, quæ ſic ſe habet: ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲉϫⲟⲟⲩ ⲛⲥⲁⲣⲉⲥⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲁⲃⲓⲁ· i. e. (ſi tempore ac ſubſidiis deſtitutus, inexploratæ linguæ voces perfectè capio) *Ex diebus miniſterii Abiæ.* Cui conſonat aliquatenus Heſychii Gloſſa: Ἐφημερία, ἡ τ ἡμέρας λειτουργία· evidentiùs autem quod occurrit 2 *Par.* xxxi, 16. in Gr. Εἰς λειτουργίαν ἐφημερίας διαδοχῆς αὐτῶν. Si quis plura deſiderat, Commentatores adeat.

VERS. 10. Καὶ πᾶν τ πλῆθος τ λαῦ ἦν προσευχόμενον] Got. gȣh ȣllȣs
hinhmȣ ᚴȣs mȣnȣrᴇins ᚱᴇidȣndȣns. *Et omnis turba multitudinis* vel *populi erat expectans* vel *expectabant.* Eſt enim ᚱᴇidȣndȣns nu-

numeri Pl. post Nomen multitudinis. An hìc Interp. Got. pro προσευχόμενον legerit προσδεχόμενον, an verò librarius pro ΒΙΑϹΛΝΑΛΝΣ. *Orantes*, scripserit ΒΕΙΑΛΝΑΛΝΣ. *Expectantes*, non facilè dixero. Certè *versu* 21. hujus tmematis, Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν exponuntur ϹΛΗ ΥΛΣ ΜΛΝΛΓΕΙ ΒΕΙΑΛΝΑΛΝΣ. ubi loco illius προσδοκῶν exhibet cod. Bezæ vetus προσδεχόμενος. Neque aliter de Symeone *expectante* affirmatur, quàm quòd esset προσδεχόμενος, Got. ΒΕΙΑΛΝΣ. *Luc.* II, 25. De lectione, ut ego quidem sentio, mendosâ desisto ulteriùs inquirere.

VERS. 11. Ὤφθη δὲ αὐτῷ Ἄγγελος] Got. ΥΛΚΨ ΨΛΝ ΪΜΜΛ ΪΝ ΣΙΠΝΛ ΛΓΓΙΛΠΣ. *Erat autem ei in visione Angelus*. ΥΛΚΨ est aliàs *Fiebat*: atque ΣΙΠΝ substituitur pro ὀπτασία, *vers.* 22. seq. Islandis quoque Sion / & Danis Syn est *Visio*. Paraphrasticè dicta arbitror.

VERS. 15. Ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ.] Got. ΪΝ ΥΛΜΒΛΙ ΛΙΨΕΙΝΣ ΣΕΙΝΛΙΖΩΣ. *In ventre* vel *utero matris suæ*. Nam capitis hujus *versu* 44. Ἐν τῇ κοιλίᾳ μου exponitur ΪΝ ΥΛΜΒΛΙ ΜΕΙΝΛΙ. Interpp. Syrum atque Arabem sic etiam vertisse, ab aliis observatur. Addo: & Coptitarum Versionem habemus consentientem; scil. ϧⲉⲛ ⲑⲛⲉϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉϥⲙⲁϩⲟⲩ. *In ventre matris suæ*. Cæterùm hac de re parum solliciti sunt viri docti, qui utramque lectionem in idem redire, saltem hoc in loco, opportunè probârunt. Exemplis aliunde petitis adjicio illud *Jer.* I, 5. ubi in Græcis vulgariter excusis legimus ἐν κοιλίᾳ pro Heb. בבטן *In utero*: at cod. Alexandr. habet ἐκ κοιλίας, & Interp. Arabs من البطن *Ex utero*; Conf. cum Heb. in *Psal.* CXLIX, 13. versionem Græcam, itémq; Latinam & Arabicam.

VERS. 18. Κατά τι γνώσομαι τοῦτο;] Got. ΒΙ ΘΕ ΚΠΝΝΠΜ ΨΛΤΛ. *Unde hoc noscemus?* Pl. pro singulari. Acsi Zacharias suo & uxoris nomine interrogâsset: ut suo & uxoris nomine, in re planè consimili, oraverat Manoach; *Jud.* XIII, 8. Sed Gothicæ lectioni nullos video codices aut Interpretes patrocinantes.

VERS. 29. Καὶ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος.] Got. ϹΛΗ ΨΛΗΤΛ ΣΙΣ ΘΕΛΕΙΚΛ ΥΕΣΙ ΣΩ ΓΩΛΕΙΝΣ. ΨΛΤΕΙ ΣΥΛ ΨΙΠΨΙΑΛ ΪΖΛΙ. *Et cogitabat qualis esset salutatio ista, quòd sic benedixerit illi* (fœm.) Non nemini videri potest ΨΛΗΤΛ ΣΙΣ potiùs reddendum *Cogitabat secum* (& sanè Bezæ cod. vetustissimus supplet ἐν ἑαυτῇ) sed mihi venit pro Gothismo: ut Angli dicunt **Bethought himself**; Belgæ, **Bedochte sich** / *Meditabatur, animo versabat*. Legimus enim, *Mar.* II, 6. ΨΛΓΚϹΛΝΑΛΝΣ ΣΙΣ pro διαλογιζόμενοι (& conf. *Luc.* XVI, 4.) at pro διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, occurrit ΨΛΗΤΕΑΠΝ ΜΙΨ ΣΙΣΜΙΣΣΩ. *Luc.* XX, 14. Existimo me rem non factu-

facturum ingratam, lectori saltem literaturæ Gothicæ studioso, si, festinabundus licèt ac prælo ferventi incitatus protrusúsq;, paucis subjecero aliquot hujusmodi Gothismos, quos in transitu subnotaverim ex cod. Argenteo. Sic, ᚲᚾᚾ ᚱᛦᛦᚾᚴᚺᛏ᛫᛫ᚨᚾᚾ ᛋᛁᛋ (Anglus diceret Cun themselvs / vel Gothicis accommodatiùs, Made & took a run) pro Ὦρμησε· *Matth.* VIII, 32. ᚠᚱᚨᚹᛏ᛫᛫ᛁ ᚠᚾᚴ pro Θάρσει· *Matth.* IX, 1. & *Joh.* XVI, 33. ᚱᛦᛦᚾᛞ᛫᛫ᚷᚨᛁᚾᚨ ᛋᛁᚴ (q. d. *Convertant se*) pro Ἐπιστρέψωσι· *Mar.* IV, 12. & alibi sæpiùs. ᚱᚢ᛫᛫᛫᛫

ejus, Zachariæ ſcilicet: atque *verſ.* 67. ubi 𐌲𐌰𐌷 𐌰𐌻𐍆. *Et dixit* (cod. Bezæ vetus, Καὶ εἶπε· Anglo-Sax. ⁊ cpæð) ſubſtituuntur pro Λέγων, notâſſe tantùm ſufficiat. Iſtiuſmodi poſthac ſicco pede præterire properans decrevi.

VERS. 70. Ἀπ' αἰῶνος] Got. 𐍆𐌺𐌰𐌼 𐌰𐌽𐌰𐍃𐍄𐍂𐌰𐌶𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹 𐌰𐌹𐍅𐌹𐍃. q. d. *Ab initio ſeculi*. Anglo-Sax. Of popldep fpym̃de. *A ſeculi principio*. *Initium* hìc ſuppeditatur exegeticè: quomodo & mox *verſ.* 71. pro Gr. Σωτηρίαν habet Got. Interp. 𐌲𐌹𐌱𐌰𐌽 𐌽𐌰𐌶𐌴𐌹𐌽. *Dare ſalutem*, præponens 𐌲𐌹𐌱𐌰𐌽 ad ſenſum complendum. Sequitur etiam in hoc Zachariæ cantico, Τῷ ὀνόματι ἡμῶν, 𐌴𐌹 𐌲𐌴𐌱𐌹 𐌽𐌽𐌹𐍃. *verſ.* 73. &, quod magìs huic additamento conſonat, Τῷ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας, 𐌰𐌽 𐌲𐌹𐌱𐌰𐌽 𐌺𐌽𐌽𐍉𐍈𐌹 𐌽𐌰𐌶𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐍃. *verſ.* 77.

VERS. 75. Ἐν ὁσιότητι] Got. 𐌹𐌽 𐍃𐌽𐌲𐌰𐌻𐌹. q. d. *In veritate*. 𐍃𐌽𐌲𐌰𐌻 paſſim eſt *Veritas*: ſed, quum 𐍃𐌽𐌲𐌴𐌹𐌽𐍃 uſurpetur pro ἀγαθός· *Joh.* VII, 12. & 𐌲𐌰𐍃𐌽𐌲𐍂𐌰𐌲 pro ἐλεημοσύνη· *Luc.* VII, 35. credibile eſt & 𐍃𐌽𐌲𐌰𐌻 quoque accipi aliquoties pro *Juſtitiâ*, *probitate*, *integritate* & *bonitate* latè ſumptâ. Sic Ὅσιος apud Heſych. inter alia ſignificata exponitur Δίκαιος, εὐσεβής. True etiam Anglis idem eſt quod Latinis *Verus*: ſed A true man dicitur ille, cujus fides eſt perſpecta, atque probitas inculpata. Conf. *Eph.* IV, 24. Quæ hoc VERS. ſequuntur, Πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς ἡμῶν, redduntur Gothicè 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌽𐍃 𐌳𐌰𐌲𐌰𐌽𐍃 𐌽𐌽𐍃𐌰𐌺𐌰𐌽𐍃. *Omnibus diebus noſtris*; ut Vulg. Latinus. Deſideratur τῆς ζωῆς quoque in aliquot Gr. codicibus, ac Verſionibus Orientalibus.

CAP. II.

VERS. 2. Ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.] Got. 𐌰𐍄𐍅𐌹𐍃𐌰𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽 𐌺𐌹𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽𐌰 𐍃𐍅𐌺𐌹𐌰𐍃 𐌺𐌰𐌻𐌹𐌽𐍇𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽 𐍃𐌰𐌽𐌺𐌹𐌼 𐌺𐍅𐌺𐌴𐌹𐌽𐌹𐌰𐌽. Quæ mihi videntur ſic ad verb. vertenda; *Exiſtente Præſide Syrias* (id eſt; *præſidente Syriæ*) *Cyrenio*. 𐍃𐌰 𐌺𐌹𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽𐍃 enim ſubſtituitur pro ὁ ἡγεμών· *Matth.* XXVII, 15. atque 𐌺𐌰𐌻𐌹𐌽𐍇𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽 pro ἡγεμονεύοντος· *Luc.* III, 1. 𐍃𐌰𐌽𐌺𐌹𐌼 verò *Syriæ* in caſ. Dat. denotare, haud obſcurè colligi poteſt ex *Mar.* VII, 26. ubi Συροφοίνισσα tranſcribitur 𐍃𐌰𐌽𐌺𐌰𐌹𐍦𐌽𐌹𐍃𐌺𐌰. Cenſeo itaque 𐌺𐌰𐌻𐌹𐌽𐍇𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽 𐍃𐌰𐌽𐌺𐌹𐌼 non aliâ de cauſâ fuiſſe inſerta, quàm ut interpretes forent præcedentium 𐌺𐌹𐌽𐌳𐌰𐌹𐌽𐌰 𐍃𐍅𐌺𐌹𐌰𐍃. Penſiculatiùs examinare maturanti non licet.

VERS. 4. Ἐκ πόλεως Ναζαρέθ] Deſunt in Gothico, in aliis Interpp. non ita: niſi quòd Syrus habet מן נצרת *Ex Nazareth*, omiſſo πόλεως. Quæ ſequuntur hoc *commate*, Ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς, transferuntur Gothicè 𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌺𐌳𐌰 𐍆𐌰𐌳𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃 q. legiſſet Interp. Ἐξ οἴκου πατριᾶς. Pro אלה משפחות *Iſtæ familiæ*, legimus Gr. Οὗτοι οἱ οἶκοι πατριῶν, *Hæ domus familiarum*; *Exod.* VI, 19. & Κατ' οἴκους πατριῶν multoties occurrit, *Num.* capp. I, IV, &c.

VERS.

Vers. 14. Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.] Got. ïN MANNAM ΓΧΔIS ϒIΛ-ϚINS. (Anglo-Sax. Mannum ȝobeȝ pillan) *In hominibus bonæ voluntatis*. ut Vulg. Latinus. Aliquot codd. Mss. dicuntur habere εὐδοκίας· sed εὐδοκία est lectio longè receptior, quam Orientales impressæ Versiones imitantur; & Coptica quoque nondum evulgata, cujus verba sunt ⲟⲩⲙⲉⲉⲩⲧ ϩⲉⲛ ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ· q. d. Εὐδοκία ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Lectio illa rarior Angelicam doxologiam facit bimembrem: hæc autem in tria distribuit membra; quod ἀφθαλμοφανῶς discernere est ex distinctionibus expressis in cod. illo Ægyptiaco.

Vers. 21. Τῷ περιτεμεῖν τὸ παιδίον,] Got. ΔN BIMLITAN ïNA. *Ad circumcidendum eum*. Codd. non pauci habent αὐτόν. Sensus interea manet invariatus. Majoris momenti est quod legimus infrà vers. 34. Καὶ εὐλόγησεν αὐτόν] Got. ϚΛh ΨINΨIΔΛ ïNΛ. *Et benedixit ei*; nempe Christo. Haud scio an Interp. Got. aliquem habeat hac in re suffragantem, præter unum Gr. codicem, in quo reperitur αὐτὸν· siquidem per αὐτὸς intelligi solent Christus & Maria, vel (ut aliis placet) Joseph, Maria & Christus. Nostro ob oculos fuisse puto clausulam proximè sequentem, Καὶ ἦτο πατὴρ αὐτοῦ Μαρίαμ τῷ μητρὶ αὐτοῦ.

Vers. 29. Δέσποτα,] Got. ÞKΛNϚINXNΔ ÞΛN. q. d. Δέσποτα Κύριε, *Here* seu *dominator Domine*. ÞKΛNϚINXNΔ. opinor, idem ferè valet quod ÞKΛNϚΛ. Δεσπότης, *Dominus*, *herus*. Namque pro Εἰπὲ τῷ οἰκοδεσπότῃ, habet Interp. noster ЦIΨΛITS ΨΛMMΛ hϵIΨΛÞKΛNϚIN. *Mar.* xiv, 14. Cui addendum ΓΛÞKΛNϚINXNΔ ïM. pro Καλέσουσιν αὐτῶν· *Mar.* x, 42. Nisi transcurrens fallor, hoc interest inter Gothica ÞΛN & ÞKΛNϚΛ. prout etiam inter Anglo-Saxonica Dnihten & hlaford. quòd hoc hominibus; illud utplurimùm Deo attribuatur. (utplurimùm dico; nam ÞΛN applicatur Philippo Discipulo, *Joh.* xii, 21. & hlaford ipsi Domino Christo, *Joh.* xiii, 14.) Exemplo res manifestior erit. *Luc.* xix, 33. lego Gr. Εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ· Lat. *Dixerunt domini ejus*; Got. UÞΨNN ΨΛI ÞKΛNϚΛNS ΨIS. Anglo-Sax. Þa cwædon hyr hlafordar. quæ locutio est de asini *dominis*. At *versu* 34. proximè seq. Græcè legitur Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· Lat. *Dominus eo opus habet*; Got. ÞΛNIN ΨΛNKÞTS ΨIS ïST. Anglo-Sax. Dnihten hæfð hyr neode. quod de *Domino* Christo intelligendum est. Ubi lector, me tacente, notabit, illos à Gothis Anglo-Saxonibúsque distingui vocabulis variantibus, qui Græcè & Latinè unâ gaudeant, vix aut nè vix quidem distinctâ, voce. Ita *Joh.* xiii, 13. Christus Discipulorum suorum *Dominus* (Gr. Κύριος) vocatur ÞΛN. at statim *versu* 16. cujusvis servi *dominus* (Gr. κύριος) appellatur ÞKΛNϚΛ: Ideoque nè cui incauto videretur ÞKΛNϚINXNΔ aut etiam Δεσπότης hic loci competere homini, visum est Interpreti nostro adjicere ÞΛN quod Deo ferè

ferè peculiare eſt: ſicut etiam infrà *verſ.* 37. pro λατρεύουσα poſuit ΒΛΧΤΑΝΔΕΙ ⊢ΛΝ. *Colens Dominum*. Similis loquendi modus eſt, *Act.* IV, 24. Δέσποτα, σὺ ὁ Θεός —· nec non Judæ *verſ.* 4. Τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. Denique, Gothorum ⊢ΛΝ. & Polonorum Bohemorúmq; Pan/ ſignificatu ac ſono tantùm non conveniunt: illud autem in cod. Argenteo paſſim cernitur abbreviatè ſcriptum ⊢Λ & Gen. ⊢ΙΝS. ut, ΥΙΓ ⊢ΙΝS (in impreſſ. ⊢ΛΝΙΝS) *Viam Domini*; *Mar.* I, 3. Sed Dat. & Accuſ. ⊢ΙΝ (in impreſſ. ⊢ΛΝΙΝ) *Domino*, & *Dominum*; *Mar.* XII, 36 & 37. Quæ non ideo arcanis abbreviaturis involuta exiſtimo, ut ſolummodò diſtinguantur à ⊢ΛΝΙΝS. *Panni*, &, ſiqua ſunt, ſimilibus: ſed priſcis veneratione profundiori motis ſic viſum eſt ſacroſanctum Dei nomen peculiari quodem myſterio depingere. De nominis τετραγραμμάτου יהוה ſcriptione ac pronunciatione priſcâ, novâ, Biblicâ, Rabbinicâ, profuſè alii. Non eſt dubium quin Got. Interp. in hoc ſcripturæ compendio imitatus ſit vetuſtiorum Græcorum abbreviationes, quarum veſtigia etiamnum cernuntur in Pſalterio Græcè edito Venetiis, an. CIↃ CCCC LXXXVI. Exemplum eſto initium Pſalmi CX. (vel, ut Græci numerabant, CIX.) ΕΙΠΕΝ Ὁ ΚC ΤΩ̃ ΚΩ ΜΟΥ, *Dixit Dominus Domino meo*; quod noſter ſic vertit, ΘΙΨΙΨ ⊢Λ ΑΝ ⊢ΙΝ ΜΕΙΝΛΜΜΛ. *Mar.* XII, 36. Coptus verò ΠΕϪΕ ΠΟC ⲘΠϪΟC ⳨ pari ſcil. abbreviandi artificio. Simile obſervari poteſt in Pſalmis Armenicè ac Moſcoviticè converſis: ſed hujus deſcribendi negotium peritioribus delegamus; dum nos, quæ ſuperſunt, horulas in Gothicis locamus.

VERS. 38. Τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν] Got. ΨΛΙΜ ΝSΒΕΙΑΛΝΑΛΜ ΛΛΨΧΝ. *Expectantibus conſolationem*. Videtur Interp. legiſſe παράκλησιν. Nam Symeon, qui inſignis erat pietatis quoque cultor, dicebatur ΓΝΑΛ-⊢ΛΝΚΗΤS. ΒΕΙΑΛΝΑS ΛΛΨΧΝΛΙS ΪSΚΛΕΛΙS. Gr. Εὐλαβὴς, (vel, ut noſter forſan cum quibuſdam codicib. legebat, εὐσεβὴς) προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ· ſuprà *verſ.* 25. ut hìc Anna Prophetiſſa, precationibus indefeſſè dedita, dicitur de Chriſto loqui *omnibus qui* ΛΛΨΧΝ *expectabant in Hieroſolymis*. Si verò lectum eſſet Gr. λύτρωσιν, ut *Luc.* I, 68. credibile eſt, quòd in Gothicis etiam legeretur ΝSΛΛΝSΕΙΝ. *Redemptionem*. ΛΛΨΧΝ propriè eſt καλέσαι, *Invitare*, *vocare*; *Luc.* V, 32. & quoniam παράκλησις dictio compoſita ſit ex Præpoſitione & κλῆσις, ideo transfertur ea quoque per ΛΛΨΧΝ. Pari prorſus ratione quâ Gelaþunge Anglo-Sax. ſit *Eccleſia* (*Pſal.* XXXIV, 21. ſecundùm Lat.) atque deducatur à Gelaðian. *Invitare*; *Luc.* XIV, 12. Affinitatem

tatem autem inter Græca Παράκλησις & Ἐκκλησία, intérq; Got. ⲗⲁⲯⲩⲛ & Anglo-Sax. Gelaðian quis non videt? Cl. *Junii* verba sunt de voce ⲗⲁⲯⲩⲛ. Blathot (Theotiscum nempe vocabulum pro gehlathot / *Vocatus*) *valdè videtur affine Græco* κληθείς. Sic ille in Glossario suo Gothico. Addo: Idem etiam de Anglo-Sax. Gelaðoð affirmari potest. Cui enim audienti Gelaþoðe ex *Joh.* II, 2. non statim subit Gr. Ἐκλήθη, quod ibidem occurrit? Quicunque Versionem Gothicam, vel per transennam, inspexerit, plures voces Græcas literis, ac aliquoties terminationibus, Gothicis vestitas sparsim inveniet: quales sunt, ⲁⲅⲅⲓⲗⲏⲥ. ⲁⲡⲁⲛⲥⲧⲁⲛⲗⲏⲥ. ⲡⲁⲕⲁⲕⲗⲉⲧⲏⲥ. ⲡⲕⲁⲛⲉⲧⲉⲥ. ⲁⲕⲩⲙⲁⲧⲁ. &c. pro Ἄγγελος, Ἀπόστολος, Παράκλητος, Προφήτης, Ἀρώματα. Sic, Θυμιάματος est ⲯⲩⲙⲓⲁⲙⲓⲛⲥ. *Luc.* I, 10. Εὐαγγέλιον, ⲁⲓⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲅⲩ. in *Marci* & *Lucæ* Euangeliorum inscriptionibus; Σπυρίδων, ⲥⲡⲩⲕⲉⲓⲁⲛⲥ. *Mar.* VIII, 20. Στεῖρα, ⲥⲧⲁⲓⲕⲩ. *Luc.* I, 7. Δραχμὴν, ⲁⲕⲁⲕⲙⲓⲛ. *Luc.* XV, 8. Συναγωγὴν, ⲥⲩⲛⲁⲅⲩⲅⲉⲛ. *Mar.* I, 21. (unde Ἀποσυνάγωγος est ⲛⲧⲁⲛⲁⲥⲩⲛⲁⲅⲩⲅⲁⲓⲥ. *Joh.* IX, 22.) & pauca his similia. Nec multùm absonant ⲓⲛ ⲁⲓⲩⲓⲛⲥ pro εἰς τοὺς αἰῶνας· *Luc.* I, 33. & *Matth.* VI, 13. ⲡⲗⲁⲡⲅⲩ pro πλατειῶν· *Matth.* VI, 5. ⲁⲉⲑⲁⲡⲛⲩⲁⲉⲁⲛⲛ pro ἐπνίγοντο· *Mar.* V, 13. & quæ sunt ejusmodi. Ut nihil dicam de ⲉⲗⲛⲏⲩⲛⲥ. *Vulpes*; *Matth.* VIII, 20. quod planè respondet illi, apud Hesychium, Φῦαι, ἀλώπεκες· sicut & eidem Grammatico Χάναι est ἀνοῖξαι στόμα, ut Anglis to Pawn / & Germanis Gehnen est *Oscitare*. Sed hæc penè infinita sunt. Dum vestigia quædam Græcæ linguæ retego in Gothicâ matre, filiabúsq; Francicâ & Anglo-Saxonicâ; in mentem venit quod de sermone Getarum (qui & Gothi dicebantur) tradidit Poëta apud Getas tunc olim exulans:

In paucis extant Græcæ vestigia linguæ:
Hæc quoque jam Getico barbara facta sono.

Ovid. Trist. lib. v. Eleg. 7.

CAP. III.

VERS. 13. Πράσσετε.] Got. ⲗⲁⲛⲥⲅⲁⲓⲯ. *Exigite* vel *repetite:* nam pro Ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει, habet Interp. Got. ⲁⲉ ⲯⲁⲙⲙⲁ ⲛⲓⲙⲁⲛⲁⲓⲛ ⲯⲉⲓⲛ. ⲛⲓ ⲗⲁⲛⲥⲉⲓ. *Luc.* VI, 30. Ex ejus igitur sententiâ, Πράσσειν hoc loco tantundem valet ac Ἀπαιτεῖν· cui astipulatur expositio Hesychii, Πράκτορες, ἀπαιτηταί· & illud *Isa.* III, 12. Λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμοῦνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύουσιν ὑμῶν. Non itaque hoc à me notatur, tanquam à Textu Græco discrepans: sed ut indicarem πράσσετε isthoc *exigendi* significatione sumi in cod. Argenteo, quod alii incautè per *Facite* transtulerunt. Siquidem *Nihil ampliùs*

 quàm

quàm quod constitutum est vobis, exigite, à Johanne Baptistâ mandatum erat Publicanis, de quibus mentionem faciens Augustinus (de civitate Dei lib. II. cap. 19.) appellat, *quos Baptista Joannes alloquitur*, *EXACTORES*. In quem locum sic Lud. Vives: *Luc.* III. *sic vulgò legitur: Venerunt autem & Publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? at ille dixit ad eos: Nihil amplius quam quod constitutum est vobis, facite. Pro Facite, est Græcè* πράσσετε, *quod primus annotavit Erasmus vertendum, Exigite. Hinc Augustinus rectè Exactores nominat, qui dicuntur* τελῶναι. Hæc ille. Publicanorum exactiones manifestissimè notæ. *Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæq;, & quæ alia EXACTIONIBUS illicitis nomina Publicani invenerant*. Taciti verba sunt, Annal. lib. XIII.

VERS. 14. Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε·] Got. ΝΙΜΑΝΝΑΝΗΠΝ ΗΧΛΧΨ. ΝΙΜΑΝΝΑΝΗΠΝ ΑΝΑΜΑΗΤϹΑΙΨ. id est, nisi fallor, *Neminem calumniamini* sive *defraudate, neminem opprimite* seu *violenter spoliate*. Acsi Interp. legisset μηδένα pro μηδὲ, atque duo Verba Græca transposita. Nam Ἐι τινός τι ἐσυκοφάντησα redditur ϹΑΒΑΙ ΘΙΣ ΘΑ ΑΕΗΧΛΧΑΑ. *Luc.* XIX, 8. ΑΝΑΜΑΗΤϹΑΝΑΑΝΣ autem dicuntur βιασταὶ illi qui ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· *Matth.* XI, 12. Statim, hoc ipso VERSU, sequitur Ἀρκεῖσθε, quod Gothicè redditur ΥΑΛΑΑΙΨ. haud scio quo sensu: est enim ΥΑΛΑΑΝ propriè *Dominium exercere*. Quæratur itaque, num Versionis Gothicæ auctor pro ἀρκεῖσθε legerit ἄρχετε. Conjectura est subitanea, quam admittere aut rejicere eâdem facilitate potest lector perspicacior. Certè Καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν exponitur ΨΑΤΠΗ ΓΑΝΑΗ ΠΝΣΙΣ. *Joh.* XIV, 8.

VERS. 16. Τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ·] Got. ΣΚΑΠΑΑΚΑΙΠ ΣΚΧΗΙΣ ΪΣ. *Corrigiam calceamenti ejus*. Secutus est Interpres, opinor, lectionem quam exhibet codex Bezæ vetustissimus, scil. τοῦ ὑποδήματος· Linguæ etenim Gothicæ analogia postulat ut in Gen. pl. dicatur ΣΚΧΗΕ. quod legitur *Mar.* I, 7. ubi ΣΚΑΠΑΑΚΑΙΠ ΣΚΧΗΕ ΪΣ ponuntur pro Græcis modò allegatis. Interea non diffitendum Ὑποδήματα transferri quoque Gothicè ΓΑΣΚΧΗ. Anglo-Saxonicè Leycy (& in Glossâ Aldredi interlineari, Leycoe. *Matth.* III, 11.) Islandicè Skoo / Danicè Sko / *Luc.* XV, 22. Belgis etiam Gheschoeyte est *Calceamentum*. Quæ omnia mihi videntur esse formæ Singularis, & significatûs Pluralis: ut Collectiva Belgica, Ghebeente / *Ossa, compages ossium*; Gheboomte / *Arbores, arboretum*; Ghesternte / *Sidus, asterismus*; &c. Sic נעלך Sing. transfertur Τὰ ὑποδήματα ὑμῶν, Pluraliter; *Deut.* XXIX, 5.

VERS. 19. Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ] Got. ΒΚΧΨΚΣ ΪΣ. nullâ *Philippi* factâ mentione: quæ lectio assentientes habet Gr. codd. non paucos. Orientales, quos vidi omnes, præter Persarum alterum, agnoscunt nomen *Philippi*: Vulg.

Lat.

Lat. omittit. Sed loco parall. *Matth.* XIV, 3. in plerisque legitur: & quamvìs desideretur in vulg. Lat. Versione, in aliquibus tamen antiquis exemplaribus fuisse lectum docet Versio nostra Anglo-Saxonica è Lat. transfusa. Discordias hasce inoptatas componit lectio universim recepta, quæ extat in Textu compari *Mar.* VI, 17. ubi & Got. habet ᚨᛁᛚᛁᚢᚢᚨᚢᛊ ᛒᚱᛟᚹᚱ ᛊᛖᛁᚾᛁᛊ pro Φιλίππȣ τȣ̃ ἀδελφȣ̃ αὐτȣ̃.

VERS. 23. Ἀρχόμενος,] Got. ᚢᚨᛚᚨᚱᚢᚾᚹᚨᛁ. Video ᚢᚨᚱᚢᚾᚹᚨ positum pro Ἔγνω ac ἐπιγνȣ́ς· *Mar.* V, 29, 30. sed quomodo id hìc locum habere possit, ego non video. Subdubitabam pro ᚢᚨᛚᚨᚱᚢᚾᚹᚨᛁ legendum esse ᚢᚨᛚᚨᛚᚢᚾᚹᚨᛁ. aut simile quid: quasi nimirum ᚢᚨᛚᛁᚾᚾᚨᚾ forsan idem significaret quod ᚨᚢᛚᛁᚾᚾᚨᚾ. Ἄρχεσθαι· unde Ἤρξαντο παρακαλεῖν sunt Gothicè ᚨᚢᛚᚢᚾᚾᚢᚢ ᛒᛁᚨᛋᚨᚾ. *Mar.* V, 17. Sin autem conjecturæ huic luculenter repugnet ipsius cod. Argentei scriptura, commodior aliunde petenda est solutio.

VERS. 28. Τȣ̃ Ἑλμωδάμ,] Got. ᛊᚢᚾᚨᚢᛊ ᚨᛁᚱᛗᛟᚨᚨᛗᛁᛊ. quasi legeretur *Ermodam*, nisi σφάλμα sit librarii. Sic VERS. 33. pro Τȣ̃ Ἐσρὼμ (vel, ut alii, Ἐσρὼν) habet Got. ᛊᚢᚾᚨᚢᛊ ᚨᛁᛉᛟᚱᛁᛊ. acsi legisset *Ezor* sive *Esor*. Item VERS. 36. pro Τȣ̃ Νῶε, occurrit ᛊᚢᚾᚨᚢᛊ ᚾᚨᚢᛖᚨᛁᛊ: Sed hujusmodi diversitates in Genealogiâ, facillimè observabit lector, qui vel primoribus labris attigerit Gothorum literaturam. Quòd autem series Genealogica conspiciendam se præbet columnis dispositam, id non fiebat solùm ad ornandas paginas propter lacunam in Anglo-Saxonicis vacantes; sed ut ipsius cod. Argentei digestio bicolumnata quodammodo adumbraretur in exemplaribus impressis: quatenus nempe id ferebant versuum distinctiones, hiatúsq; paginarum commodè supplendi. Recensionem prosapiæ Domini nostri simili fermè structurâ ordinatam videmus quoque in Euangeliis Copticis & Islandicis. Judicium esto penes alios, num ex hac nomina disponendi ratione, remedii aliquid inveniri possit ad conciliandas quasdam vexatissimas in Genealogicis diversitates. Si hujus esse loci existimaretur, ut penitiùs inquireremus in isthoc perelegans scribarum artificium, recurrendum esset ad Samaritanorum monumenta manuscripta. Mosis quoque Cantica, *Exod.* XV. & *Deut.* XXXII. solent hoc modo describi in Bibliis Hebraicis impressis; in nonnullis etiam MSS, Stationes filiorum Israëlis, *Num.* XXXIII. Plura exempla suppeditantur ex *Judic.* V. *Jos.* XII. *Eccles.* III. & *Esth.* IX. Ut nihil dicam de Judæorum Liturgicis: qualia sunt libb. his titulis insigniti, תפלות· סליחות· מחזור· & similia nonnulla, quæ (manu præsertim exarata) hujuscemodi scripturæ speciminibus non indigent. Sed hæc obiter.

HActenus, lector, mihi utcunque festino permissum fuit, non modò notare Versionis hujus Gothicæ loca aliquot à Textu Græco discrepantia; verùm etiam aliquoties reddere, aut saltem rimari, diversitatis illius insperatæ rationem. Interdum quidem licuit expatiari; atque diffusiori explicandi illustrandiq; genere Spartam, quam nactus eram, exornare: interdum pauca strictim ac cursim attingere coactus fui, propter angustias, quibus premebar, temporis. Securus enim à Typothetæ acceleratione, doctorum scripta consului, stylúmq; laxavi: illo verò festinationem incitatiorem meditante, Gothica tantùm summatim ac tumultuariò exposui. Hujus præcipitantiæ vestigia spectantur capite Marci quarto, *à* vers. 15. *ad finem; nec non* Marci cap. x. *alibíq; non semel. Atque hinc crebræ justissimæq; de horulis labentibus querelæ. Nunc autem planè deprehensus prælo metam anhelanter appetente, decrevi quæ hujus Euangelistæ sunt observatu digniora, currente calamo leviter notare. Quod te, lector curiose, monendum duxi, ut innotescat cur cætera jejuna sint futura, ac spe tuâ omnino inferiora, nullis doctorum suffragiis ornanda, tenuibus vix spargenda Annotatiunculis.*

CAP. IV.

VERS. 8. Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ·] Desunt in Got. & in MSS. aliquot Græcis.

IBID. Λατρεύσεις.] Got. ⊧ΠΛΛΛ⊧ΛΗϹΛΙS. ad verb. *Satisfacies*. Nam Τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι est ΨΙΖΛΙ ΜΛΝΛΓΕΙΝ ⊧ΠΛΛΛ⊧ΛΗϹΛΝ. *Mar.* xv, 15. Si deducatur à ⊧ΛΓΙΝΩΝ. *Gaudere*, significétq; *Exhilarare, lætificare*, &c. conferatur illud *Jud.* xi, 13. quo Vinum dicitur *Deum lætificare*, quia *ex eo libant coram Domino*, secundùm Chald. Paraphrasin. Λατρεύειν aliàs redditur per SKΛΛKINΩN & ΒΛΩΤΛΝ: de quibus consule Cl. *Junii* Glossarium Gothicum.

VERS. 16. Ἀναγνῶναι.] Got. SIΓΓΥΛΝ ΒΩKΩS. *Legere libros* vel *Scripturas*. Βιβλίον est ΒΩKΩS in Plurali; *vers.* 17. seq. & Γράμμα vertitur ΒΩKΩS. *Luc.* xvi, 6, 7. Αἱ Γραφαὶ quoque per idem vocabulum transfertur; *Mar.* xiv, 49. Aliàs Ἡ Γραφὴ est ΓΛΜΕΛΕΙΝS. *Joh.* vii, 38. & ΨΛΤΛ ΓΛΜΕΛΙΔΩ. *Joh.* x, 35. atque Ἡ Γραφὴ ac αἱ Γραφαὶ exponuntur per ΜΕΛΛ. *Luc.* iv, 21. & *Mar.* xii, 24. Hæc deducuntur à ΜΕΛϹΛΝ. *Scribere*. Ab illo ΒΩKΩS verò οἱ Γραμματεῖς dicuntur Gothicè ΒΩKΛKϹΩS. Anglo-Saxonicè Bocepar. q. d. *Librarii. Matth.* vii, 29. at *Matth.* II, 4. *Scribæ* appellantur Pritepar. q. d. *Scriptores*. Denique Ἀποστάσιον & Βιβλίον ἀποστασίου, quæ in codice Argenteo vertuntur per Λ⊧STΛSSΛIS ΒΩKΩS & ΒΩKΩS Λ⊧SΛTΕΙΝΛIS. *Matth.* v, 31. & *Mar.* x, 4. Interpreti Anglo-Saxonico sunt utrobique Hip-ȝedaler bóc:. Atque hæc jam semel dicta sunto de ΒΩKΩS.

VERS.

VERS. 18. Ἐν ἀφέσει.] Got. ÏN ΓΛΨΚΛΕSΤΕΙΝ. *In consolatione*. Siquidem ΕΙ ΓΛΨΚΛΕSΤΙΑΕΑΕΙΝΑ substituitur pro Ἵνα παραμυθήσωνται. *Joh.* XI, 19. Anglo-Sax. þaꝛ hiꝫ þolðon ꝼꝼeꝼꝼian:. Præcipuè conferatur illud *Luc.* VI, 24. Ἀπέχετε τὴν παράκλησιν, ΗΛΒΛΙΑ ΓΛΨΚΛΕST:

CAP. V.

VERS. 5. Χαλάσω & δίκτυον.] Got. ΥΛΙΚΠΛΜ ΝΛΤΩΛ. *Projiciemus*, vel *laxabimus retia*. Sic quidam Interpp. Orientales. De Græco Χαλᾷν pauca dicuntur à me ad *Mar.* II, 4.

VERS. 8. Λέγων·] Got. ΥΙΨΛΝΑS. ΒΙΑΩΛ ΨΗΚ. *Dicens*, *Obsecro te*. Legebat noster, cum codice Bezæ vetustissimo, Παρακαλῶ. Sic

VERS. 20. Pro Gr. Εἶπεν αὐτῷ] habet Got. ΥΛΨ ΑΝ ΨΛΜΜΛ ΗSΛΙΨΙΝ. *Dixit paralytico*: codex jam laudatus, Λέγει τῷ παραλυτικῷ.

VERS. 26. Παράδοξα] Got. ΥΗΛΨΛΓΛ. *Gloriosa*: nam ΥΗΛΨΗS est *Gloria*, δόξα. Pro Ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ lego etiam ÏN ΥΛSΤΩΧΜ ΥΗΛΨΛΝΛΙΜ. *Luc.* VII, 25. Παράδοξον igitur ab Interprete Got. capitur pro ἔνδοξον, potiùs quàm pro ἀπροσδόκητον & θαυμαστὸν, quibus tamen respondet apud Hesychium & Suidam.

CAP. VI.

VERS. 10. Εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.] Got. ΥΛΨ ΑΝ ÏΜΜΛ. ΗΕΚΛΚΕΙ ΨΧ ΗΛΝΑΝ ΨΕΙΝΛ. ΨΛΚΗΗ ÏS ΗΕΚΛΚΙΑΛ. ΩΛΗ ΓΛSΤΧΨ SΧ ΗΛΝΑΗS ÏS SΥΛ SΥΕ SΧ ΛΝΨΛΚΛ. *Dixit illi*, *Extende manum tuam*. *Ille autem*, vel *igitur*, *extendebat*: *& restituta est manus ejus sicut altera*. Non desunt codd. Græci, qui pro τῷ ἀνθρώπῳ habent αὐτῷ, próq; Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω habent Καὶ ἐξέτεινε· quibus etiam ὑγιὴς deest. Καὶ ἐξέτεινε dixit Matthæus, *cap.* XII, 13. & Marcus, *cap.* III, 5. locis scil. parallelis. Versiones quoque vetustiores aliquot agnoscunt idem in hoc *Lucæ* loco, quæ ὑγιὴς tamen non agnoscunt.

VERS. 17. Ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος.] Got. ΛΕ ΛΛΛΛΜΜΛ ÏΗΑΛΙΛS ΩΛΗ ÏΛΙΚΗSΛΛΕΜ ΩΛΗ ΨΙΖΕ ΕΛΗΚΜΛΚΕΙΝ ΤΥΚΕ ΩΛΗ SΕΙΑΧΝΕ ΩΛΗ ΛΝΨΛΚΛΙΖΧ ΒΛΗΚΓΕ. *Ab omni Judæâ & Jerusalem & maritimis*, vel *maritimâ*, *Tyro & Sidone*, *ac aliis urbibus*. In codice Bezæ vetustissimo pro Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος dicitur reponi Καὶ ἄλλων πόλεων. Quare hæc, quæ ab

ΛΛΛΜΜΛ gubernantur, ſint Caſûs Genitivi, oſtendimus ad *Mar.* XV, 21. Quarè verò ΤΥΚΕ & SEIΔΧΝΕ ſint formæ Pluralis, ut videtur, non ſatìs conſtat mihi primùm advertenti. Simile occurrit, *Mar.* VII, 24. Lego etiam ΠΕΛΚ ΜΛΚΕΙΝ ΨΧ ΓΛΛΕΙΛΛΙΕ ϾΛΗ ΤΙΒΕΚΙΛΔΕ. pro Πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος. *Joh.* VI, 1. Puto ΓΛΝΚΜΛΚΕΙΝ potiùs ſcribendum diviſim ΓΛΝΚ ΜΛΚΕΙΝ. q. d. *Secus mare:* nam Παρὰ τὴν θάλασσαν transfertur ΓΛΝΚ ΜΛΚΕΙΝ. *Mar.* I, 16. & ΓΛΝΚΛ ΜΛΚΕΙΝ. *Mar.* V, 21. Hoc notare ſuaſit Syntaxis vocum ΨΙΖΕ ΓΛΝΚ ΜΛΚΕΙΝ ΤΥΚΕ. q. d. Τῆς παρὰ τὴν θάλασσαν Τύρε.

VERS. 20. Ἡ βασιλεία τ῞ Θεῦ.] Got. ΨΙΝΔΛΝΓΛΚΔΙ ΗΙΜΙΝΕ. *Regnum cælorum.* Sic loco parall. *Matth.* V, 3. Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Aliàs apud Rabbinicos Talmudicóſq; ſcriptores, שָׁמַיִם paſſim uſurpatur pro *Deo excelſiſſimo* ſive *cæleſti.* Quin & *Dan.* IV, 23. שלטין שמיא Chaldaicè, idem valet quod *Dominantur cæli*, id eſt *Deus*, ſive אלה שמיא *Deus cælorum*; *Dan.* II, 18. Nemo ignorat illud *Lucæ* XV, 18, 21. *Pater, peccavi in cælum, & coram te.*

VERS. 25. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν· ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.] Got. ΥΛΙ ΪΖΥΙS ϾΝS ΗΛΛΗϾΛΝΔΛΝS ΝΝ. ΝΝΤΕ ΓΛΝΝΧΝ ϾΛΗ ΓΚΕΤΛΝ ΔΠΓΙΝΝΙΔ. ad verb. *Væ vobis, vos ridentes nunc: quia lugere & flere incipietis.* Nequeo probare Gothorum Antiſtitem in exemplari ſuo Græco legiſſe ἄρξεσθε cui reſpondet ΔΠΓΙΝΝΙΔ. liquidò tamen manifeſtum eſt, hunc Euangeliſtam non ſemel uſum fuiſſe locutione iſthac in depingendo miſerrimam reproborum conditionem, qualem hìc ob oculos habemus. Sic *cap.* XIII, 25. *Incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium:* & mox *verſ.* 26. *Tunc incipietis dicere* &c. ſicq; *cap.* XXIII, 30. *Tunc incipient dicere montibus, Cadite in nos.* Obſervent Grammaticalibus attenti Verba ſecundæ Perſonæ Plur. (ut ΔΠΓΙΝΝΙΔ) hoc *cap.* VI. ſæpiſſimè terminari in Δ. quæ alibi plerumque exeunt in Ψ. Confer *verſſ.* 23, 24, 31, 32, 33, & ſeqq. ΝΝ hìc exponit νῦν, ſed *verſſ.* 20. & 24. atque priori hujus 25. *Verſiculi* parte, ΝΝ adjectum ab Interp. Got. cernimus: forſan explicativè inſeritur.

VERS. 40. Καταρτισμένος δὲ πᾶς] Got. ΪΨ ΓΛΝSΤΛΝϾΛΝΕ ΜΛΝ-ΥΙΔS ΟΛΚϾΙΖΝΗ. *Unuſquiſque autem perfectè paratus.* Voces duas mediàs aliquantò illuſtrat illud *Luc.* XIV, 28. Ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει εἰς ἀπαρτισμόν; Got. ΚΛΗΝΕΙΨ ΜΛΝΥΙ ΨΧ ΗΛΒΛΙΝ ΔΝ ΝSΤΙΝΗΛΝ. ſiquidem ab his ΜΛΝΥΙ & ΝSΤΙΝΗΛΝ profluunt illa ΜΛΝΥΙΔS & ΓΛΝSΤΛΝϾΛΝΕ. ut vero ſimillimum eſt,

VERS. 44. Τρυγῶσι.] Got. ΤΚΝΔΛΝΔΛ. *Calcant.* Eſt enim ΤΚΝ-ΔΛΝ.

ⲁⲗⲛ. πατεῖν· *Luc.* x, 19. Interpres Got. hoc videtur intellexisse de *calcatione* uvarum in torculari, quod rectiùs pro *vindemiatione* accipitur. Sic enim inter se congruunt hujus *commatis* membra: *Colligunt ficus*, & *vindemiant uvam*.

CAP. VII.

VERS. 2. Ἔντιμος.] Got. ⲤⲨⲈⲔⲤ. *Honoratus*, *honorabilis*. Sic enim vertendum censeo: non solùm quòd ⲤⲨⲈⲔⲀⲚ passim significet *Honorare*; sed maximè quia Ἄτιμος, *Inhonoratus* exponitur ⲚⲚⲤⲨⲈⲔⲤ. *Mar.* vi, 4. Porrò, *Marci* Ἄτιμος est *Johanni* Τιμὴν οὐκ ἔχων (*cap.* iv, 44.) *Lucæ* Οὐ δεκτὸς (*cap.* iv, 24.) i. e. *Nullo in honore habitus*, *vilis*, *abjectus*. Interp. noster in mente habebat Τιμὴ quatenus *honorem* denotat, non quatenus *pretium*: nam Τιμὴ, *Pretium*, est Gothicè ⲀⲚⲀⲨⲀⲒⲔⲪⲒ & ⲀⲚⲀⲀⲨⲀⲒⲔⲪⲒ. *Matth.* xxvii, 6, 9. Sed utraque significatio satìs commodè potest conciliari.

VERS. 25. — Τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσί.] Got. — ⲈⲬⲀⲈⲒⲚⲀⲒ ⲨⲒⲤⲀⲚⲀⲀⲚⲤ. ⲒⲚ ⲪⲒⲚⲀⲀⲚⲄⲀⲔⲀⲄⲀ ⲤⲒⲚⲀ. Fieri potest ut hæc nihil quicquam à Græcis dissentiant: notare tamen volui, duplici adductus ratione. Primò, quia ⲈⲬⲀⲈⲒⲚⲀⲒ ponitur pro Τροφὴ· ut, Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; ⲚⲒⲚ ⲤⲀⲒⲨⲀⲖⲀ ⲘⲀⲒⲤ ⲒⲤⲦ ⲈⲬⲀⲈⲒⲚⲀⲒ. *Matth.* vi, 25. Quæratur itaque, an noster pro Τρυφὴ, hallucinando non legerit Τροφή. Secundò, quòd ⲪⲒⲚⲀⲀⲚⲄⲀⲔⲀⲒ passim substituatur pro Βασιλεία· verùm, an illud quoque Βασίλειον propriè significet; aut an Interp. pro βασιλείοις legerit βασιλείαις, ulteriori eget disquisitione. Quicquid sit: quum ⲪⲒⲚⲀⲀⲚⲬⲚ sit *Regnare*, & ⲪⲒⲚⲀⲀⲚⲤ, *Rex*; ⲄⲀⲔⲀⲤ etiam quum *Domus* sit: quid obstat, quò minùs ⲪⲒⲚⲀⲀⲚⲄⲀⲔⲀⲒ denotare possit Βασίλειον seu *Domum regalem*; vel etiam *Domum regni*, quo nomine appellatur Palatium regium; *Amos* vii, 13? Confer quoque 2 *Sam.* xii, 8. Τρυφὴ & Βασίλειον hoc tantùm loco occurrunt in historiâ Euangelicâ.

VERS. 26. Ναὶ] Got. ⲄⲀⲎ. *Et*: acsi legisset Καὶ. Vel ⲄⲀⲎ scribitur pro ⲄⲀ seu ⲄⲀⲒ. quibus verti solet affirmativum Gr. Ναί. vide *Matth.* v, 37. & *Joh.* xi, 27.

VERS. 44. Καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε.] Got. ⲄⲀⲎ ⲤⲔⲚⲈⲦⲀ ⲤⲈⲒⲚⲀⲘⲘⲀ ⲂⲒⲤⲨⲀⲔⲂ. *Et capillis suis extersit*: omisso τῆς κεφαλῆς. Nec id quoque agnoscunt codd. duo vetustiores, Bezæ nempe antiquissimus, & Alexandrinus; nec aliquot Versiones Orientales. Vulg. Latinus habet tantùm, *Et capillis suis tersit*. Sed *versu* 38. præcedenti, jam citati legunt Καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς —. Noster, ob lacunam in cod. Argenteo, cogitur ibi silere.

CAP.

CAP. VIII.

VERS. 6. Ἰκμάδα.] Got. ᏌᏁᏕᏍᏍᏁᏐᏁ. *Calorem*. Sic videtur transferri debere propter illud *Mar.* XIV, 54. Θερμαινόμενος πρὸς φῶς. Got. ᎩᏁᏕᏍ-ᏋᏁᏁᏁᏕ ᏕᏁᏕ ᏁᏕ ᏁᏁᏂᏁᏁᏁ. Restat tamen scrupulus, quòd initialis litera Nominis illius sit Ꮜ. at Verbi hujus Ꭹ. quæ in Gothicis non solent confundi. Adde: nec convenit Contextui, ut Semen, quod in terram petrosam ceciderit, dicatur aruisse *quia non habebat calorem*; quum potiùs propter *calorem* aruerit: sic enim Matthæus; Ἡλίου ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη· *cap.* XIII, 6. & *Mar.* IV, 6. Siquis in copiosiorem materiem Gothicam inciderit, hoc ᏌᏁᏕᏍᏍᏁ-ᏐᏁ forsan reperiet, *Humorem*, aut quid simile, significans.

VERS. 17. Ἐις φανερὸν ἔλθῃ.] Got. ᏏᏁ ᏕᎩᏋᏕᏂᏁᏐᏁᏍᏍᏁ ᏌᏁᏍᏁ. Putabam pro ᏕᎩᏋᏕᏂᏁᏐᏁᏍᏍᏁ legendum ᏕᎩᏁᏕᏂᏁᏐᏁᏍᏍᏁ. nam hoc ipso *commate*, Φανερὸν exponitur ᏕᎩᏁᏕᏂᏁᏐ. & *Mar.* IV, 22. Ἐις φανερὸν ἔλθῃ transfertur ᏕᎩᏁᏕᏂᏁᏐ ᎩᏁᏁᏕᏐᏁ. *Manifestum fiat*. Hoc autem, & quodcunque aliàs à me criticè suggestum invenitur, perspicaciorum censuris libentissimè subjicio.

CAP. IX.

VERS. 1. — Τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ,] Got. ᏐᏁᏕ ᏔᎩᏁᏁᏁᏋ ᏁᏁᏁᏕ-ᏕᏔᏁᏁᏁᏕ. *Duodecim Apostolos*; omisso αὐτοῦ· Coptus habet *Apostolos*: sicq; legebat Arabs & vulg. Latinus; Syrus, *duodecim suos*, seu *dodecadem suam*; cod. Alexandrinus, δώδεκα tantùm. *Marci* VI, 7. legimus Τοὺς δώδεκα, sed proximè sequitur Καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν. *Matthæi* X, 1. occurrit Τοὺς δώδεκα μαθητὰς, at *versu* proximè sequenti, Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα.

VERS. 3. — Μήτε πήραν, μήτε ἄρτον,] Got. ᏕᏁᏁ ᏍᏁᏔᏁᏃᏁᏁᏁ. *Neque peram*; nullâ *panis* factâ mentione, utì nec loco parallelo *Matth.* X, 9, 10. ᏍᏁᏔᏁᏃᏁᏁᏁ tantundem valet ac *Saccus cibarius*, q. d. Knapsack / quod Anglis & Belgis est *Pera viatoria*, *in quam cibum diurnum recondit viator*, inquit Kilianus. Sic Πήρα apud Suidam exponitur ἡ θήκη τῶν ἄρτων. Hæc non adduco ad defectum excusandum: nam pro Μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, lego ᏕᏁᏂ ᏍᏁᏔᏁ-ᏃᏁᏁᏁ. ᏕᏁ ᏂᏁᏁᏁᏋ. *Mar.* VI, 8.

VERS. 12. Ἵνα — εὕρωσιν ἐπισιτισμόν·] Got. ᏋᏁ — ᏃᏁᏁᏋᏁᏁᏁᏁ ᏕᏁᏕ ᏍᏁ-ᏔᏁᏕ. *Ut — emant sibi cibos*: quasi legisset Ἵνα ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα, quod occurrit *Matth.* XIV, 15. sicq; propemodùm *Mar.* VI, 36. locis scil. parallelis. *Versu* 13. mox sequenti, Ἡμεῖς ἀγοράσωμεν βρώματα est ᎩᏋᏁᏕ ᏃᏁᏁᏋᏁᏁᏁᏁ ᏍᏁ-

ΜΑΤΙΝΣ. in Versione nostrâ Gothicâ.

VERS. 13. Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν] Got. ΝΙΣΤ ΗΙΝΑΛΚ ΗΝΣ. ΗΙΝΑΛΚ in cod. Argenteo plerumque significat *Trans*, *ultra*; interdúmq; *Post*, *à tergo*: ut, Ὀπίσω μου, ΗΙΝΑΛΚ ΜΙΚ. *Mar.* VIII, 33. Si hoc posteriori sensu hìc accipi debeat; fortè transferri potest, *Non reliquum est nobis*. Videat tamen lector, nunquid ΗΙΝΑΛΚ ΗΝΣ idem valeat quod Belgarum Onder ons/ *Inter nos*. q. d. *Non est apud nos*. Loco parall. *Matth.* XIV, 17. extant Οὐκ ἔχομεν ὧδε.

VERS. 20. Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.] Got. ΨΗ ΪΣ ΧΚΙΣΤΗΣ ΣΗΝΗΣ ΓΨΣ. *Tu es Christus filius Dei*. Cod. Bezæ vetustissimus, pro τοῦ Θεοῦ habet υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Versio Arabica Romanæ ac Erpenianæ editionis planè conformis est nostræ Gothicæ. Coptita exhibet, *Tu* es *Christus Deus*: sicq; alii nonnulli. *Marci* VIII, 29. Textu consimili habetur Σὺ εἶ ὁ Χριστός· *Matthæi* verò XVI, 16. Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

VERS. 25. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον,] Got. ΘΧ ΑΛΛΙΣ ΨΑΗΚΕΤΕ ΓΑΤΑΗΣΙΨ ΣΙΣ ΜΑΝΝΑ ΓΑΓΕΙΓΑΝΑΣ ΨΧ ΜΑΝΑΣΕΑ ΑΛΛΑ. quæ sic de verbo ad verbum existimo vertenda: *Quid enim frugaliter*, *utiliter*, vel *utilitatis faciet sibi homo*, *lucrifaciens mundum universum*—? Fortassis enim ΨΑΗΚΕΤΕ affinitatem aliquam habet cum Anglicis Thrift/ *Frugalitas*; Thriftily/ *Frugaliter*: ut parallelum ΒΧΤΕΙΨ. Ὠφειλήσει· *Mar.* VIII, 36. idem significet quod Anglorum Booteth. ΨΑΗΚΕΤΑ aliàs est substitutum pro Χρείαν ἔσχε· *Mar.* II, 25. & ΨΑΗΚΕΤΣ ΪΣΤ. pro Χρείαν ἔχει· *Luc.* XIX, 34. Nescio an Interp. noster dicere voluerit ΜΑΝΝΑ. ΜΑΝΑΣΕΑ. & ΑΛΛΙΣ. ΑΛΛΑ paronomasticè: quippe qui loco illo parall. *Mar.* VIII, 36. pro ΑΛΛΙΣ. Γὰρ, posuerit ΑΗΚ. atque pro ΜΑΝΑΣΕΑ. Κόσμον, substituerit ΕΑΙΚΘΗ:

VERS. 34. Ἐν τῷ ἐκείνους εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.] Got. ΪΝ ΨΑΜΜΕΙ ΣΑΙΝΑΙ ΥΕΜΗΝ. ΣΑΗ ΑΤ ΪΜ ΪΝ ΜΙΛΗΜΙΝ ΑΤΓΑΓΓΑΝΑΗΝ. Nihil conferet ad hujus loci expositionem, si dixero non abesse mendi suspicionem. Quantum assequor conjecturâ, sic potest transferri: *Dum illi veniunt*, *& eis* (vel *ad eos*) *in nubem accedentibus*. Vulgatæ Versionis Latinæ sunt, *Intrantibus illis in nubem*.

VERS. 43. — Ὃις ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ] Got. — ΨΧΕΙ ΓΑΤΑΥΙΑΑ ΪΑΙΣΗΣ. ΥΑΨ ΠΑΙΤΚΗΣ. ΕΑΝ. ΑΗ ΘΕ ΥΕΙΣ ΝΙ ΜΑΗΤΕΑΗΝ ΗΣΑΚΕΙΒΑΝ ΨΑΜΜΑ: ΪΨ ΪΑΙΣΗΣ ΥΑΨ. ΨΑΤΑ ΚΗΝΝΙ ΝΙ ΗΣΓΑΓΓΙΨ ΝΙΒΑΙ ΪΝ ΒΙΑΧΜ ΣΑΗ ΪΝ ΕΑΣΤΗΒΝΣΑ: ΥΑΨ ΨΑΝ ΑΗ ΣΙΠΧΝΣΑΜ ΣΕΙΝΑΙΜ. id est, — *Quæ faciebat Jesus*, *dixit Petrus*; *Domine*, *quare nos non potuimus ejicere illud* Dæmonium? *Jesus autem dixit*, *Hoc genus non egreditur nisi orationibus & jeju-*

nio (ad verb. *per orationes ac per jejunium.*) *Dixit autem*, vel *igitur*, *discipulis suis.* Assumentum isthoc desumitur ex *Matth.* XVII, 19, 21. & *Mar.* IX, 28, 29. Vide quæ diximus de Tatiani harmoniâ Euangelicâ, ad *Matth.* XXVII, 58.

CAP. X.

VERS. 11. — Ἐκ τ̃ς πόλεως ὑμῶν,] Got. — ns ψIZλI ʙλnkr ïzγλ-kλI λnλ ƒxtnns nnsλkλns. — *Ex urbe*, vel *ex hac urbe*, *vestrâ*, *ad pedes nostros*. Aliquammulti codd. MSS. Gr. addunt Εἰς τὰς πόδας, & εἰς τὰς πόδας ἡμῶν· háſq; lectiones Interpp. Orientales ferè ſequuntur.

VERS. 14. Ἐν τ̃ῇ κρίσει] Got. ïn dλrλ stλnxs. *In die judicii*; Saxonica Verſio habet On þam dæge. *In illo die*. Syrus planè conſentit noſtro; & locus parall. *Matth.* XI, 22. nihil variat: illic enim extat, Ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως: Got. conformiter, ïn dλrλ stλnxs:

CAP. XIV.

VERS. 18. Ἀπὸ μιᾶς] Got. snns. *Statim*, *continuò*, *ilico:* idem eſt etiam Anglo-Saxonicum Sona. & Anglicum Soon. Interp. noſter haud dubiè putavit ſupplendum ὥρας· non autem φωνῆς, βαλῆς, καρδίας, ψυχῆς, aut quid ſimile, quæ viris aliquot doctis placuerunt. Habet tamen ille, quantum ego feſtinabundus video, paucos Interpretes ſibi faventes. Cæterùm vir eruditionis haud vulgaris, Nic. Fullerus noſter, hanc interpretationem multis aſtruit, in ipſo Miſcellaneorum ſuorum aditu. Locus apprimè dignus eſt qui conſulatur.

VERS. 21. — Χωλὰς κ̃ὶ τυφλάς] Got. — ʙλInd λns gλh hλλtλns. — *Cæcos & claudos*; ut vulg. Latinus. Sic Interpp. aliqui Orientales. Ordo tantùm immutatur; quod aliàs contigiſſe vidi, quódq; aliquoties præterii intactum: ut, Ἰωνάνλω κ̃ὶ Ἰάκωβον] Got. ïλkxʙn gλh ïxhλnnen. ut vulg. Lat. *Luc.* IX, 28. ac poſtea, *Luc.* XVII, 29. Πῦρ κ̃ὶ θεῖον] Got. sγIʙλλ gλh ƒnnin. *Sulphur & ignem*. nec non *Luc.* XX, 19. Οἱ ἀρχιερεῖς κ̃ὶ οἱ γραμματεῖς] Got. ψλI ʙxkλkgxs gλh λnhnmistλns rndgλns. *Scribæ* & *ſummi ſacerdotes*. &c.

VERS. 34. Ἐὰν δ̃ὲ μὴ ἄλας μωρανθ̃ῇ,] Got. ïψ gλʙλI sλλt ʙλnd γλIkψIψ. ad verbum, *Si autem ſal ſit*, vel *fiat*, *ſurdum*. De vocis ʙλnd ſignificatu, certiores reddimur legendo *Matth.* XI, 5. ʙλndλI rλhλnsgλnd. *Surdi audiunt*. Si extrema Gothici ʙλnd tranſponas elementa, habes Germanicum Daub / quo *Surdus* itidem denotatur. Locus iſte ſic transfertur

fertur in Bibl. Islandicis: Enn ef Salltid dofnar / & Islandis Daufur est *Surdus*. *Nux vitiosa*, pari metaphorâ, dicitur Anglicè Deaf nut / Belgicè Dooue not / q. d. *Surda*. Nec ratione multùm absimili, Anglo-Saxonum Deaꝼ eaꝼ. & Anglorum Deaf ear / reddi possunt indifferenter *Auris surda*, & *Spica vacua*.

CAP. XV.

VERS. 23. Ἐυφρανθῶμεν·] Got. ΥΙSΛΜ ΥΛΙΛΛ. ad verb. *Simus benè*: sic *Versu* proximè seq. Ἐυφραίνεσθαι exponitur ΥΛΙΛΛ ΥΙSΛΝ. Conf. *Vers.* 32. hujus tmematis, ac *Versum* 19. capitis XVI. statim subsequentis. ΥΛΙΛΛ Gothicum nusquam non respondet Græco εὖ, quocum illud φράινω compositum cernitur. Scoticum Proverbium est, He is worth no weil that may bide no wae: q. d. *Dulcia non meruit, qui non gustavit amara*. *Benè* Lat. etiam suum usum habet inter Genio indulgentes. Similes loquendi formulas in aliarum gentium commessationibus usitatas, haud operæ pretium erit notare. Huc spectat quod sequitur

VERS. 29. Ἵνα — ἐυφρανθῶ.] Got. ΕΙ ΒΙΥΕSGΛΗ. *Ut epularer*. Anglo-Sax. Dæt ic gepiꝛtꝼullude:. *Versu* enim 32. Gepiꝛtꝼullian. ac *Versu* 24. Gepiꝛtlæcan. vel piꝛtleacen in cod. Hattoniano, sunt *Epulari*: quæ videntur consonare Gothico ΒΙΥΕSGΛΗ: Codex Bezæ vetustissimus, hoc in loco, habet Ἀριστήσω pro Ἐυφρανθῶ.

VERS. 31. Μετ' ἐμοῦ εἶ,] Got. ΜΙΨ ΜΙS ΥΛST GΛΗ ΪS. *Mecum fuisti & es*. ΥΛST & ΥΛΚST habentur, *Mar.* XIV, 67. & *Joh.* IX, 34.

CAP. XVII.

VERS. 4. Ἐπιστρέψῃ ἐπί σε,] Got. ΓΛΥΛΝΑGΛΙ SIK. ad verb. *Convertat se*; excidente ἐπί σε, ut etiam in codd. aliquot Gr. manuscriptis. De reciprocatione in ΓΛΥΛΝΑGΛΙ SIK diximus ad *Luc.* 1, 29.

VERS. 15. Ὅτι ἰάθη,] Got. ΨΛΜΜΕΙ ΗΚΛΙΝS ΥΛΚΨ. *Quòd mundus erat*. Apud vulg. Latinum legitur *Quia mundatus est*. Existimo tam hunc quàm illum Interpretem ob oculos habuisse Ὅτι ἐκαθαρίσθη, quod occurrit in sæpiùs laudato Bezæ codice pervetusto: quámq; lectionem secutos fuisse puto Interpretes Orientales. *Versu* 14. præcedente, ac 17. subsequente lego ΓΛΗΚΛΙΝΙΑΛΙ ΥΛΗΚΨΗΝ. pro Gr. ἐκαθαρίσθησαν. Utriusque lectionis idem est sensus, saltem hoc in loco.

VERS. 33. Ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν,] Got. SΛ ΕΙ ꝼΚΛΥΙSΤΕΙΨ ΪZΛΙ ΪΝ ΜΕΙΝΛ. *Quicunque perdiderit eam propter me*. Ἕνεκεν ἐμοῦ adjicitur etiam

ab Interprete Æthiopico. Consulenda sunt loca harmonica, *Matth.* x, 39. & *Mar.* VIII, 35. quorum posteriori, pro Græcis Ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, habentur Gothica ÏΨ SA EI ƑKAUISTEIΨ SAIYALAI SEINAI ÏN MEINA:

CAP. XVIII.

VERS. 14. Κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος] Got. ATÏAAGA SA ΓAKAIhTQZA ΓATAIhANS. quæ, nisi fallor, de verbo ad verbum traducta sonant, *Accessit hic justus declaratus*. Vide quid mihi, horam benigniorem nacto, licuit hac de re notare ad *Matth.* XI, 19.

VERS. 31. Τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου.] Got. ΠSTIΠhAAA AAA ΨATA ΓAMEAIAQ ΨAIKh ΠKAΠƑETΠNS BI SΠNΠ MANS. *Perficietur omne quod scriptum* est *per Prophetas de filio hominis*. ΨATA ΓAMEAIAQ ponitur pro Τὸ γεγραμμένον· *Luc.* XX, 17. Interp. Got. pro τῷ υἱῷ legebat, cum Interpretibus Orientalibus & vulg. Latino, περὶ τοῦ υἱοῦ. Huic lectioni favent aliquot Græci MSS. codices. Unde Theodoro Bezæ visum est hoc περὶ τοῦ υἱοῦ in locum illius τῷ υἱῷ sufficere in excuso suo exemplari. Annotatio ejus est; Περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. *Sic restitui ex fide vetustissimi mei codicis, & tum Syri, tum Latini veteris interpretis: cùm in Græcis aliis legatur* τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, Filio hominis, *id est, à filio hominis; quod per trajectionem construendum fuerit cum verbo* τελεσθήσεται. Sic ille.

CAP. XIX.

VERS. 24. — Τὴν μνᾶν.] Got. — ΨANA SKATT. — *Denarium*, vel *nummos*. Hoc non notarem, nisi legissem in *Verss.* 13. & 25. hujus tmematis, TAIhΠN AAIAQS pro Δέκα μνᾶς. SKATT plerumque accipitur pro Δηνάριον, in cod. Argenteo: ut, *Luc.* VII, 41. & XX, 24. Sed — μήτε ἀργύριον, — transfertur — NIh SKATTANS. — *Luc.* IX, 3. Belgis Schat est *Thesaurus, gaza*; Germanis superioribus Schatz idem significat.

VERS. 31. Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.] Got. ƑAN ΨIS ΓAIKNEIΨ. *Dominus eum desiderat*, sive *desiderio ejus tenetur*: nam ΓAIKNEIΨ ponitur pro ἐπιθυμήσετε· *Luc.* XVII, 22. Vulg. Latinus Interp. transtulit, *Dominus operam ejus desiderat*: at *Mar.* XI, 3. invenio apud eundem, *Domino necessarius est*; ubi Græca & Gothica sunt, Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει, ƑAN ΨIS ΓAIKNEIΨ. prorsus ut hoc *Lucæ* loco. Postea, *versu* 34. pro iisdem Græcis habetur Gothicè ƑANIN ΨAΠKƑTS ΨIS ÏST. *Domino necessitas hujus est*; vel, ut

ut vulg. Latinus, *Dominus eum necessarium habet*; i. e. *Indiget eo*. Legens ΨIS ΓΛIKNEIΨ. videor mihi Græcismi quoddam vestigium deprehendere: Græcorum enim Verba *appetendi*, &c. Genitivo gaudent. In Anglo-Saxonicis quoque memini quid simile observâsse. Quæ in proximo sunt, conjiciam in chartam. Pro Ἠτήσατο τὸ σῶμα habet Got. Interpres ΒΛΨ ΨIS ΛΕIKIS. *Matth.* XXVII, 58. similiter, pro *Quid petam?* posuit Interp. Anglo-Saxo, Hpæſ bıdde ıc. *Mar.* VI, 24. Nec multò aliter, ƒKEhnN ïNΛ ΨIZϘS ΓΛGnKϘN interpretantur Græca Ἠρώτησαν αὐτὸν τὴν παραβολή· *Mar.* IV, 10. Sic, in Verbis *sensûs*: Ὃν μὴ γεύσωνται θανάτου transfertur NI KΛnSGΛNΛ ΛΛnΨΛnS. *Mar.* IX, 1. *Gustavit vinum*, þæſ pıneſ onbyrgde. *Joh.* II, 9. *Si tetigero vestimentum ejus*, Gyf ıc hyſ ꝑeaƒeſ æthꝑıne. *Matth.* IX, 21. Quibus forsan adjungi possunt, ΒΛKNE NI ΒIΛEIΨΛI pro Τέκνα μὴ ἀφῇ· *Mar.* XII, 19. Ætſacað þæſ æꝑıſteſ pro *Negant esse resurrectionem*; *Luc.* XX, 27. & alia his similia. Quæ tamen constructio, in Anglo-Saxonicis præsertim, non est universim observata. Hæc limâ indigent accuratiori; nè forsan in minimis sint magni errores.

CAP. XX.

VERS. 6. Πεπεισμένος γάρ ἐστιν] Got. TKIΓΓYΛΒΛ ΓΛΛΛnΒGΛNΛ ΛnK ΛΛΛΛI. *Certò, firmiter*, vel *indubitatò, credunt enim omnes*. TKIΓΓYΛ idem valet quod Πιστός· *Luc.* XVI, 10. unde formatur Adverbium, more Gothico, TKIΓΓYΛΒΛ. Sic, ΛΒKΛΒΛ est *Valde*; ΓΛΒΛnKGΛΒΛ. *Jucundè*; KΛIhTΛΒΛ. *Rectè*; &c.

VERS. 9. Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς· καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς.] Got. MΛNNΛ nSSΛTIΛΛ YEINΛΓΛKΛ. GΛh ΛNΛƒΛΛh ïNΛ YΛnKSTYGΛM. GΛh ΛƒΛΛIΨ GEKΛ ΓΛNϘhΛ. *Homo plantavit vineam, & tradidit*, vel *commendavit, eam operariis, & discessit*, vel *peregrè fuit, annis pluribus*; ad verb. *sufficientibus*. Τὶς non agnoscitur in aliquot codicibus MSS. Græcis. YΛnKSTYGΛNS est Ἐργάται· *Matth.* IX, 37, 38. *Luc.* X, 2. deducitúrq; à YΛnKSTY. Ἔργον· *Mar.* XIV, 6. Aliàs Γεωργοὶ sunt Gothicè ΛnKTGΛNS. *Verss.* 10. & 14. hujus capitis. Veruntamen Γεωργὸς exponitur etiam YΛnKSTYGΛ. *Joh.* XV, 1. GEK propriè significat *annum*, sicq; usurpatur in omnibus linguis Gothicæ cognatis: suâ scilicet cuique Dialecto asservatâ. Videant Hispani, nunquid eorum *Héra* vel *Era*, quod *Ætatem* & *tempus* dicitur interdum significare, debeat originationem suam Gothico GEK. atque num forsan hinc quoque aliquid lucis affulserit indagantibus originem vexatissimi illius *Æra*, quatenus significat *Epocham*

Chronologicam. Doctorum determinationes de *Ærâ*, sive *Erâ*, *Hispanicâ* passim occurrunt. ΓΛΝϨΗ aliàs ponitur pro Πολλά· sic legimus ΝΛΠΗ ΓΛΝϨΗ ΣΚΛΛ ΜΙΨΛΝ. quæ respondent Græcis, Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν. *Joh.* XVI, 12.

VERS. 20. Ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι·] Got. ΨΛΝΣ ΠΣΛΝΙΓΕΙΝ ΤΛΙΚΝϹΛΝΔΛΝΣ ΣΙΚ ΓΛΚΛΙΗΤΛΝΣ ΥΙΣΛΝ. Planè suspicor mendum latere in ΠΣΛΝΙΓΕΙΝ. inq; locum ejus sufficiendum arbitror ΠΣ ΛΙΠΤΕΙΝ. q. d. ἐξ ὑποκρίσεως. Certè, *Mar.* XII, 15. ΛΙΠΤΕΙΝ ponitur pro ὑπόκρισιν. Et si intentiori oculo conferatur ΛΝΙΓΕΙΝ cum ΛΙΠΤΕΙΝ. emendationi huic vix repugnabunt literarum ductus. Transfero itaque: *Ex hypocrisi ostendentes*, vel *hypocriticè ostentantes* sive *simulantes*, *se justos esse*.

VERS. 23. Κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν,] Got. ΒΙΣΛΙΘΛΝΔΣ ΨΛΝ ΪΖΕ ΠΝΣΕΛΕΙΝ ΪΛΙΣΠΣ. *Jesus autem nequitiam eorum animadvertens*, vel *perpendens*. Interp. noster haud dubiè legebat, cum codice Bezæ vetusto, πονηρίαν pro πανουργίαν· siquidem *Mar.* VII, 22. pro πονηρία supposuit ille ΠΝΣΕΛΕΙΝΣ. ac pro Ὀφθαλμὸς πονηρὸς, ΛΠΓϨ ΠΝΣΕΛ. sic alibi passim. ΣΕΛ Gothis est *Bonus*, unde ΠΝΣΕΛ. *Non bonus*, i. e. *Malus*. Simile prorsus legimus, *Mar.* III, 4. ΨΙΠΨΤΛΠϹΛΝ ΛΙΨΨΛΠ ΠΝΨΙΠΨΤΛΠϹΛΝ. pro Ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι. unde colligo ΨΙΠΨ & ΠΝΨΙΠΨ denotare *Bonum & Malum*. Nec absimilia sunt Nomina quædam composita cum privativo isthoc *Un*, quorum frequens est mentio in cognatâ illâ veterum Anglo-Saxonum linguâ: quæ verò hodiernis Anglis penitus sunt obsoleta; quantumvis Simplicia sua etiamnum obtineant. Exemplum esto illud quod de Sole affirmatur in Tractatu quodam de *Æquinoctio Vernali*, quem amicissimè mecum communicavit Cl. *Junius*: ubi paragrapho XLVII. lego, Heo ðincð uſ ſpiðe unbꝼað. — þe maȝon þeah hþæðeꝼe tocnaþan be hẏꝼe leoman. þæt heo unlẏtel ẏſ. *Videtur ille nobis minutus*, vel *admodum parvus* sive *perexiguus*: — *at ex ejus luce deprehendere possumus*, *amplum esse illum*, sive *prægrandem*. Ubi Bꝼað vel **Broad** significare *Latus*, *amplus*; itémq; Lẏtel seu **Litle** denotare *Parvus*, *exiguus*, satìs nota sunt: sed Unbꝼað & Unlẏtel à nobis Anglis hodiè non agnoscuntur.

VERS. 27. Οἱ ἀντιλέγοντες] Got. ΨΛΙΕΙ ΜΙΨΛΝΔ. *Qui dicunt*. Codex Bezæ vetustissimus habet λέγοντες pro ἀντιλέγοντες; quam lectionem Interpp. aliquot imitantur. Matthæi Textus parallelus est Οἱ λέγοντες· *cap.* XXII, 23. Marci verò, Οἵτινες λέγουσιν· *cap.* XII, 18. ubi eadem ipsa quoque Gothica reperiuntur; nempe, ΨΛΙΕΙ ΜΙΨΛΝΔ:

AD

AD LECTOREM.

TElam hanc Observationum subitò exorsam, ac filo admodum inæquali rudíq; hactenus productam, hìc penitus præcidere, vel potiùs manu importunâ abrumpere decreveram. Nec dubitabam, quin Apologiæ præsidio me tueri facillimè possem, etiamsi Discrepantias omnes quas notaveram in Johannis *Euangelistæ Fragmentis* Gothicis, *silentio præterirem. Amici verò hoc ægrè ferebant. Nè itaque me justissimis eorum hortationibus immorigerum præbeam; atque tuâ, Lector, expectatione te hac in re prorsus defraudem: placuit ex Adversariis pauca saltem excerpere, quæ tyronibus impedimento, ac fortassis exercitatioribus fraudi esse possent. Multùm profectò interest præclari ἐξηγητοῦ, cujus ductu prudenti, lucubrationibus indefessis, & sumptibus fidem planè superantibus hoc opus molestissimum jam pene consummatum est; ut idem, prolatationibus nimiis jam antea suspensum, ad finem quàm maturissimè suum perducatur. Taceo præterea operarum querimonias de serâ coronide. Vir tamen ille summus, & ad literas severiores promovendas natus, aliorum commoda suis privatis rationibus anteponit. Illo enim adhortante, & meæ Annotatiunculæ, & ipsius impensæ simul augentur. Quæ verò ex* Johannis *Euangelio carptim notaturus, frustatímq; Typis mandaturus sum, tu, Lector candide, æqui boniq; consule. Hoc autem te monendum duxi: nè Notas hasce meas abortivas, & inæquabilitate pudendâ deformatas tu falsè rideas, festivè interrogando;*

——— Amphora cœpit
Institui: currente rotâ, cur Urceus exit?

Horat. de Arte Poëticâ.

OBSERVATIONES

IN S. JOHANNIS CAP. VI. VERS. II.

Ἰέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις.] Got. ΓΛΔΛΙΛΙΔΛ ΔΨΛΙΜ ΛΝΛΚΠΜΒϚΛΝΔΛΜ. *Distribuit discumbentibus*; ut vulg. Lat. Interpres. Legebant cum cod. Alexandrino, aliísq; nonnullis MSS. Græcis, Διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις· quam lectionem quoque imitati sunt Interpp. Syrus, Coptus, Arabs, alii. Nonnus paraphrastes habet tantùm, Καὶ πόρε δαιτυμόνεσσι·— Quæ enim inserta conspiciuntur in editione Nansianâ, ipsius Nansii interpolatoris sunt; quod & ipse lectorem monuit

in

in Notis suis. Jesus itaque hìc ipse dicitur id fecisse, quod ministerio discipulorum suorum fecisse tradunt alii Euangelistæ. Matthæi verba sunt, Ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις· *cap.* XIV, 19. nec absonant illa Marci, *cap.* VI, 41. Lucæ verò *capite* IX, 16. habet noster ΓΑΕ ΣΙΠΩΝ-ϹΑΜ ΑΝ ΕΑΝΚΛΑΓϹΑΝ ΨΙΖΑΙ ΜΑΝΑΓΕΙΝ. pro Ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ. Accommodatè huc refertur illud *Joh.* IV, 1, 2. ubi Jesus dicitur *discipulos facere & baptizare: quanquam Jesus ipse non baptizabat, sed discipuli ejus.*

VERS. 26. Σημεῖα,] Got. ΤΑΙΚΝΙΝΣ ϹΑΗ ΕΑΝΚΑΤΑΝϹΑ. *Signa & portenta*, vel *prodigia*. Bezæ cod. vetustissimus, post Σημεῖα in Gr. habet καὶ τέρατα· in Lat. quoque addit, *& prodigia*. Háncq; lectionem secutum fuisse nostrum Interpretem, clarè liquet ex *Mar.* XIII, 22. ubi pro Σημεῖα καὶ τέρατα supposuit itidem Versionis hujus Gothicæ auctor, ΤΑΙΚΝΙΝΣ ϹΑΗ ΕΑΝ-ΚΑΤΑΝϹΑ: Aldredus pervetustus Glossator Anglo-Saxonicus pro Τέρατα, sive *Portenta*, posuit Fortinu. Owenus verò seu Odoënus, Glossator etiam Anglo-Saxo, substituit Fortina. quæ oppidò consonant Gothico ΕΑΝΚΑΤΑΝ-ϹΑ: Nec multùm à Gothicis absona sunt vocabula illa duo, quibus, in Psalterio Anglo-Saxonicè interlineato, exponuntur *Signa & prodigia* (Gr. Σημεῖα καὶ τέρατα) nempe, Tacna ⁊ Fortacna. *Psal.* (secundùm Lat.) CXXXIV, 9. Conferantur illa hujus Euangelistæ, quæ occurrunt *cap.* IV, 48. Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε. Σημεῖα & Τέρατα frequenter concurrunt tam in veteri quàm novo Testamento. Videant Etymologi nunquid ΕΑΝΚΑΤΑΝϹΑ deductum sit à ΕΑΝΚΑΓΑΤΙΝΗΑΝ. *Prædicere, prænunciare* (nam προείρηκα redditur ΕΑΝΚΑΓΑΤΑΙΗ. *Mar.* XIII, 23.) an verò cum ΕΑΝΚΗΤΑΝ. *Formidare, pavere*, aliquam habeat affinitatem.

CAP. VII.

VERS. 5. Ἐπίστευον εἰς αὐτόν.] Got. ΓΑΛΑΝΒΙΑΕΑΝΝ ΪΜΜΑ. *Credebant ei*. Versionem similem notavi in hujus capitis *verss.* 31. & 48. sic *Joh.* VIII, 30. & XI, 45. & XII, 11, 37. &c. quam tamen haud æquo animo, primâ lectione, ferebam. Potuisset nempe Interp. dixisse ΓΑΛΑΝΒΙΑΕΑΝΝ ΑΝ ΪΜΜΑ. quod & non rarò fecit. Confer hujus tmematis *vers.* 39. nec non *Joh.* IX, 35. & X, 42. & XI, 25, 26. & XII, 42, 46. & XVI, 9. &c. Illi verò prorsus idem significare videntur Πιστεύειν αὐτῷ, ac Πιστεύειν εἰς αὐτόν· namque pro Πιστεύετέ μοι posuit ΓΑΛΑΝΒΕΙΨ ΜΙΣ. *Joh.* XIV, 11. & mox *vers.* 12. pro Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, non aliud quàm ΣΑΕΙ ΓΑΛΑΝΒΕΙΨ ΜΙΣ: Siquis autem existimet hujus Traductionis perantiquæ auctorem, in quibusdam modò cita-

citatis, de CHRISTO minùs honorificè locutum fuisse; ac forsan quoque minùs dignè, quàm oportuit, sensisse (quod & ego primùm cœperam suspicari;) attentiùs expendat duo hujus Euangelistæ loca sequentia, Gothicè reddita: nimirum, *Joh.* XII, 44. & XIV, 1. Illic enim legimus Græcè, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με· Gothicè quoque conformiter, **SLEI GLALANBEIΨ AN MIS. NI GLALANBEIΨ AN MIS. LK AN ΨLMMA SLNDGLNDIN MIK:** Hìc verò habet Contextus Græcus, Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε· nec aliter Versio Gothica, **GLALANBEIΨ AN GΨL. GLH AN MIS GLALANBEIΨ:** Utrobique ipsius Christi sunt verba de Deo Patre. Hujus non est loci penitiùs disquirere de locutionibus, Πιστεύειν τινι, ἔν τινι, ἐπί τινι, εἴς τινα, τῷ ὀνόματί τινος, εἰς τὸ ὄνομά τινος, &c. quæ usurpantur in N. Fœdere.

Vers. 15. Ἐθαύμασαν οἱ Ἰουδαῖοι,] Got. **SILALAIKIDEDUN MANAGEINS.** *Mirabantur turbæ.* Legebat Interp. noster (ísq; solus ex iis quos mihi licuit consulere) ὄχλοι pro Ἰουδαῖοι· nam Ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι transfertur **SILALAIKIDEDUN MANAGEINS.** *Matth.* IX, 33. De *Turbâ* quoque seu *Populo*, crebra fit mentio in hoc Johannis *capite*; nempe, *vers.* 12, 20, 31, 40, &c.

Vers. 39. Ἦν Πνεῦμα ἅγιον,] Got. **ΨAS AHMA SA UEIHA ANA ÏM.** *Erat Spiritus sanctus*, vel *ille sanctus*, *super eos*. Codex etiam Bezæ vetustissimus post ἅγιον addit, in Græcis, ἐπ' αὐτούς· in Latinis, *in eos*. Simile quid observari potest in illo quod statim sequitur: nam

Vers. 40. Ἀκούσαντες τὸν λόγον,] est Got. **HANSGANDANS ΨIZE ΨANKDE.** *Audientes sermones*, vel *hos sermones*. Ubi cod. modò laudatus, pro τὸν λόγον, habet αὐτῶν τοὺς λόγους τούτους· codd. alii, τοὺς λόγους τούτους. Vulg. Lat. Interpres transtulit, *Cùm audissent hos sermones ejus*. Versionis Gothicæ auctorem secutum fuisse hanc posteriorem lectionem Græcam, suadet analogia Gothismi. Est enim illud **ΨANKDE** Numeri Pluralis, non Singularis: e. g. Pro Ἐπὶ τῷ λόγῳ est **ÏN ΨIS ΨANKDIS.** *Mar.* X, 22. at pro Ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν habetur **ÏN ΨANKDE ÏS.** *Mar.* X, 24. Pari ratione, Διὰ τὸν λόγον· *Joh.* XV, 3. & Διὰ τοῦτον τὸν λόγον· *Mar.* VII, 29. tranferuntur **ÏN ΨIS ΨANKDIS.** Verùm Διὰ τοὺς λόγους τούτους vertitur **ÏN ΨIZE ΨANKDE.** *Joh.* X, 19. **HANSGANDANS** porrò hìc construitur cum **ΨANKDE** in Casu Genitivo: quod annumerari potest Græcismum redolentibus, quæ notavimus ad *Luc.* XIX, 31. Eâdem lege dicitur **EI GLÞLIÞLHEINA ÏS ΨANKDE.** pro Ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου· *Luc.* XX, 20. & **ÞKLIHNA GLH ÏK ÏZVIS AINIS ΨANKDIS.** pro Ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· *Mar.* XI, 29. & *Luc.* XX, 3. nec non **GMNNEIΨ ΨIS ΨANKDIS.** pro Μνημονεύετε τοῦ λόγου· *Joh.* XV, 20.

Denique, monuimus ad illud *Luc.* XIX. Syntaxin hanc non esse constantem: legimus enim, in isthac quoque locutione, ΗΛΝSϘΛΝΔS ΥΛΝΚΔΛ ΜΕΙΝΛ. pro Ἀκούων μου τῶν λόγων· *Luc.* VI, 47. ac ΗΛΝSϘΛΝ ΥΛΝΚΔ ΜΕΙΝS. pro Ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν· *Joh.* VIII, 43. Similia vide *Luc.* V, 1. *Mar.* IV, 16. *Joh.* XIX, 8. &c. Ubi ΗΛΝSϘΛΝ. Ἀκούειν, regit Accusativum. Ipsum quoque Ἀκούειν communiter Genitivo, sed Atticè Accusativo gaudere nôrunt pueri in scholis. Ex modò eventilatis judicium fieri potest de vocibus consimilibus in literaturâ priscâ Gothorum; quantùm nempe attinet earum structuram Grammaticam.

CAP. VIII.

VERS. 12. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων,] Got. ΛƑTRΛ ΔN ÏM ÏΛISNS ϘΔΔIΔΛ. ϖΛΦΠΗ. *Iterum eis Jesus locutus est, dixit*, vel *dixitq*; : ubi οὖν rationale & connexivum desideratur. Cùm hìc cernerem lectionem Argentei codicis lacunosam, præcisè post historiam mulieris adulteræ, emergentem: sedulò avidéq; scisitabar ex Cl. *Junio*, an historia illa, quam prisci recentésq; scrupulis graviter implicârunt, unquam in monumento venerando extitisset; necne. Ille verò, quantum recolere potest, extitisse illam affirmat; atque temporis injuriâ, cum aliis multis, periisse. Quod etiam è Textûs abruptione post ϘΛH illud in capitis VII. præcedentis *versu* 53. non prorsus improbabile videbitur attento lectionum variantium observatori. Sicui ipsum codicem consulere obtigerit, hanc rem facillimè disceptabit. Me sanè multùm juvaret pernoscere ex integriori aliquo exemplari, quatenus hanc narrationem, à multis impetitam, agnoverit Versio Gothorum primæva; atque etiam quomodo se habeat in reddendo spinoso illo (*Joh.* XIX, 14.) Ὡρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη, quod in cod. nostro expirante tantùm non extat. Magnoperè enim ac meritò sibi gratulantur viri docti, de clausurâ Orationis Dominicæ hìc plenissimè conversâ; nempe, ΠΝΤΕ ΨΕΙΝΛ ÏST ΨΙΝΔΛΝϘΛΚΔΙ. (vel ΨΙΝΔΛΝΓΛΚΔΙ, ut habetur in apographis quæ extant apud Janum Gruterum, & Bonaventuram Vulcanium) ϘΛH ΜΛHTS. ϘΛH ϒΝΛΦΝS. ÏN ΛIϒINS. ΛΜΕΝ: *Nam tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula. Amen.* Hujus tamen nec volam nec vestigium reperio in Translatione aliquoties citatâ Copticâ (quod etiam de Ægyptiaco quodam codice notabatur in margine Manuscripti Arabici citati à Pet. Kirstenio, in Notis ad *Matth.* VI, 13.) utì nec in Versione Arabicâ, quæ habetur in Bibl. polyglottis Londinensibus; nec in illâ quæ priùs Romæ prodiit. Sed editio Erpeniana, & cod. meus MS. agnoscunt hanc Doxologiam. Sic, legendo ΨΛIKH ÏΛIKΛIMIΛN. *Per Jeremiam, Matth.*

Matth. XXVII, 9. &, post *Salam*, ⲤⲚⲚⲀⲚⲤ ⲔⲀⲈⲒⲚⲀⲚⲒⲤ. *Filii Cainanis*; *Luc.* III, 36. non dubitamus asserere, hìc *Cainanis* δευτέρȣ (ut vocatur) nomen; illic *Jeremiæ* Prophetæ, lectum fuisse in pervetustis codicibus Græcis: licèt illorum utrumvis à viris quibusdam doctis ægerrimè admittatur. Noscat lector non incuriosus hanc adulteræ historiam haberi in codice jam laudato Coptico; sed cum variatione aliquâ à nostris Græcis, quam distinctiùs prosequi non est hujus loci. In eodem quoque codice lego *hora VI.* in illo *Joh.* XIX, 14. itémq; *Jeremiam*, in illo *Matth.* XXVII, 9. & *Cainan* in modò allegato *Luc.* III, 36.

VERS. 54. Ὃν ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι.] Got. ⲪⲀⲚⲈⲒ ϨⲚⲤ ⲰⲒⲪⲒⲪ ⲪⲀⲦⲈⲒ ⲄⲪ ⲚⲚⲤⲀⲔ ⲒⲤⲦ. *Quem vos dicitis, quòd Deus noster est.* Legebat Interp. Gothicus ἡμῶν pro ὑμῶν, cum codice Alexandrino. Hanc quoque lectionem imitandam sibi proposuerunt Interpp. Syrus, Arabs, Coptus, aliíq;. Quamvis mutetur lectio, sensus tamen manet immutatus. Huic assimile est quod legitur in nostris exemplaribus impressis, Ὃς γὰρ οὐκ ἐστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι· at in cod. Argenteo, ⲚⲚⲦⲈ ⲤⲀⲈⲒ ⲚⲒⲤⲦ ⲨⲒⲪⲔⲀ ⲒⲌⲨⲒⲤ. ⲈⲀⲚⲔ ⲒⲌⲨⲒⲤ ⲒⲤⲦ. *Qui enim non est adversùm vos, pro vobis est*; *Mar.* IX, 40. & *Luc.* IX, 50. Pleræque Versiones antiquæ cum nostrâ concordant, atque etiam codd. MSS. Gr. non pauci. Vide Theod. Bezæ Annot. ad *Mar.* IX, 40.

CAP. IX.

VERS. 7. Ὕπαγε, νίψαι] Got. ⲄⲀⲄⲄ ⲪⲨⲀⲎⲀⲚ. *Ito lavatum.* Acsi νίψαι Infinitivum esset potiùs quàm Imperativum: nam pro νίψαι in Imperandi Modo legitur ⲪⲨⲀⲎ. *Lava*; *Matth.* VI, 17. *Versu* 11. hujus tmematis etiam occurrunt ⲄⲀⲄⲄ ⲀⲈⲪⲨⲀⲎⲀⲚ ⲒⲚ ⲪⲀⲦⲀ ⲤⲨⲚⲘⲈⲤⲀ ⲤⲒⲀϨⲀⲘⲒⲤ. i. e. ad verbum, *Ito ablutum*, vel *abluturus*, *in natatorio illo Siloamis*; pro Græcis Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τȣ̃ Σιλωὰμ, καὶ νίψαι. Plures hac in re scrupulos injicere, esset nodum quærere in scirpo. In hujusmodi enim locutionibus, parum refert, utrùm Verbum posterius Imperativè, an verò Infinitivè transferatur in Gothico sermone. Exemplum esto, Ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, quod *Matth.* VIII, 4. redditur, ⲄⲀⲄⲄ. ⲪⲚⲔⲤⲒⲀⲂⲀⲚ ⲀⲦⲀⲚⲄⲈⲒ ⲄⲚⲀϨⲒⲚ. *I*, vel *abi*, *teipsum ostende sacerdoti*: sed *Mar.* I, 44. idem ipsum vertitur, ⲄⲀⲄⲄ ⲪⲚⲔⲤⲒⲀⲂⲀⲚ ⲀⲦⲀⲚⲄϨⲀⲚ ⲄⲚⲀϨⲒⲚ. *I*, vel *abi*, *teipsum ostensum*, sive *ostensurus*, *sacerdoti*.

VERS. 8. Ὅτι τυφλὸς ἦν,] Got. ⲪⲀⲦⲈⲒ ⲒⲤ ⲂⲒⲀⲀⲄⲨⲀ ⲨⲀⲤ. hoc est, nisi fallor, *Quòd ille mendicus esset*. Sic interpretor, inductus his rationibus. Cod. Alexandrinus & alii MSS. Græci non pauci habent προσαίτης pro τυφλός.

vulg. Latinus Interp. vertit, *Quia mendicus erat:* nec multò aliter Syrus, Arabs, aliíq;. Porrò, ΒΙΑΛΓΥΛ videtur ortum à ΒΙΑϹΛΝ. quod denotat *Orare, mendicare:* namque pro Ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι posuit Interp. noster ΒΙΑϹΛΝ ΣΚΛΜΛ ΜΙΚ. *Mendicare me pudet*; *Luc.* XVI, 3. Huic etiam ΒΙΑΛΓΥΛ quodammodo affinia sunt, Anglicum **Begger**/ Belgicum **Bedeler** vel **Bedelaer**/ Germanicum **Betteler** vel **Bettler** (unde Gallicum *Belitre* profluxisse nonnullis visum est) itémq; Italicum *Pitocco* vel *Pittocchio*; quibus significatur *Mendicus qui victum ostiatim quærit*, vel *oberrando stipem rogat efflagitátq*;. Τυφλὸς denique Gothis est ΒΛΙΝΑΣ vel ΒΛΙΝΑΛ. quod ex hoc Johannis *capite* liquet: vide *verss.* 1, 2, 6, &c. Homullus autem iste, quem à cæcitatis nocte liberavit Dominus, & cæcus erat natus, & emendicato sustentatus victu: sequitur enim statim hoc ipso *vers.* 8. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προσαιτῶν; Got. ΝΙΠ ΣΛ ΪΣΤ ΣΛΕΙ ΣΛΤ ΛΙΗΤΚΧΝΑΣ. *Nunquid hic est qui sedebat mendicans?* Duplex itaque infælicitas duplicem conciliavit lectionem, Τυφλὸς & Προσαίτης. Talis erat ille, de quo dicitur, Ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν· *Mar.* X, 46. & *Luc.* XVIII, 35.

VERS. 17. Λέγουσι τῷ τυφλῷ] Got. ΜΕΨΠΝΠΗ ΑΠ ΨΛΜΜΛ ΕΛΠΚΨΙΣ ΒΛΙΝΑΙΝ. *Dicunt modò cæco*, vel *ei qui priùs fuerat cæcus*; q. d. τῷ πρότερον (ὄντι) τυφλῷ. Confer *vers.* 8. præcedentem. ΕΛΠΚΨΙΣ (cui Belgicum voor dese proximè accedit & sono & significatu) hìc adjicitur explicativè. Nonnus dixit Ἀρτιφαής, *Recèns illuminatus, videndi facultate modò*, vel *jam nunc, præditus*.

CAP. X.

VERS. 4. Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ,] Got. ϹΛΗ ΨΛΝ ΨΧ ΣΥΕΣΧΝΛ ΠΣΤΙΠΗΙΨ. *Et cùm proprias* (supple *oves*) *eduxerit*. Supplementum necessariò petendum est ex *versu* præcedenti, ubi lego ΨΧ ΣΥΕΣΧΝΛ ΛΛΜΒΛ, pro τὰ ἴδια πρόβατα. Lego etiam ibidem ΠΣΤΙΠΗΙΨ pro Græco ἐξάγει· unde colligo Interpretem Gothicum existimâsse ἐκβάλλειν hoc in loco tantundem valere atque ἐξάγειν, quia tam hoc quàm illud exponit ΠΣΤΙΠΗΛΝ:

VERS. 14. Γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν·] Got. ΚΠΝΝΧΝ ΜΙΚ ΨΧ ΜΕΙΝΛ. Vulg. Lat. *Cognoscunt me meæ*, i. e. *oves:* sícq; Orientalium unus aut alter. Nisi legissem, inter lectiones Græcorum codicum variantes, Γινώσκουσί με τὰ ἐμὰ, quod codd. quidam MSS. hìc exhibent, quódq; noster secutus est Interpres; hoc tacitè prætermitterem. Utravis lectio eodem recidit.

VERS. 18. Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ·] Got. ΝΙ ΘΛΣΗΠΝ ΝΙΜΙΨ ΨΧ ΛΕ ΜΙΣΣΙΛΒΙΝ. *Nemo tollit eam* (i. e. *animam meam*)

meam) à meipso. Cætera desunt in Gothicis nostris, nec non in codice Bezæ antiquo, & alio quodam MS. Græco: quæ tamen nullo pacto amittenda sunt. Quid si librarius Græcus, aut etiam Gothicus, repetito illo ἀυτὴν aut ψϩ. vel etiam ἀπ' ἐμ- aut ⲁⲧ ⲙⲓⲥ deceptus, inter scribendum lineam prætermiserit integram, quam hìc exhibemus uncis adversis inclusam? Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν

[ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν]

ἀπ' ἐμαυτοῦ. ⲛⲓ ⲟⲁⲥⲏⲛ ⲛⲓⲙⲓⲯ ⲯϩ

[ⲁⲧ ⲙⲓⲥ. ⲁⲕ ⲓ̈ⲕ ⲗⲁⲅⲍⲁ ⲯϩ]

ⲁⲧ ⲙⲓⲥⲥⲓⲗⲃⲓⲛ:

VERS. 31. Ἵνα λιθάζωσιν αὐτόν.] Got. ⲉⲓ ⲩⲁⲛⲕⲡⲉⲓⲛⲁ ⲁⲛⲁ ⲓ̈ⲛⲁ. *Ut mittant*, vel *projiciant in*, vel *super*, *eum*; nempe *lapides* paullò antè memoratos. Aliàs Λιθάζετε vertitur ⲥⲧⲁⲓⲛⲉⲓⲯ. & Λιθάζομεν ⲥⲧⲁⲓⲛⲍⲁⲙ. *verss.* 32. & 33. hunc proximè sequentibus. Hænan quoque & Stænen Anglo-Saxonicè sunt *Lapidare*. Superiùs tamen allatis ferè consonant ⲥϩⲕⲓⲁⲉⲁⲛⲛ ⲯⲛⲕ ⲁⲧⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ ⲥⲧⲁⲓⲛⲁⲙ. *Quærebant te obruere lapidibus*, pro Græcis Ἐζήτουν σε λιθάσαι· *Joh.* XI, 8. & ⲁⲗⲗⲁ ⲥϩ ⲙⲁⲛⲁⲅⲉⲓ ⲥⲧⲁⲓⲛⲁⲙ ⲁⲧⲩⲁⲓⲕⲡⲓⲯ ⲛⲛⲥⲓⲥ. *Tota multitudo lapidibus nos petet*, vel *obruet*, pro Græcis Πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς· *Luc.* XX, 6. ⲁⲧⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ est propriè Ἀποβάλλειν· *Mar.* X, 50. At illud ⲥⲧⲁⲓⲛⲁⲙ ⲁⲧⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ ⲛⲛⲥⲓⲥ ego quidem interpretarer Græcè, Λιθοβολεῖν ἡμᾶς· Anglo-Saxonicè verò, Uſ oſtoꝛſian ł mid ſtanum oſtoꝛſian:. Certè Κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες transfertur Gothicè ⲍⲁⲏ ⲯⲁⲛⲁ ⲥⲧⲁⲓⲛⲁⲙ ⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛⲁⲁⲛⲥ. *Mar.* XII, 4. & *Lapidare* vertitur Oſtoꝛſian. *Matth.* XXI, 35. atque Mid ſtanum oſtoꝛſian. *Matth.* XXIII, 37. & *Joh.* VIII, 5. Sed omnium maximè ad hujus loci explicationem facit illud quod legimus *Joh.* VIII, 59. ⲛⲉⲙⲛⲛ ⲥⲧⲁⲓⲛⲁⲛⲥ ⲉⲓ ⲩⲁⲛⲕⲡⲉⲓⲛⲁ ⲁⲛⲁ ⲓ̈ⲛⲁ (quæ planè eadem Gothica sunt cum his, *Joh.* X, 31.) pro Gr. Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν· Anglo-Saxonicè, hiꝫ namon ſtanaſ to þam þ hiꝫ ꝓldon hyne toꝛſian. pro Lat. vulg. *Tulerunt ergo lapides, ut jácerent in eum*. Unde constare potest de genuinâ significatione illius ⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ. ac forsan etiam de obscurioris hujus Toꝛſian denotatione nativâ.

CAP. XI.

VERS. 11. Ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν.] Got. ⲁⲕⲉⲓ ⲅⲁⲅⲅⲁⲙ ⲉⲓ ⲛⲥⲩⲁⲕⲍⲁⲛ ⲓ̈ⲛⲁ. *Sed eamus ut è somno excitem illum.* Πορεύομαι, itémq; πορεύσομαι, est Gothicè ⲅⲁⲅⲅⲁ. *Luc.* XIV, 19. & XV, 18. Quocirca non abest variantis lectionis suspicio. Ego opinor Interpretem ob oculos, aut saltem

tem in animo, habuisse Ἄγωμεν, quod ille nusquam non transtulit ΓΑΓΓΑΜ: Quid? quòd in hac ipsâ narratione legamus, ΥΑΨ ΑΝ ΣΙΠΧΝϹΑΜ. ΓΑΓΓΑΜ ΪΝ ΪΝΑΛΙΑΝ ΑΕΤΚΑ. pro Λέγει τοῖς μαθηταῖς, Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν· *vers.* 7. Sic postea, ΓΑΓΓΑΜ ΑΝ ΪΜΜΑ. pro Ἄγωμεν πρὸς αὐτόν· *vers.* 15. & ΓΑΓΓΑΜ ϹΑΗ ΥΕΙΣ. pro Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς· *vers.* 16. Cæteri Interpretes vett. quorum obiter consulendi mihi facta est facultas, constanter vertendum sibi proposuerunt Πορεύομαι in Singulari.

VERS. 34. Ποῦ τεθείκατε αὐτόν;] Got. ΘΑΚ ΛΑΓΙΑΕΑΝΝ ΪΝΑ. *Ubi posuerunt eum?* Parum dubito, quin sic transferri debeant Gothica: quum, præter generalem idiomatis Gothici analogiam, lego speciatim ΛΑΓΙΑΕΑΝΝ pro Ἐτίθουν· *Mar.* VI, 56. & ΓΑΛΑΓΙΑΕΑΝΝ pro Ἔθεντο· *Luc.* I, 66. itémq; pro Ἔθηκαν· *Mar.* VI, 29. & XVI, 6. At verò intentatam hanc linguam Conjugandi (ut vocant) ratio postulat ut Τεθείκατε reddatur ΛΑΓΙΑΕΑΝΨ. pari nempe formâ quâ pro Ἐζητεῖτε & ᾔδειτε ponuntur ΣΧΚΙΑΕΑΝΨ & ΥΙΣΣΕΑΝΨ. *Luc.* II, 49. Non ignoro tres plurales Verborum Personas sæpe confundi in veteri majorum nostrorum linguâ Anglo-Saxonicâ, quæ cum Gothicâ arctam habet affinitatem: unde pro *Amavimus*, *amavistis*, *amaverunt*, in Ælfrici Grammaticâ (pag. 24.) leguntur Þe luꝼoðon (vel luꝼeðon. secundùm alios codices MSS. quos contulit Cl. *Junius*) Ꝥe luꝼoðon. Ꝥi luꝼoðon:. Quod si similiter in Gothismo usu veniret, viderer ego hìc perperam observâsse Discrepantiam à Textu Græco. At in Gothicis animadverto ΣΧΚΙΑΕΑΝΜ. ΣΧΚΙΑΕΑΝΨ. ΣΧΚΙΑΕΑΝΝ haberi pro *Quærebamus*, *quærebatis*, *quærebant*; *Luc.* II, 48, 49, 44. Sed Grammaticalium satìs supérque. Nè lectori foret labendi occasio, placuit hoc leviter attingere: sic etiam quod sequitur

VERS. 44. Δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας] Got. ΓΑΒΝΝΑΛΝΣ ΗΑΝΑΝΝΣ ϹΑΗ ΕΧΤΝΝΣ. *Vinctus manus & pedes.* Cod. Alexandrinus habet quoque τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. nec aliter legebant Interpp. Syrus, Arabs, aliíq; aliquot. Verborum ordo tantummodò immutatur; quod non rarò in hac Versione contingere, priùs monuimus.

CAP. XII.

VERS. 4. Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι·] Got. ϹΝΑΑΣ ΣΕΙΜΧΝΙΣ ΣΑ ΪΣΚΑΚΙΧΤΕΣ. ΪΖΕΙ ΣΚΑΕΤΙΑΑ ΣΙΚ ΑΝ ΓΑΛΕΥϹΑΝ ΪΝΑ. *Judas Simonis*, *Iscariotes*, *qui parabat se ad tradendum eum*; interprete Cl. *Junio*, in Glossario suo Gothico, in ΣΚΑΕΤΙΑΑ. Pro Ἰσκαριώτης puto Interpretem nostrum legisse ὁ Ἰσκαριώτης, quod occurrit *Mar.* XIV, 10. illo tamen eò loci id non animadvertente: at *Joh.* XIV, 22. pro Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκα-

ὁ Ἰσκαριώτης, habet ÏΠΑΛΣ. ΝΙ ΣΛ ÏΣΚΛΚΙΩΤΕΣ. Anglo-Saxo, Iudaſ. næſ na ſe Scaꝑioth :. Notatu non prorſus indignum, quòd cod. Bezæ vetuſtiſſimus pro Ἰσκαριώτης habeat Σκαριώτης, Lat. *Scariotes* (unde Anglo-Saxonis illud Scaꝑioth) *Matth.* XXVI, 14. item Σκαριώθης· *Mar.* III, 19. ſed & Σκαριώθ· *Joh.* VI, 71. denique Ἀπὸ Καρυώτου· in iſthoc *Joh.* XII, 4. & XIII, 2. & XIV, 22. De ΣΚΛΕΤΙΑΛ conſulatur modò laudatum Gloſſarium Gothicum. Pro ὁ μέλλων ſuggeritur ex cod. Bezæ perantiquo, ὃς ἔμελλεν· unde mihi huic loco animum primùm advertenti ſuſpicio oborta eſt, Gothorum Antiſtitem pro ἔμελλεν fortè legiſſe ἔμελεν (*Curabat*, *curæ erat*) quod extat *verſ.* 6. ſtatim ſequenti. Porrò Belgicum Schaffen Kiliano eſt, inter alia, *Curare*: unde Schaffenaer & Schaffer (&, quod aliquoties me inaudiviſſe memini, Schaf-meeſter) eidem eſt *Curator*, *procurator*, *diſpenſator*. Huic autem affine videtur ΣΚΛΕΤΙΑΛ: Hæc conjectura mihi neutiquam ſatisfacit, non tamen vacat commodiorem inveſtigare, neque hanc penitiùs diſcutere. Confer cum hoc Johannis Textu Gothicè verſo, *Matth.* XXVI, 16. & *Luc.* XXII, 6.

VERS. 32. Πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.] Got. ΛΛΛΛ ΛΤΨΙΝΣΛ ΑΝ ΜΙΣ. *Omnia traham ad me*: acſi legiſſet Interpres Πάντα ἑλκύσω πρός με. Vulgatus Lat. habet *Omnia traham*: unde Interp. Anglo-Saxo, Ic teo ealle þing —. i. e. ad verbum, *Ego traho*, vel *traham*, *omnes res* —. Præter codicem illum Bezæ vetuſtiſſimum, dicuntur etiam alii codd. Græci MSS. exhibere πάντα pro πάντας. *Non dixit OMNES ſed OMNIA*, inquit Auguſtinus, Expoſit. in Joan. Tract. LII. Hujuſmodi quoque eſt illud quod ſequitur, *Joh.* XVII, 24. Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, Got. ΛΤΤΛ. ΨΛΤΕΙ ΛΤΓΛΕΤ ΜΙΣ. *Pater*, *quod mihi dediſti*: ubi pro οὓς legitur ὃ in cod. ſæpiùs memorato, Bezæ nempe pervetuſto. Sed paullò antè, *verſ.* 11. illud ipſum Οὓς δέδωκάς μοι (ubi cod. ille vetuſtiſſ. pro οὓς itidem habet Gr. ὃ, Lat. *quod*, ſupple ὄνομα, *nomen*) transfertur Gothicè ΨΛΝΖΕΙ ΛΤΓΛΕΤ ΜΙΣ. *Quos dediſti mihi*. Ad æquivalentiam iſtorum variantium indicandam, ſufficiet paucula ex eodem *cap.* XVII. allegata inter ſe conferre. VERS. 2. — Ἵνα ΠΑ͂Ν Ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ ΑΥΤΟΪΣ ζωὴν αἰώνιον. Et ſtatim *verſ.* 6. Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα ΤΟΪΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΟΥΣ δέδωκάς μοι. Sic poſtquam dictum eſſet, *verſ.* 10. Καὶ τὰ ἐμὰ ΠΑΝΤΑ, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ, ἐμά· mox *verſu* 11. ſubnectitur Καὶ ΟΥΤΟΙ ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί. Plura huc ſpectantia congerere nec vacat nec expedit. Ab Annotationibus quoque uberioribus ac juſtis Commentariis copioſa horum Neutralium petenda eſt explicatio. Unicum eſt, à me antehac prætermiſſum, cujus hìc opportunè recordari poſtulat ſuſcepti mei ratio: nimirum *Luc.* XIX, 10. ubi Σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς redditur Gothicè ΝΛΣϹΛΝ ΨΛΝΣ ΕΚΛΛΝΣΛΝΛΝΣ. *Salvare perditos*. Priùs vidimus Maſculina Græca Neutraliter interpretata in Verſione Gothicâ: hìc

hìc autem è contrario Masculinum Gothicum fit interpretamentum Græci Nominis Neutrius. ᚦᚱᚣᚣᚢᛋᚣᚾᚣᚾᛋ Plurale est à Sing. ᚦᚱᚣᚣᚢᛋᚣᚾᛋ quod occurrit *Luc.* xv, 24. Ὁ υἱός μου ἀπολωλὼς ἦν, Got. ᛋᚣ ᛋᚢᚾᚢᛋ ᛖᛖᛁᚾᛋ ᚦᚱᚣᚣᚢᛋᚣᚾᛋ ᛉᚣᛋ:

CAP. XIII.

Vers. 31. Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ,] Got. ᚾᚢ ᚪᚣᛋᛉᚱᚣᛁᚣᛋ ᛉᚣᚱᛘ ᛋᚢᚾᚢᛋ ᛖᚣᚾᛋ. ᛋᚣᚻ ᚪᛏ ᚻᚣᚢᚻᛁᛘᛋ ᛁᛋᛏ ᛁᚾ ᛁᛖᛖᚣ. quæ, si de verbo ad verbum reddantur, sonant *Nunc honoratus est*, vel *fit*, *filius hominis*, *& Deus exaltatus est in illo*. ᛋᛉᚱᚣᚾ passim respondet Græco Τιμᾶν, *Honorare*: ut, Τιμῶ τὸν πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με, Got. ᛋᛉᚱᚣ ᚣᛏᛏᚣᚾ ᛖᛖᛁᚾᚣᚾᚣ. ᛋᚣᚻ ᛋᚢᛋ ᚢᚾᛋᛉᚱᚣᛁᛘ ᛖᛁᚱ. *Joh.* viii, 49. Τίμα τὸν πατέρα σου, Got ᛋᛉᚱᚣᛁ ᚣᛏᛏᚣᚾ ᛘᛖᛁᚾᚣᚾᚣ. *Mar.* vii, 10. & x, 19. &c. ᚻᚣᚢᚻᛋᚣᚾ deducitur ab ᚻᚣᚢᚻ. *Altus*; & interdum idem significat quod ᚢᛋᚻᚣᚢᚻᛋᚣᚾ. Ὑψοῦν, *Exaltare*, *extollere*; ut, *Luc.* xiv, 11. & xviii, 14. Quum itaque ᚻᚣᚢᚻᛁᛘᛋ. quod hìc usurpatur in ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη exponendo, videatur quid grandius sonare quàm ᚪᚣᛋᛉᚱᚣᛁᚣᛋ. quod occurrit in explicando ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· verebar nè quid subesset doli. Recordabar enim illud Theodoriti, Οἱ Γότθοι μείζονα μὲν τὸν Πατέρα λέγουσι τοῦ Υἱοῦ, quod adduxi in Observat. ad *Mar.* i, 3. Veruntamen in *commate* 32. proximè sequenti, lego ᛋᚣᛒᚣᛁ ᚾᚢ ᚪᛏ ᚻᚣᚢᚻᛁᛘᛋ ᛁᛋᛏ ᛁᚾ ᛁᛖᛖᚣ. ᛋᚣᚻ ᚪᛏ ᚻᚣᚢᚻᛖᛁᛘ ᛁᚾᚣ ᛁᚾ ᛋᛁᛋ. ᛋᚣᚻ ᛋᚢᚾᛋ ᚻᚣᚢᚻᛁᚣᚣ ᛁᚾᚣ. pro Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν (scil. *Christum*) ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν· ubi in *Filii hominis* glorificatione enunciandâ utitur Interp. noster ᚻᚣᚢᚻᛖᛁᛘ & ᚻᚣᚢᚻᛁᚣᚣ. pariter ac ᚻᚣᚢᚻᛁᛘᛋ in exprimendo glorificationem *Dei*. Nihil equidem novi est in Versione Gothicâ, vocabulum aliquod Græcum per varia Gothica eodem in loco transferri. Exemplum esto *Matth.* v, 23. Τὸ δῶρόν σου est Gothicè ᚣᛁᛒᚱ ᛘᛖᛁᚾ. at mox *vers.* 24. Τὸ δῶρόν σου vertitur ᛘᛟ ᚪᛁᛒᚣ ᛘᛖᛁᚾᚣ: Sic *Joh.* vii, 28. Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμὶ redduntur Gothicè ᛋᚣᚻ ᛖᛁᚱ ᚱᚢᚾᚾᚢᚢᛘ. ᛋᚣᚻ ᛉᛁᛏᚢᛘ ᛟᚣᛘᚱᛟ ᛁᛖ. i. e. *Et me noscitis*, *& scitis unde sum*. Hanc tamen diversitatem, quæ cernitur in ᚱᚢᚾᚾᚢᚢᛘ & ᛉᛁᛏᚢᛘ. postulat (ut hoc obiter notem) proprietas linguarum Borealium. Nam locus iste transfertur Anglo-Saxonicè, Me ȝe LUNNON. ⁊ ȝe ᚹITON hpanon ic eom. Islandicè, þier þECKIƆ mig / og VITEƆ huadann eg em: Danicè, Ja baade KENƆE i mig / oc VIƆE huæden ieg er: Belgicè, Ende ghy KENT my / ende ghy WEET van waer ick ben: Germanicè, Ja ihr KENNET mich / vnd

vnd WISS von wannen ich bin. Porrò pro ὁ κόσμος, nunc ƒAIKΘNS. nunc MANASEAS vel MANASEΨS occurrit in *Joh.* XVII. idq; aliquando in uno eodémque commate, ut *vers.* 14. quod pensiculatiùs examinare non est hujus loci. De multiformi traductione Græci Ἀρχιερεὺς in *Joh.* XVIII. dixi ad *Matth.* XXVII, 1. quò lector curiosus remittendus. Nec desunt hujus varietatis exempla in Versione parallelâ Anglo-Saxonicâ: e. g. *Matth.* XXV, 21. & 23. lego *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.* Quorum quidem *versuum* primum sic transfert Interpres: Beo blīðe þu ȝoða þeoþ ⁊ ȝeτþȳþa. ƒoþþam þe þu þæþe ȝeτþȳþe oƒeþ lȳτle þinȝ. ic ȝeƒeττe þe oƒeþ mȳcele. ȝa into þineƒ hlaƒoþðeƒ blīƒƒe:· Alter autem statim subsequens *Versiculus*, ex iisdem ipsis Latinis constans, affectatâ quadam variatione sic legitur interpretatus: Leblīƒƒa þu ȝoða þeoþa ⁊ ȝeτþȳþa. ƒoþþam þe þu þæþe ȝeτþȳþe oƒeþ ƒeaþa. oƒeþ ƒela ic þe ȝeƒeττe. ȝa on þineƒ hlaƒoþðeƒ ȝeƒean:· Sed hujusmodi plura nihil opus est hac in re congerere. Nè tamen videar locum suspicioni obnoxium negligenter aut etiam dissimulanter tractare, visum est diversas illius Δοξάζειν interpretationes Gothicas ad calculum revocare, & singulas æquâ lance librare. [I] Δοξάζων τὸν Θεὸν vertitur AYIΛIΠAϨNAS ΓΨA. *Gratias agens Deo*; *Luc.* XVIII, 43. q. d. εὐχαριστῶν vel εὐχαριστήσας. Conf. *Luc.* XVII, 16. & *Joh.* VI, 11. [II] Ἐδόξασαν τὸν Θεὸν exponitur MIKIΛIAEAΠN ΓΨ. *Magnificaverunt Deum*; *Matth.* IX, 8. Cui consimillima sunt, quæ occurrunt *Luc.* II, 20. & V, 25, 26. & VII, 16. Ut nihil dicam de illo SYA SYE hΛΠhIAEAΠN MIKIΛGΛNAΛNS ΓΨ. pro Ὥστε δοξάζειν τὸν Θεὸν· *Mar.* II, 12. quod priùs attigimus in Observationibus ad *Mar.* II. In locis quidem istis *Deus* dicitur *magnificatus* sive δοξαζόμενος, MIKIΛIAS. sic quoque eâdem prorsus loquendi ratione (quod maximè facit ad rem nostram) *Christus* dicitur δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων, Got. MIKIΛIAS ƒKAM ΛΛΛAIM. *Magnificatus ab omnibus*; *Luc.* IV, 15. [III] Δοξάζειν transfertur SYEKAN. idq; non hoc solummodò *Johannis* loco, sed etiam *Joh.* XII, 16. ubi pro Ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς lego BI ΨE ΓASYEKAIΨS YAS ÏAISΠS (vel ÏESΠS) *Postquàm honoratus esset Jesus*. Sic *vers.* 23. mox sequenti, Ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου est Gothicè EI SYEKAIAΛΠ SΠΠΠS MANS. *Ut honoretur Filius hominis*. Plura his conformia non reperio in fragmentis nostris Gothicis: quotquot autem reperiuntur, *Christo* soli videmus accommodata. [IV] Δοξάζειν omnium frequentissimè redditur hΛΠhGAN. *Exaltare, attollere, elevare*. Sic de *Deo* glorificato dicitur hΛΠhGΛNAS ΓΨ. pro Δοξάζων τὸν Θεόν· *Luc.* XVII, 15. de *Patre* similiter, EI hΛΠhGΛINA ΛTTAN ÏZYAKANA ΨANA ÏN hIMINAM. pro Ὅπως δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Matth.* V, 16.

ita quoque *Joh.* XIV, 13. & XV, 8. & XVII, 4. Sic etiam de nomine *Patris* glorificando lego ΛTTΛ. hΛnhEI NΛMX ψEINΛTΛ. pro Πάτερ, δόξασόν σε τὸ ὄνομα· *Joh.* XII, 28. Præter hæc ad Deum *Patrem* spectantia, leguntur & alia, pari omnino phrasi expressa, testimonia de Christo *Filio* Dei. Atque horum observatio propositum nostrum proximè attingit, maximiq; momenti est ad hæreseos suspicionem hac ex parte levandam. Sunt autem ea hujusmodi. De Patre *Filium* glorificante sic ipse Christus: Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἔστιν ὁ Πατήρ μου ὁ δοξάζων με· Gothicè GΛBΛI ÏK hΛnhGΛ MIKSIΛBΛN. SX hΛnhEINS MEINΛ NIVΛIHTS ÏST. ÏST ΛTTΛ MEINS SΛEI hΛnhEIψ MIK. *Joh.* VIII, 54. Nec aliter sonat *Joh.* XVII, 5. ubi Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ Πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί disertè redduntur GΛh NN hΛnhEI MIK. ψN ΛTTΛ. ΛT ψNSSIΛBIN ψΛMMΛ VNΛψΛN ψΛNEI hΛBΛIΔΛ ΛT ψNS ÞΛNKψIZEI SΛ ÞΛIKONS VESI: De Spiritu S. quoque *Christum* glorificante, sic ipse Dominus noster atque Salvator de seipso loquitur: Ἐκεῖνός με δοξάσει, Gothicè GΛINS MIK hΛnhEIψ. *Joh.* XVI, 14. Quibus addi possunt *Joh.* XVII, 10. & XI, 4. & VII, 39. Unus adhuc superest locus, in quo Δοξάζειν explicatum per hΛnhGΛN. Deo *Patri* ac *Filio* ex æquo attribuitur: quem equidem omittere nolo, nè justæ hac in causâ vindicationi Versionis Gothicæ quoquomodo desim. Est autem Textus ille *Joh.* XVII, 1. qui Græco-Gothicè sic se habet: Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱόν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε· ΛTTΛ. ΘΛM ΘEILΛ. hΛnhEI ψEINΛNΛ SNNN. EI SNNNS ψEINS hΛnhGΛI ψNK: Cui apprimè consentaneum est, quod modò descripsi ex *Joh.* XIII, 32. Sperabam insuper præsidii aliquid accessurum ex illo *Joh.* V, 23. Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα· sed hoc, cum quatuor integris hujus Euangelistæ *capitibus* primis, nusquam apparet in cod. Argenteo. Siquis denique me hæc prolixiùs quàm par est, aut etiam scrupulosiùs quàm opus est, tractâsse censeat: memor esto ille monitionis Hieronymi ad Pammachium; *Nolo in suspicione hæreseos quenquam esse patientem*, &c. Tom. II. pag. 162. edit. Basil. an. CIↃ IↃ LXV.

VERS. 38. Ἕως ἂ ἀπαρνήσῃ με τρίς.] Got. NNTE ψN MIK ΛÞΛIKIS KNNNΛN ψKIM SINψΛM. ad verbum, *Donec tu me negaveris cognoscere tribus vicibus*. Interp. Gothicus imitatus est lectionem Euangelistæ Lucæ, *cap.* XXII, 34. nempe, Τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με.

CAP. XIV.

VERS. 28. Ἐχάρητε ἄν ὅτι εἶπον, Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα·] Got. ΛIψψΛN GNS ÞΛGINXΔEΔEIψ EI ÏK ΓΛΓΓΛ ΔN ΛTTIN. i. e. ut vulg. Lat.

Lat. *Gauderetis utique, quia vado ad Patrem.* Omittit illud εἶπον non noster solus, verùm etiam Interpp. Orientales, quos consului, omnes. Desideratur quoque in cod. Alexandrino, ínq; pervetusto illo Theodori Bezæ: nec legisse videtur Nonnus Paraphrastes. Attamen pro Ἠκούσατε ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, in superiori hujus *versiculi* membro, disertè legitur in Gothicis ΗΛΠΣΙΔΕΔΠΨ ΕΙ ΪΚ ΥΛΨ ΪΖΥΙΣ. atque pro Καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, in *versu* proximè sequenti, habetur ϹΛΗ ΝΠ ΥΛΨ ΪΖΥΙΣ ΕΛΠΚΨΙΖΕΙ ΥΛΠΚΨΙ: Hæc autem ad eundem illum Christi referenda sunt discessum.

VERS. 30. Ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν.] Got. ΪΝ ΜΙΣ ΝΙ ΒΙΓΙΤΙΨ ΥΛΙΗΤ. *In me non invenit*, vel *inveniet*, *quidquam*. Interpretatio, ut mihi quidem videtur, non inelegans: cui quoque conformis est Versio Æthiopica; itémq; Germanica quædam N. Testamenti Translatio, quæ habet in margine **An mir wird er nichts nicht finden.** At verò pro ἔχει habent aliquot Stephani codd. εὑρήσει· atque pro οὐδὲν reponit Bezæ cod. vetustissimus Οὐδὲν εὑρεῖν. Aliquoties vidi Euangelium Æthiopicè conversum, huic nostro alibi in diversis lectionibus pariter suffragans: quod tamen nominatim significare non duxi necessarium. Hìc autem convenientiam quandam observare inter Gothorum & Æthiopum, utcunque longissimè ab invicem dissitorum, linguas, nec importunum erit nec injucundum. ΒΙΓΙΤΙΨ istud modò allegatum reddidi *Invenit* vel *inveniet*, Tempore scil. Præsenti vel Futuro; juxta illud *Matth.* x, 39. ΣΛΕΙ ΒΙΓΙΤΙΨ ΣΛΙΥΛΛΛ ΣΕΙΝΛ. ΕΚΛΥΙΣΤΕΙΨ ΪΖΛΙ. ϹΛΗ ΣΛΕΙ ΕΚΛΥΙΣΤΕΙΨ ΣΛΙΥΛΛΛΙ ΣΕΙΝΛΙ ΪΝ ΜΕΙΝΛ. ΒΙΓΙΤΙΨ ΨΧ. pro Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Hìc enim tam εὑρὼν (pro quo habetur Partic. Præs. φιλῶν· *Joh.* XII, 25.) quàm εὑρήσει transfertur ΒΙΓΙΤΙΨ. qualem Temporum confusionem tam in Gothicâ quàm Anglo-Saxonicâ linguâ, non semel repertam, attigi in Observat. ad *Mar.* 1, 16. Idem ipsum quoque notabile est in sermone Æthiopico: quâ de re sic Jobus Ludolfus; *Præsens* Tempus *tantùm in Subjunctivo occurrit: nam Indicativi Futuro utuntur* Æthiopes *pro Præsenti; quod quidem nostro idiomati assuetis oppidò incommodum videtur: sensus tamen, constructio, longúsq; usus huic defectui succurrit.* Gram. Æthiop. lib. II. cap. 5. Legens illud ΝΙ ΥΛΙΗΤ. videor mihi audire Anglicum **No whit**/ *Nihil quicquam.* Sed de voce ΥΛΙΗΤ omnino consulendum est Cl. *Junii* Glossarium Gothicum.

VERS. 31. Ὅτι ἀγαπῶ τὸν Πατέρα·] Got. ΨΛΤΕΙ ΪΚ ΕΚΙϹΧΔΛ ΛΤΤΛΝ ΜΕΙΝΛΝΛ. *Quòd ego dilexi Patrem meum.* Me hoc per Præteritum reddere induxerunt ea quæ sequuntur, *Joh.* XV, 9. & 12. ubi Ἠγάπησα ὑμᾶς vertuntur ΪΚ ΕΚΙϹΧΔΛ ΪΖΥΙΣ: Prætereà quòd existimem Ἀγαπῶ propriè transferendum esse ΕΚΙϹΧ. quod suppositum video pro Ἀγαπήσω, *vers.* 21.

hujus XIV. tmematis. Ratio patet ex Obſervatione noviſſimâ ad *verſ.* 30. ubi agitur de Præſentibus & Futuris. Adjectio Poſſeſſivi ΜΕΙΝS & hìc & alibi, cujuſlibet animadverſioni ſatìs eſt obvia.

CAP. XV.

VERS. 2. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπόν, —] Got. ΑΛΛ ΤΑΙΝΕ ΪΝ ΜΙS ΠΝΒΑΙΚΑΝΔΑΝΕ ΑΚΚΑΝ ΓΧΨ —. *Omnem palmitem*, ſeu *virgam*, *in me non ferentem fructum bonum* —. De conſtructione illorum ΑΛΛ ΤΑΙΝΕ dixi in Obſervat. ad *Mar.* XV, 21. Interpres hìc adjiciendo ΓΧΨ poſt ΑΚΚΑΝ. vel imitari voluit illud *Matth.* VII, 19. & *Luc.* III, 9. ΑΛΛ ΒΑΓΜΕ NI ΤΑΝGΑΝΔΑΝΕ. ſeu ΠΝΒΑΙΚΑΝΔΑΝΕ ΑΚΚΑΝ ΓΧΔ. pro Πᾶν δένδρον μὴ ποιῶν καρπὸν καλόν· vel ſaltem hunc fructum ita cenſuit diſtinguendum expreſſo *bonitatis* epitheto; quod aliter haud dubiè ſubaudiendum foret in fructu palmitis illius qui in ipſo Chriſto, vite illâ verâ, manebat. Pari explicationis lege Κλῆμα, quod hoc in loco exponitur per ſimplex ΤΑΙΝS. *Palmes*, ſeu potiùs *virga* quælibet; ſtatim *verſſ.* 4. & 6. enunciatur per compoſitum ΨΕΙΝΑΤΑΙΝS. *Palmes*, ſeu *ſurculus vitigineus*: ſic *verſu* 5. Κλήματα ſunt ΨΕΙΝΑΤΑΙΝΧS: Quamvis autem ΑΚΚΑΝ hìc ſibi adjunctum habeat ΓΧΨ. id tamen video non factum vel bis hoc ipſo *verſu*, nec non ſequentibus 4, 5, 8, & 16. ubi Καρπὸς & καρπὸν transferuntur ſimpliciter ΑΚΚΑΝ: Sic enim legimus

VERS. 16. Ἵνα ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ.] Got. ΕΙ ΑΚΚΑΝ ΪΖΨΑΚ ΔΝ ΑΙΨΑ SIGΑΙ. i. e. ſi καρπὸν πέδυ reddantur, *Ut fructus veſter in ſeculum maneat*, vel *ſit*. ΨISΑΝ ΔΝ ΑΙΨΑ in cod. Argenteo tantundem valet ac Μένειν εἰς τὸν αἰῶνα. Sic *Joh.* VIII, 35. Gothica SΑΗ ΨΑΝ SΚΑΑΚS NI ΨISΙΨ ΪΝ ΓΑΚΔΑ ΔΝ ΑΙΨΑ. SΠΝS ΨISΙΨ ΔΝ ΑΙΨΑ interpretantur Græca Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Et Ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα vertuntur Gothicè ΕΙ SIGΑΙ ΜΙΨ ΪΖΨIS ΔΝ ΑΙΨΑ. *Joh.* XIV, 16. Græcum Μένω variè transfertur in fragmentis noſtris Gothicis. [I] Ἔμεινεν ἐκεῖ eſt SΑΛΙΔΑ GΑΙΝΑΚ. *Hoſpitatus*, vel *commoratus*, *eſt illic*; *Joh.* X, 40. Atq; ab hoc SΑΛGΑΝ fit SΑΛΙΨΥΧS. Μοναὶ, *Manſiones*, *Tabernacula*; *Joh.* XIV, 2. [II] Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ redditur GΑΒΑΙ GΠS ΓΑSΤΑΝΔΙΨ ΪΝ ΥΑΝΚΔΑ ΜΕΙΝΑΜΜΑ. *Si vos perſtiteritis in verbo meo*; *Joh.* VIII, 31. Siquidem Græco Ἔμεινε, *Perſeveravit*, reſpondet Gothicum ΓΑSΤΧΨ. *Joh.* VIII, 44. [III] Ἡ ἁμαρτία ὑμῶν μένει vertitur ΓΚΑΥΑΝΚhTS ΪΖΨΑΚΑ ΨΑΙΚhΥISΙΨ. *Peccatum veſtrum permanet*, vel *durat*; *Joh.* IX, 41. ubi ΨΑΙΚhΥISΙΨ idem valet (ni fallor) quod

quod Anglo-Saxonicum þuꝛhþunað. *Permanet*; *Joh.* VI, 27. [IV] Αὐτὸς μόνος μένει traducitur SIΛBꝶ ΛƑΛIƑNIΨ ΛINΛTΛ. *Ipsum* (granum frumenti) *restat solum*; *Joh.* XII, 24. Versio Islandica habet þa blijfur þad einsamallt; Danica, Da bliffuer det allene; Germanica, So bleibets (vel bleibet es) alleine; Belgica, Soo blijft het selve alleen; q. d. *Restat*, vel *relinquitur*, *illud solum*. Anglus in eundem sensum diceret It is left alone. Blijven isthoc Belgicum (cui cognata sunt Isl. Blijfa / Dan. Bliffue / & Germ. Bleiben) antiquitus scribebatur, teste Kiliano, Be-lijven: affinitas autem inter hoc obsoletum Lijven ac Simplex Gothicum ΛIƑNΛN non est obscura. *Relinquere* etiam, ut Anglis hodiernis est to Leave / ita Anglo-Saxonibus erat Læƒan. *Mar.* XII, 19. *Luc.* XIX, 44. *Joh.* XIV, 27. quæ huc quoque sunt referenda. Ut nihil dicam de Islandico Leyfa vel Lifa / Danico Leffue / &c. eodem pariter spectantibus: aut de Anglo-Saxonico Beliƒon vel (secundùm cod. MS. Cantabrigiensem) Læƒðe þæꝛon. *Superfuerunt*; *Luc.* IX, 17. [V] Ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι transfertur ΛNΛ ΓΛKΛΛ ΨΕINΛMMΛ SKΛΛ ÏK ΥISΛN. *Luc.* XIX, 5. Sic Ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν est ÏN ΓΛKΛΛ NI ΓΛΥΛS. *Luc.* VIII, 27. Hoc autem, quod cæteris omnibus frequentiùs usurpatur, hujus duntaxat est loci: nam ΥISΛN Infin. est *Manere*; SIGΛI in Subjunctivo est *Maneat*; &c. Ex variâ hujus Μένειν translatione Gothicâ, mihi incidit suspicio Gothos idoneo destitui vocabulo quo Græcum illud adæquatè transferre possint: quandoquidem ΥISΛN primariâ suâ significatione denotat Εἶναι, *Esse*. Sícq; in cognatissimâ Anglo-Saxonum dialecto, Ðæt beo æƒꝛe mið eoþ substituitur pro *Ut maneat vobiscum in æternum* (q. d. *Ut sit* &c.) *Joh.* XIV, 16. Cæteroquin in hac Majorum nostrorum Versione Saxonicâ, *Manere* passim redditur þuniȝean. þuniȝan & þunian (juxta diversorum exemplarium lectiones) quod existimo idem valere atque Belgicum Woonen / & Scoticum to Wone vel Woon / *Habitare*: siquidem pro *Habitantes in Jerusalem*, lego Anglo-Saxonicè þe on Hieꝛuꝛalem þuneðon. *Luc.* XIII, 4. Unde fit, ut in veteri quadam N. Testamenti Versione Anglicâ MS. cujus usum mihi indulsit amicus summus *Fr. Junius*, pro *Manere* sæpiùs occurrit to Dwell / i. e. *Habitare*: sic enim loco paulò antè notato, *Joh.* XII, 24. Latina *Granum frumenti manet solum* transferuntur A corn of whete dwellith aloone; Anglo-Saxonicè, Hþæꝛene coꝛn þunað ana:. Sed hujusmodi minutiarum satìs supérque. Modò dixi Got. ΥISΛN usurpatum esse in cod. Argenteo pro Μένειν atque etiam pro Εἶναι. Hæc duo tamen interdum exprimuntur distinctè; ut, Παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται· Got. ÏS MIΨ ÏZΥIS ΥISIΨ. ȠΛh ÏN ÏZΥIS ÏST. *Joh.* XIV, 17. interdum confusè; ut, Ὅτι ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι· — ὁ δὲ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων· Got. ΨΛTEI ΛTTΛ ÏN MIS ÏST. — ΛK ΛTTΛ SΛEI ÏN MIS ÏST. *Joh.* XIV, 10. Ubi

Μένει illic redditur ΪS ΥISIΨ. sed Ὁ μένων hìc transfertur SΛGI ΪST: Ἔστιν verò atque Ἐστὶ consimiliter exponuntur per idem ipsum ΪST: Ad hujus itaque ambiguitatis periculum evitandum, in chartulam conjeci pleraque istius ΥISΛN. in *Manendi* significatione, exempla; quæ, lectoris φιλοπόθῳ commodis consulturus, non gravabor quàm potero compendiosè describere. ΥISΛN ponitur pro Μεῖναι, *Luc.* XIX, 5. ΥISΛ pro Μένω, *Joh.* XV, 10. ΥISIΨ pro Μένει, *Joh.* VI, 56. NIBΛ SΛGI ΥISIΨ pro Ἐὰν μή τις μείνῃ, *Joh.* XV, 6. SΛGI ΪST pro Ὁ μένων, prout jam observatum est ex *Joh.* XIV, 10. GΛBΛI ΥΛNKΔΛ SINΔ pro Ἐὰν τὰ ῥήματά μείνῃ, *Joh.* XV, 7. ΥISΛIΨ in Imperativo, pro Μένετε, *Luc.* X, 7. atque pro Μείνατε, *Joh.* XV, 9. NI ΥIZΛI pro Μὴ μείνῃ, *Joh.* XII, 46. ЄI SIGΛI pro Ἵνα μένῃ, *Joh.* XIV, 16. & Ἵνα μείνῃ, *Joh.* XV, 11. SIGNΨ pro Μενεῖτε, *Joh.* XV, 10. GΛBΛI SIGNΨ pro Ἐὰν μείνητε, *Joh.* XV, 7. NI ΓΛΨΛS pro Οὐκ ἔμεινεν (ut priùs dictum) *Luc.* VIII, 27. Denique, ΥISΛNΔS pro Μένων, *Joh.* XIV, 25. vide quoque *Joh.* VI, 27. & VII, 9. Sed omnia testimonia accumulatè congerere, singuláq; in medium proferre non duco necessarium.

VERS. 24. Νῦν δὲ κὲ ἑωράκασι,] Got. ΪΨ NN GΛh ΓΛSЄΘNN MIK. *Nunc autem & viderunt me.* Ex Interpretibus, qui mihi ad manum sunt, duo cum hoc nostro adjiciunt *me* post *viderunt*; Æthiops scil. & Coptita. Nescio an respexerint illud *Joh.* XIV, 9. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· Got. SΛGI ΓΛSΛΘ MIK. ΓΛSΛΘ ΛTTΛN: Aliàs post ἑωράκασι communiter subintelligi solet τὰ ἔργα, quod paulò ante præcesserat. Νῦν δὲ κὲ ἑωράκασι τοιαῦτα ἔργα, inquit Theophylactus.

CAP. XVI.

VERS. 2. Λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.] Got. HNNSΛΛ SΛΛGΛN ΓΨΛ. *Sacrificium mactare*, vel *offerre*, *Deo*. Sic enim transferenda censeo: quia HNNSΛ passim substituitur ab Interprete Gothico pro Θυσία· unde illud *Luc.* I, 11. Ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου transfertur ΛÞ TΛIhSYRN HNNSΛΛSTΔÐIS: SΛΛGΛN autem interpretatur Græcum Θύειν· *Mar.* XIV, 12. itémq; Θυμιάσαι· *Luc.* I, 9. Hoc interim iis, quæ à Græcis nostris variare deprehenduntur, non est annumerandum. Notare tamen placuit versionem haud vulgarem; utpote quæ doctorum quorundam hoc Λατρείαν per Θυσίαν exponentium sententiam disertè confirmat. Nolo repetere, quæ ab aliis adducta video, argumenta; sive ab Orientalibus, sive à LXX. Interpp. Græcis petita. Addo tantùm, Coptitam illum veterem hìc posuisse vocabulum, quo uti solitus est in red-

reddendo Gr. Θυσία· nempe ᴅᴙᴚᴅᴙᴚᴡᴅᴙᴚᴊ ⁘ In Versione Græco-barbarâ lego etiam hoc in loco Θυσίαν pro Λατρείαν· quamvis Λατρεία retineatur alibi passim in eâdem Metaphrasi barbarâ, juxtà atque in Græco Archetypo. *Fare uno sacrificio a Iddio* sunt verba Translationis Bruciolianæ, impressæ Venetiis an. CIↃ IↃ XLI. Sic Nonnus, postquam dixerat,

Δουλοσύνην ἔλποιτο Θεῷ φιλέοντι τελέσσαι,

statim addit elegantiorem Paraphrasin,

Ἄνδρα θυηπολέων βοέης μίμημα γενέθλης,
Ἰσάζων θυέεσσι βοῶν φθισήνορα λοιβήν.

Ab hoc SAAGAN Cl. *Junio* videntur desumpta Anglo-Saxonicum Sÿllan & Alamannicum Selen / *Dare*. Pergit vir doctus, in Glossario Got. *Valdè quoque suspicor* Sÿllan *&* Selen *primâ suâ significatione tantùm usurpata de rebus quæ dabantur atque offerebantur Deo*. Quæ in mentem revocant quod non ita pridem legi de mense Novembri, à majoribus nostris, priusquam nomina sua Christo dedissent, appellato Blod-monað. propterea quòd in eo designabant, vovebant, mactabant, immolabántq; Idolis suis pecora sacrificanda. Anglo-Saxonica in Apographo *Juniano* ex duobus codicib. MSS. excerpto, mihíq; perhumaniter communicato, sic se habent: Se Monoð ıs nemned on Læden Nouember. ⁊ on ure geðeode Blod-monað. forðon ure ÿldran. ða hÿ hæðenne pæron. on ðam monðe hÿ bleoton á. þ ıs þæt hÿ betæhton ⁊ benæmdon hÿra deofolgÿldum ða neat þa ðe hÿ poldon sÿllan:. Hæc cod. Cottonianus: quorum tamen postrema verba sic leguntur in codice Benedictino; Forðan þe ure ÿldran. þa hpÿle hıg hæðene pæron. on þam monðe hıg ableoton. þ ÿs acendon ⁊ benemdon hÿra deofolgÿldum þa neat þa ðe hıg poldon slean:. Cum istis verò è cod. Benedictino descriptis apprimè conveniunt ea quæ desumpsit Cl. V. Henricus Spelmannus ex libro Saxonico bibliothecæ Exoniensis, vocatò Spel boc pıntres ⁊ sumeres. qúæq; inseruntur Glossario ejus jam novissimè excuso, pag. 419. Liber ille Exoniensis (ut hoc obiter suggeram) idem ipse videtur esse, cujus inter libros à Leofrico Episcopo donatos Monasterio Exoniensi fit mentio sub titulo I. full spel boc pıntres and sumeres:. Vide Monastici Anglicani Vol. 1. pag. 222. Amicus intereà noster fragmentum duplex, à quo sua accepit, appellandum censuit *Menologium*. Sed hoc in transitu. Quæ jam adduxi Anglo-Saxonica videntur planè repræsentare illud Bedæ ab Ampliss. Spelmanno adductum, (paginâ modò citatam proximè sequenti) scil. **Blothmonath** / *Mensis immolationum: quòd in eo pecora, quæ occisuri erant, Diis suis voverent*. Adeo ut Neat slean atque etiam sÿllan ponantur pro *Pecora occidere, immolare* vel *offerre*. Δοῦναι θυσίαν phrasis est Euangelistæ, *Luc.* II, 24. Denique

que de ΗΠΝΣΛ illo sic doctissimus Glossarii Gothici auctor: *Ab hoc* ΗΠΝΣΛ *suspicor*, n *abjecto*, *esse Anglo-Saxonum* Hurl. Sacrificium, Eucharistia, Dominici corporis communio. Hæc ille. Quibus non importunè addi potest: Hujusmodi abjectionis Ν Gothici ex affinibus in vett. Anglorum linguâ vocabulis exempla non desunt vel in hac Versionum bigâ παραλλήλως editâ. Talia enim sunt, ΜΠΝΨΣ. Muð. *Luc.* VI, 45. ΤΠΝΨΠΝΣ. Toþum. *Mar.* IX, 18. ΛΝΨΛΚΛΜΜΛ. Oðrum. *Luc.* VI, 6. ΚΠΝΨΛΜ. Luðan. *Luc.* II, 44. ΣΤΛΙΚΝΧΝΣ. Steorrpan. *Mar.* XIII, 25. ΣΙΒΠΝ ΣΙΝΨΛΜ. Seoran riþum. *Luc.* XVII, 4. Ut nihil dicam de ΓΛΣΙΝΨϹΛ. Lerið. *Comes in itinere*; ΣΥΙΝΨΧΖΛ. Spiðor. *Potentior*, *potior*; &c. aliunde petitis. Hanc Cl. viri conjecturam de hujus Hurl ab ΗΠΝΣΛ derivatione, aliquantò quoque confirmat, quòd Ælfricus Abbas, in Epistolâ Latinè & Anglo-Saxonicè scriptâ ad Wulfstanum Archiepiscopum, ubi agit de S. Cœnâ Dominicâ, passim exponat *Sacrificium* per Hurel. e. g. *Presbyter Missam celebrans*, *& non audens sumere sacrificium*, — vertuntur Se Mærre prreort ðe mærrað. and ne dear ðæt hurel ðicȝan. — pag. 67. editionis Dayanæ, quæ prodiit (ut nonnemo in libello, quo utor, notavit) anno CIↃ IↃ LXVI. Porro, *vasa sacra*, quibus utebantur majores nostri in consecrando ac celebrando Eucharistiæ Sacramento, dicebantur in genere Hurel ratu. apud Interpretem Historiæ Eccles. Bedæ: speciatim, Hurel box. in epistolâ Ælfrici modò laudatâ; Hurel dirc. in Ælfrici Glossario; &c. Sic etiam *vasa illa aurea & argentea*, *quæ exportaverat Nabuchodonosor è templo quod fuerat in Jerusalem* (*Dan.* V, 2.) qúæq; nefariâ compotatione impiè temeravit rex Baltassar, appellantur à Cædmone Monacho Hurl ratu haleȝu. Paraph. Poët. pag. 90. Plura quidem dicenda forent de notatione hujus Hurel. quod Interp. quidam Anglus non aliter transtulit quàm per Housell vocem æquè ignotam; sed alia interpellantia id non ferunt. Per typothetam profectò nostrum aliquantisper feriantem, licuit hæc postrema paulò fusiùs illustrare. De cætero brevitati studendum.

VERS. 4. Ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα,] Got. ΒΙ ΨΕ ΥΙΜΛΙ ΣΧ ΘΕΙΛΛ ΪΖΕ. i. e. secundùm vulg. Lat. Versionem, *Cùm venerit hora eorum*. Ὥρα αὐτῶν lectio est codicis Alexandrini: quam quoque secuti sunt Interpp. Syrus, Arabs, alii. Nec aliter legisse videtur Nonnus, qui hæc verba sic concepit paraphrasticè:

——— ὄφρά κεν αὐτῶν
Ὄψιμος ἀγχιτέλεστος ὅτε χρόνος ὥριος ἔλθῃ.

Huic consentaneum est illud *Luc.* XXII, 53. Αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα. Sciens transmisi. id quod præcedit VERS. 3. Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν,] Got. ϹΛΗ ΨΛΤΛ ΤΛΠϹΛΝΑ. *Et hæc*, vel *hoc*, *facient*: omisso *vobis*. Hujusmodi enim defectus facillimè adnotabit quivis, monitore silente. Codd. MSS. complu-

res

res omittunt quoque ὑμῖν· nec legerunt Interpp. aliquot vetusti.

VERS. 6. Ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.] Got. ΓΛΠΚΙΨΛ ΓΛΔΛΠ-ΒΙΔΛ ΪΖΨΛΚ ΗΛΙΚΤΧ. *Tristitia induravit cor vestrum.* Interp. Gothicus proculdubio legebat πεπώρωκεν pro πεπλήρωκεν· quod & suspicatus est Cl. *Junius*. Exemplis res manifestior fiet. Πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν redduntur ΓΛΔΛΠΒΙΔΛ ΪΖΕ ΗΛΙΚΤΧΝΛ. *Joh.* XII, 40. Sic, Συνεπάχυνεν ἐπὶ τῇ πωρώσει τὰς καρδίας αὐτῶν sonant Gothicè ΓΛΠΚS ΪΝ ΔΛΠΒΙΨΧS ΗΛΙΚ-ΤΙΝS ΪΖΕ. *Mar.* III, 5. Conf. quoque *Mar.* VIII, 17. Existimo πεπλήρωκε vertendum esse ΠSΕΠΛΛΙΔΛ. quod occurrit *Luc.* VII, 1. Nescio an æquum sit judicare illud ΔΛΠΒϚΛΝ affinitatem habere cum Græco Δᾶπος, quod apud Hesychium significat, inter alia, Θάνατος, φόνος. Certè ad hanc conjecturam appositè quadrat exemplum perterriti Nabalis, de quo affirmatur, *Mortuum est cor ejus in medio ejus, & ipse fuit tanquam lapis*; 1 *Sam.* XXV, 37. Hæc lectionis diversitas nihil inventura est patrocinii, quantum ego video, inter codd. Græcos, aut Interpp. vetustate conspicuos.

CAP. XVII.

VERS. 7. Νῦν ἔγνωκαν] Got. ΝΝ ΠΕΚΠΝΨΛ. *Nunc cognovi*, vel *cognovit*. Nam ΠΕΚΠΝΨΛ potest esse primæ vel tertiæ Personæ: e. g. ΪΚ ΠΕ-ΚΠΝΨΛ ponitur pro Ἐγὼ ἔγνων· *Luc.* VIII, 46. atque idem ΠΕΚΠΝΨΛ quoque habetur pro Ἔγνω (subaudiendo γνώ·) *Mar.* V, 29. Sic, *Joh.* VII, 21. ΓΛ-ΤΛΨΙΔΛ usurpatur pro Ἐποίησα· at *Joh.* VI, 14. idem ΓΛΤΛΨΙΔΛ substituitur pro Ἐποίησε. Sin autem Interp. noster exprimere voluisset Ἔγνωκαν, dicendum fuisset ΠΕΚΠΝΨΕΔΠΝ. ut *Joh.* XVI, 3. & XVII, 25. quo novissimè citato *versiculo* concurrunt quodammodo omnes jam memoratæ Personæ hujus ΠΕΚΠΝΨΛ sive ΚΠΝΨΛ. Mihi non est dubium, quin Interp. Gothicus hoc loco legerit Ἔγνωκα· tum quod cod. quidam Stephani pro Ἔγνωκάν habeat Ἔγνωκα· tum inprimis quòd Syrus Interp. dixerit ידעת *Novi*.

VERS. 8. Αὐτοὶ ἔλαβον καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς] Got. ЄIS ΝЄΜΠΝ ΒΙ SΠΝ-ϚΛΙ. *Illi acceperunt verè*; ad verbum, *in veritate:* nam Ἐπ' ἀληθείας vertitur ΒΙ SΠΝϚΛΙ. *Mar.* XII, 14, 32. sicut Ἐν ἀληθείᾳ exponitur ΪΝ SΠΝϚΛΙ. hujus XVII. capitis *versu* 17. Interp. noster non transtulit καὶ ἔγνωσαν, quæ desiderantur etiam in cod. illo Bezæ vetustissimo, ínq; altero perantiquo, qui appellatur Alexandrinus.

VERS. 24. Πάτερ, ὃς δέδωκάς μοι,] Got. ΛΤΤΛ. ΨΛΤЄΙ ΛΤΤΛΕΤ ΜIS. *Pater, quod dedisti mihi.* Secutus est Interpres lectionem, quam exhibet cod. Bezæ vetustissimus; nempe ὃ pro ὅς. Sed cùm hoc priùs attigerim

in Obſervat. ad *Joh.* XII, 32. ulteriori diſquiſitione ſuperſedere viſum eſt. Conſulat, qui volet, ſuperiùs illic annotata.

CAP. XVIII.

VERS. 10. Ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος.] Got. ⲤⲀⲒ ⲪⲀⲚ ⲒⲀⲒⲦⲀⲚⲤ ⲨⲀⲤ ⲚⲀⲘⲒⲚ ⲘⲀⲖⲔⲚⲤ. *Is*, vel *ipſe*, *autem vocatus erat nomine Malchus*. Τῷ δούλῳ hìc prætermiſſa, neceſſariò ſuppeditantur ex præcedentibus illis Ἔπαιϲε τὸν τοῦ Ἀρχιερέως δοῦλον, Got. ⲤⲀⲬⲒ ⲪⲒⲤ ⲀⲚⲒⲚⲘⲒⲤⲦⲒⲚⲤ ⲄⲚⲀⲄⲒⲚⲤ ⲤⲔⲀⲖⲔ: Tranſtuli *Nomine Malchus*; non autem *Nomen Malcus*: quia Got. ⲚⲀⲘⲒⲚ Caſûs eſt obliqui; & Ⲕ Gothicum frequenter exprimit Græcum X. Utriuſque exemplum eſto ⲚⲀⲘⲒⲚ ⲌⲀⲔⲀⲔⲒⲀⲤ pro Gr. Ὀνόματι Ζαχαρίας· *Luc.* I, 5. Sed de Gothorum elementis Ⲕ & Ⲭ. legenda ſunt quæ diligenter congeſſit magnus hujus literaturæ inſtaurator, in Alphabeto ſuo Gothico.

VERS. 15. Γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ,] Got. ⲔⲚⲚⲪⲤ ⲪⲀⲘⲘⲀ ⲄⲚⲀⲄⲒⲚ. *Notus Sacerdoti*: & mox, Εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως.] Got. ⲒⲚ ⲔⲬⲒⲤⲚ ⲪⲒⲤ ⲄⲚⲀⲄⲒⲚⲤ. *In atrium Sacerdotis*. Non in hoc ſolùm commate habetur ⲄⲚⲀⲄⲀ pro Ἀρχιερεὺς, verùm etiam aliquoties inſuper in iſthoc *Johannis* tmemate, & alibi frequenter. Satìs eſto lectorem remittere ad ea quæ, commodiorem opportunitatem nactus, obſervavi ad *Matth.* XXVII, 1. Illic etiam in unum collegi varias appellationes, quibus Judæorum Pontifices hoc uno XVIII. *capite* inſigniuntur. Nolo enim quicquam repetere: nè, qui nimis forſan jam anteà offenderim in præcocibus crudíſq; temerè depromendis, novum denuo faſtidium lectori moveam, ſi eum excipiam crambe recoctâ.

VERS. 25. Οὐκ εἰμί.] Got. ⲚⲈ. ⲚⲒ ⲒⲘ. *Non*, vel *minimè*: *non ſum*. Sed *verſ.* 17. Οὐκ εἰμὶ non aliter quàm ⲚⲒ ⲒⲘ transfertur. Gothorum ſcilicet Antiſtes ſecundam Petri negationem vehementiorem primâ reddere volebat (nec etiam earum utramque eodem modo exprimunt Interpp. Orientales:) illi tamen hac in re contrarius eſt Anglo-Saxo. Nam *verſ.* 17. ille ſolum ⲚⲒ ⲒⲘ. hic autem poſuit Nicc. ne eom ic. at *verſ.* 25. ubi ille ⲚⲈ. ⲚⲒ ⲒⲘ. hic habet tantum Ic ne eom:. Dum hìc Negativa in negandi formulis ſcribo geminata, mentem ſubeunt Helleniſmi quædam veſtigia, quæ comparere videntur in linguis Septentrionalibus; quoties *Duo Negativa vehementiùs negant*. Hujuſmodi ſunt Anglo-Saxonum locutiones, Latinis ſuis ſubjunctæ, quæ hìc ſequuntur. *Non ſum ego Chriſtus*, Ne eom ic na Ꞓꞃiꞅꞇ. *Joh.* I, 20. *Nemo eorum mundatus eſt*, Ꝺẏꞃa nan næꞅ aclænꞅuꝺ. *Luc.* IV, 27. *Si natus non fuiſſet*, Ꝺæꞇ he næꞅꞃe næꞃe acenneꝺ. *Matth.* XXVI, 24. *Nunquam ſic vidimus*, Næꞅꞃe ꝑe æꞃ þẏllic ne ꝺeꞅaꝑon. *Mar.* II, 12. *Deum nemo vidit unquam*, Ne ꝺeꞅeah

næꞅꞃe

næꝼꝑe nan man Lod (ubi Negativum triplicatur;) *Joh.* I, 18. *Non erat illis filius*, Hiꝫ næꝼdon nan beaꝑn. *Luc.* I, 7. *Panes non habemus*, Næbbe ꝑe nane hlaꝼaꝝ. *Mar.* VIII, 16. &c. Flandri, inquit Cornelius Kilianus, dicunt Ick ne sal 't niet doen / pro *Non faciam*. De linguâ denique veteri Francorum, Otfridus Monachus Wissenburgensis (in Prologo ad Euangelia à se rythmis Francicis explicata) idem docet his verbis: *Duo etiam Negativi, dum in Latinitate rationis dicta confirmant, in hujus linguæ usu penè assiduè negant.* Videant Galli nunquid ex his negativis Gothorum Particulis NE NI. conflatum sit eorum fortissimum Negativum *Nenny*; quod à quibusdam pronunciari dicitur *Neny*: sic enim D. Menagius; *I' apprens qu' en quelques lieux de Picardie on prononce encore a present* neny. De veteri quoque Latino *Nenum* vel *nenu*, Belgico Neen/&c. disserant alii, quibus vacat & expedit, dum nos vela nostra contrahimus.

LECTORI S.

EX varietatibus, quibus Versionis hujus Gothicæ fragmenta deprehenduntur abire à lectione Græcâ, quæ nobis est receptissima; has, tanquam cæteris ferè insigniores, sufficiat hac tempestate notâsse. Discrepantiarum profectò, quas in Adversaria conjeceram, partem longè maximam resecui reticuíque: illas enim censeo non incuriosum lectorem suâmet sagacitate facillimè observaturum. In istis verò paucioribus recensendis, ac qualitercunque explicandis, video me provinciam sortitum fuisse duriorem, atque opus suscepisse aleæ plenius periculosæ, quàm initiò suspicabar. Difficultas oritur ex ipsâ locorum exponendorum à Textu nostro Græco diversitate: quæ cæteris ideo sunt obscuriora, quòd facem Græcam non habeant, ut cætera, prælucentem. Periculum enascitur cùm è variantibus lectionibus hìc quoque passim suggestis, tum inprimis è fœdissimâ illâ hæreseos labe, quam legimus demum contraxisse Ulphilam, *hujus Versionis, ut creditur, auctorem. De quo nihilominus apud Sixtum Senensem lego*, Primus *Gothis* omnes divinas Scripturas è Græco in Gothicam linguam à se conversas tradidit, & CATHOLICE explicavit, diu multúmq; adversùs *Arianos* decertans, *&c. Biblioth. sanctæ lib.* IV. *pag.* 309. *edit. Paris. an.* CIↃ IↃ CX. *In diversis profectò lectionibus allegandis studiosè cavi, nè exemplar nostrum Euangelicum commune vel semel, me suadente, solicitetur. Atque si quicquam in Gothicis observâssem quod manifesti Arianismi videretur arguendum (nec enim de suspicionibus incertis volui contendere) ego sanè vel primus non dubitâssem illud carbone notare; prout decet* τὴν μὴ δυνάμενόν τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. 2 Cor. XIII, 8. *In discrepantiis distinguendis atque conciliandis, vel codicum* MSS. *Græcorum fidem imploravi; vel ad Interpretes*

vetustiores ac priscos Ecclesiæ Patres provocavi; vel etiam (quod principem locum obtinet) ad harmoniam Euangelicam, tanquam ad asylum fidissimum, aramq; longè tutissimam, confugi. Inter variantes codicum Euangelicorum lectiones, in Bibliorum polyglottorum Tomo VI. *notatas, me codice* Bezæ *vetustissimo haud parum adjutum fuisse in lectione illâ Græcâ, quam ob oculos habuisse videtur Interp. Gothicus, discernendâ, & ego libenter recognosco, & citationes monumenti illius pervetusti frequentiores abundè testantur. Exemplar autem illud, quod* IV. *Euangelia & Acta Apostolica Græco-Latinè literis majusculis exarata continet, nunc asservatur in publicâ Cantabrigiensis Academiæ Bibliothecâ; in cujus possessionem cessit, an. Domini* CIↃ IↃ LXXXI. *ex donatione ipsius Theodori Bezæ: qui etiam scribit se illud ex S. Irenæi Cœnobio Lugdunensi nactum fuisse circa an. Dom.* CIↃ IↃ LXII. *Versiones Euangelicæ, quarum adminiculo usus sum, vel typis excusæ sunt, vel manu scriptæ: illæ cuilibet patent; hæ verò, uno codice Arabico excepto, usui meo accesserunt ex amicorum concessione.* Anglo-Saxonum *monumenta* MSS. *suppeditavit doctissimus, mihiq; amicissimus vir,* Fr. Junius, *exercitatissimus hujus veterum Anglorum linguæ ferè deperditæ excultor. Codex Euangeliorum* Copticus (*vel, ut aliis placet,* Cophticus) *seu* Ægyptiacus, *cimelium est nobilissimæ bibliothecæ Clarissimi eruditissimiq;* Isaaci Vossii, *qui pro insigni suâ humanitate illud mihi communicare non est dedignatus: cui viro summo, quicunque specimini Euangeliorum Copticè versorum bene cupiunt, summas mecum debituri eo nomine sunt gratias. Plura quidem notaveram ex codice venerando, sed typorum defectus, operaq;úmq; querimoniæ ob characteres enormes atque insociabiles, ea communicandi facultatem hoc tempore negaverunt. Et inde quoque est, quòd nonnulla in Copticis & Arabicis parum commodè sint expressa; quia paucis idoneis instructi fuimus typis, quos aliunde acceperamus, amicis faventibus, mutuos. Nec mihi silentio prætereundum est Cl. viri sæpe memorati* Glossarium Gothicum, *ex cujus schedis leviter percursis, me Gothismum primò degustâsse, ac postmodum ab iisdem non semel edoctum fuisse, ingenuè profiteor atque gratabundè. Ad illud quoque se conferat, adhortor, quicunque cognoscendi Gothicarum vocum origines, accuratámq; linguarum Borealium harmoniam desiderio tenetur. Paucula illa, tam Etymologica, quàm è linguis cognatis petita, quæ in meis obiter adducuntur, non alia ferè sunt quàm quæ vir longè peritissimus præteriit intacta. Hoc enim mihi decretum fixúmq; fuit, ut sedulò, quoad poteram, ac superstitiosè providerem, nè quid ex ipsius Animadversionibus, nisi auctore laudato, in meas transcriberetur: quippe qui satiùs duxi lectorem remittere ad ipsum auctorem. Et si in nonnullis levioris momenti, ego aliter atque ille sentire videar: sciat lector, nihil quicquam à me clam viro illo eruditissimo fuisse typis vulgatum; imò iis etiam, in quibus fortasse videbimur abire in diversa, & conscium illum fuisse & consentientem. Ad mea quod attinet;*

inter

inter ea proculdubio invenientur non pauca, quæ virgulæ Censoriæ merentur castigationem. Quid enim expectandum de homine, qui præproperè festinat; quàm ut sæpiùs impingat atque labatur? quid de illo, qui aliquotics nec ducem in viâ, nec comitem habuit; quàm ut in luto aliquando hæsitet, aliquando à viâ aberret? Præda hæc Gothica, quam Cl. vindex è temporis voraciſſimi faucibus eripuit, non diſcerpta modò erat ac miſerè mutilata, ſed magnâ ſui parte devorata prorſus. Unde quoque factum eſt, ut, cùm de ſpe meâ ſæpiſſimè deciderim in difficultatibus enodandis ex locorum paralleliſmo, Obſervationes è manibus meis eò imperfectiores emitterentur, quò Textus ad manus noſtras acceſſit imperfectior. Exorandi ſunt igitur ſtudioſi ſobriiq; rerum antiquarum amatores, ut Gothorum, ſive Eccleſiæ, ſive gentis, primæva monumenta, quæ uſpiam in Bibliothecarum Archivis deturpata ſqualore, ac pulvere ſepulta deliteſcunt, jam tandem invideant blattis & tineis. Certè in Bibliothecâ quadam, quæ Bononiæ eſt in Ædibus Canonicorum Regularium ſancti Salvatoris, extare Ephemeridas linguâ Longobardicâ conſcriptas, & aliqua linguâ Gotticâ exarata, *teſtatur Angelus Roccha, in Appendice Biblioth. Vaticanæ, pag.* 396. *Inprimis Germani hac in re excitandi ſunt, ut nullas Archivorum latebras inexploratas omittant, quò poſſint demum in lucem producere codicem illum alterum, aureis argenteiſq; characteribus exaratum, & univerſum N. Teſtamentum Gothicè complectentem, quem alicubi in Germaniâ etiamnum recondi non eſt incredibile. (Vide Epiſt. Jac. Uſſerii, Armachani, ad Fr. Junium.) Ex hoc enim vehementer exoptato theſauro, & impolita mea poſſent emendatiora reddi, & tenuia prodire multò auctiora. Sed dum voti hujus compotes nobis eſſe non licet, imperfecta claudat illud B. Hieronymi:* Aut profer meliores epulas, & me convivâ utere: aut qualicunque noſtrâ cœnulâ contentus eſto. *Apolog. ad Pammachium, Tom.* II. *pag.* 100.

Atque hìc iterum me extremam hujus ſtadii metam attigiſſe, Lector, non dubitabam. Quum enim horas huic operi deſtinatas in Gothicis expendendis cunctas collocâſſem, omnem deponebam animum adornandi Annotatiunculas, quas primò mente conceperam, in Verſionem Anglo-Saxonicam. Nam vett. illi Angli S. Euangelium in idioma ſuum tranſtulerunt, non, ut Interp. Gothicus, è Fonte Græco; ſed, quæ temporum ſuorum deploranda erat imperitia, è vulgatâ Lat. Verſione. Si itaque (mecum reputabam) Saxoniſmi noſtri ignarus adhibuerit Lat. illam Interpretationem, quæ omnium manibus recipitur teritúrque; næ ille proprio ſuo Marte, imò facilè expeditéque, aſſequi poterit, quid obſervatione dignum in ſe habeat monumentum hoc Euangelicum, quod olim in cœtibus religioſis audiebant patres noſtri linguâ ſuâ vernaculâ pronunciatum. Et ſi in nonnullis ipſi aqua hæſerit, omnino recurrendum ad Dictionarium illud Saxonico-Latino-Anglicum, quod Guil. Somnerus,

Cantuarienſis, edi curavit anno diligenter compoſuit, ac typis Oxonienſibus CIↃ IↃ C LIX. *His tamen amici haud contenti, inſtare non ceſſárunt, ut aliquid ſaltem, fervente jam prelo, elucubrarem, quod Annotatiuncularum vicem ſupplere poſſit in Textum, quem correxeram, Anglo-Saxonicum: nè quod luce publicâ dignum eſt habitum, indignum habeatur noſtrâ qualicunque illuſtratione. Cui verò, quæſo, audienti* amicos *ſuadentes, ut monumentum* patrium, *linguâ* parentum *conſcriptum, excolatur, non ſtatim ſubiret illud Ciceronis:* Præclarè ſcriptum eſt à Platone, Non nobis ſolùm nati ſumus, ortúſq; noſtri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici? *Lib.* 1. *de Officiis. Hoc interim me, aliis negotiis quotidiè interpellatum, ſuſpenſum jurè habet anxiúmque: quòd ex ſubitaneis meis nondum digeſtis, imò vixdum conceptis; ex meſſiculâ, dico, meâ nondum in herbâ, quotidianum ſibi pabulum efflagitatura ſit Typographia. Eò magìs tuum erit, Lector candide, hæc paucula* ἀυθχεδιάζματα *in bonam partem accipere, quò vides ea tui inprimis gratiâ, ſatìs cum periculo moleſtiâque, ſuſcipienda.*

Nota. *Quoties in ſeqq. occurrent* Saxones, Saxonicè, *&c. intellige* Anglo-Saxones, Anglo-Saxonicè, *&c. Sic enim viſum eſt multoties repetenda, brevitatis ſtudio, ſcribere in ſubſecuturis.*

C. PLINIUS SECUNDUS,

in Hiſtoriæ naturalis Præfatione.

Res ardua, vetuſtis novitatem dare, novis autoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam, & naturæ ſuæ omnia. Itaque etiam non aſſecutis, voluiſſe, abundè pulchrum atque magnificum eſt.

THOMÆ MARESCHALLI, *Angli*,

OBSERVATIONES

in Versionem

ANGLO-SAXONICAM.

Scripturas divinas fuisse in linguis Britannicarum Insularum vernaculis, multis retro seculis, evulgatas, astruunt nostrates duobus potissimùm testimoniis: B. Chrysostomi *scil. & Ven.* Bedæ. *Illius ad Scripturarum lectionem egregiè, ut solet, instigantis* (*Tom.* VIII, *edit. Savil. pag.* III.) *hæc sunt verba:* Κἂν εἰς ἓν ἀκεανὸν ἀπέλθῃς, κἂν πρὸς τὰς Βρεττανικὰς νήσους ἐκείνας· — πάντων ἀκούσῃ παντοχοῦ τῶν ἀπὸ τῆς γραφῆς φιλοσοφούντων, φωνῇ μὲν ἑτέρᾳ, πίστει δὲ οὐχ ἑτέρᾳ, τῇ γλώττῃ μὲν διαφόρῳ, διανοίᾳ δὲ συμφώνῳ. Proficiscaris licèt ad Oceanum, ad illas licèt Britannicas Insulas: — omnes ubique audies de rebus è Scripturâ petitis philosophantes, *vel* differentes, voce quidem diversâ, sed fide non diversâ, & linguâ quamvis discordi, sensu tamen consonanti. *Hic autem historiæ suæ Ecclesiasticæ cap. primo, de statu Britanniæ nostræ, suo ipsius seculo, disertè affirmat:* Hæc in præsenti juxta numerum librorum, quibus Lex divina scripta est, quinque gentium linguis unam eandémq; summæ veritatis, & veræ sublimitatis scientiam scrutatur & confitetur; Anglorum videlicet, Britonum, Scotorum, Pictorum & Latinorum, quæ meditatione Scripturarum cæteris omnibus est facta communis. *Atque ex hac Latinâ S. Paginæ versione, literatis communi, sed plebi ineruditæ usquequaque præclusâ, varias postmodum effluxisse Interpretationes Anglo-Saxonicas, ut vulgi ignorantiæ deplorandæ consuleretur, dubitari non debet. Siquidem de ipso* Bedâ *testatur* Will. Malmesburiensis (*de Gest. reg. Angl. lib.* I, *cap.* 3.) Euangelium Johannis, quod difficultate sui mentes legentium exercet his diebus, linguâ interpretatus Anglicâ, condescendit

dit minùs imbutis Latinâ. *Quod etiam* Cuthbertus, Bedæ *discipulus, in epistolâ de obitu ipsius, apud Ven.* Bedæ *Biographum* (*de quo vide hist.* Bedæ *Ecclesiasticam editionis Whelochianæ*) *sic enarrat:* Euangelium S. Johannis in nostram linguam ad utilitatem Ecclesiæ convertit. *De Nobilissimo* Alfredo *R.* (*qui &* Ælfredus *&* Aluredus *dicitur*) *hoc tradidit* Polydorus Virgilius (*Angl. hist. lib.* v.) Aluredus Psalmos David, ex Latino in patrium sermonem vertit, quo à cunctis facilè intelligerentur. *Quin & eundem* Alfredum Anglo-Saxonum regem, divino instinctu Legem interpretari inchoavisse in sancti Martini Turonensis episcopi solennitate, *autor est* Florent. Wigornienſis, *ad an.* IↃCCCLXXXVII. *Denique*, Aluredum, acerrimi ingenii principem, totum novum & vetus Testamentum in eulogiam Anglicæ gentis transmutavisse, *citatum ex hist. Elienſi legitur, tam in Præfat. ad* Asseri *historiam de* Ælfredi *reb. gestis, quàm apud alios.*

§. 2. *Cuivis legenti Tractatus* de veteri & novo Testamento, *ab* Ælfrico *Abbate Saxonicè conscriptos, obvium erit notare quos vet. Instrumenti libros transfuderit ille in Anglo-Saxonicum sui temporis idioma: scilicet, non* Pentateuchum *solum* (*cujus exemplar unum aut alterum asservari ferunt in Bibliothecâ Cottonianâ*) *sed & libb.* Josuæ, Judicum, *&c. quinetiam Apocryphos* Judithæ *&* Machabæorum. *Si verò Abbas iste tantam veteris Testamenti portionem vernaculâ illustraverit interpretatione, etiam Apocryphis quibusdam non prætermissis; minimè dubitandum est quin N. Fœderis Euangelica Saxonicis auribus priùs fuerint accommodata. Psalmorum librum plures habuisse Interpp. Saxonicos, constabit vel intuenti variantes quatuor codicum* MSS. *lectiones, quas exhibet margo interlineati Psalterii à* Joh. Spelmanno *in lucem emissi, an.* CIↃ IↃCXL. *Quibus addi potest & alius optimæ notæ codex* MS. *penes Cl.* Junium, *Psalmos itidem complectens Latino-Saxonicos, tum eleganter versos, tum nitidè exaratos: sed hic quoque ab aliis omnibus in multis dissentit. Et quamvis* (*quod mirandum atque dolendum*) *tam in hoc, quàm in iis quibus usus est* Joh. Spelmannus, *altum sit silentium de Versionum auctoribus: hoc tamen exemplar* Junianum *post* Ælfredi *R. obitum fuisse scriptum deprehendi ex Calendario codici præfixo, ac eâdem antiquâ manu descripto. Illic enim ad* VII. *Calend. Novemb. legitur,* Ælfred rex obiit. *quod omnino concordat cum Saxonicæ Chronologiæ supplemento, quod amicus ille noster excerpsit è cod. quodam Cottoniano* MS. *ubi ad annum* IↃCCCCI. *habetur,* Her forðferð Ælfred cing VII. Kal. Nouemb. *i. e.* Hìc Ælfredus R. obiit VII. Calend. Novemb. *vel, ut habent impressa,* ꝥyx niht̃um æꝑ ealna haligna mæſſan. *i. e. ad verb.* Sex noctes ante Omnium sanctorum festum; *quod eodem recidit. Sciens prætermitto quæ legi de* Aldhelmo, *vel* Adelmo, *Episcopo Shirburnensi, qui Psalmos dicitur Saxonicè transtulisse circa an.* IↃCCV. *qúæq; de* Egberto *Episcopo Lindisfarnensi, quem plures libros Biblicos ferunt Anglicè convertisse*

ante

ante an. IↃCCXXI. *Apud exteros enim agens ego, ac patriarum Bibliothecarum subsidio destitutus, mihimet ipsi nequeo hac in re satisfacere.*

§. 3. *Ex jam dictis manifestum est vett. Anglos in suâ linguâ vulgari habuisse varias antiquásq; S. Literarum Versiones: nimirum, non* Ælfrici *Abbatis tantùm, aut* Ælfredi *regis modò memorato seculo; verùm etiam ipsius Ven.* Bedæ, *quem ex Chronologiâ Saxonicâ constat obiisse anno æræ Christianæ* IↃCCXXXIV. *vel* IↃCCXXXV. *secundùm* Sim. Dunelmensem, *hist. de Dunelm. Ecclesiâ, lib.* I. *cap.* 14. *Non tamen prætereundum censeo quod de Monacho quodam* Cædmon *dicto, qui afflatu divino, ut credebatur, Poëta evasit, affirmat ipse* Beda (*Ecclesiast. hist. lib.* IV. *cap.* 24.) *scil.* Quicquid ex divinis Literis per interpretes disceret, hoc ipse post pusillum, verbis Poëticis maximâ suavitate & compunctione compositis, in suâ, id est Anglorum linguâ, proferret. *Hócq; conciso ac sublimi orationis artificio* Canebat (*ut* Bedæ *verbis paulò pòst sequentibus utar*) de creatione mundi, & origine humani generis, & totâ Genesis historiâ; de egressu Israël ex Ægypto, & ingressu in terram repromissionis. De aliis plurimis sacræ Scripturæ Historiis; de incarnatione Dominicâ, ac passione, & resurrectione, & ascensione in cœlum; de adventu Spiritus sancti, & Apostolorum doctrinâ -- multa carmina faciebat. *Floruit iste Paraphrastes (cujus aliquot Poëmata ex cod. vetusto primus eruit edidítq; Cl.* Junius) *in Cœnobio Streneshalchano, sub nobilissimâ Abbatissâ* Hildâ, *quæ diem supremum clausit anno dom.* IↃCLXXX. *Nam in Chronologiâ Saxonicâ hæc leguntur ad eundem annum,* ⁊ ðẏ ẏlcan ȝeaꝛe ꝼoꝛð-ꝼeꝛðe Hild abbodiſſe on Stꝛeoneſheale. *id est,* Eodémq; anno ex hac vitâ migravit Hilda Abbatissa in Streoneshalâ. *Hic autem locus nunc quoque dicitur* Streaneshalch, *nunc* Straneshald, Streneshald *&* Streoneshald; Quod interpretatur Sinus fari, *inquit* Beda (*Ecclesiast. hist. lib.* III. *cap.* 25.) *&* appellatur **Hwitebẏ**/ *asserente* Sim. Dunelmensi (*hist. lib.* III. *cap.* 22.) *vel* **Whitbẏ** / *secundùm* Joh. Bromton, *ad an.* 1074. *De* Hildæ *Abbatissæ vitâ & morte consulenda est etiam* Bedæ *Ecclesiast. historia, lib.* IV. *cap.* 23.

§. 4. *Saxonicam hanc nostram Euangeliorum Versionem quod attinet, prodiit illa primò Londini, Typis Dayanis expressa, an.* CIↃIↃLXXI. *Et licèt Serenissimæ Reginæ* ELIZABETHÆ *dicata fuerit Martyrologi nostri* Johannis Foxi *epistolâ dedicatoriâ; existimo tamen* Matthæum Parkerum, *Archiepiscopum Cantuariensem, præcipuum fuisse editionis auctorem: sic enim egregius ille patriarum Antiquitatum thesaurarius de seipso, (in Præfat. ad hist.* Asseri *Shyreburnensis;)* Quatuo Euangelia eâdem linguâ [*Saxonicâ,*] atque iisdem literarum formulis excudi curavimus. *De auctore hujus Versionis, itémq; de codice, ad cujus fidem instituerunt editionem suam primi editores, nihil quicquam invenio. Porrò desinet lector curiosus mirari, à me nihil hìc definiri de Translationis antiquitate, ubi resciverit*

me ex styli variationibus adductum esse ut credam, illud opus non unius fuisse manu elaboratum; quinetiam vel unum S. Matthæi *Euangelium duos videri habuisse Interpretes. Illi autem, quibus cæcutire contingit in designandis priscorum monumentorum auctoribus, vacillare quoque solent in determinandâ eorum præcisâ antiquitate. Quicquid sit: impressum illud Londinense exemplar diligenter admodum & accuratissimè cum quatuor codicibus* MSS. *contulit vir de hisce Literis, si quis mortalium alius, præclarè meritus,* Franciscus Junius, Francisci *filius. Quales autem sint, & ubi repositi codd. illi manu exarati, indicavit vir doctus in ipso libri collati aditu, cui hæc sua ascripsit verba.* Primam atque unicam horum Euangeliorum editionem à *Johanne Foxe* anno Domini 1571. ad MS. Bibliothecæ *Oxoniensis* exemplar institutam, contulimus cum duobus aliis optimæ notæ codicibus, quorum unus nobis est C. vel *Cantabrigiensis:* alter verò B. vel *Benedictinus.* Accessit & tertius H. vel *Hattonianus*; minùs quidem antiquus, plurima tamen bona continens. *&c. Hæc ille. Utq; hæc nostra emendatior prodiret editio, mihi Cl. vir in manus tradidit ingentem illam variantium lectionum segetem, fecítq; potestatem admittendi aut rejiciendi quodcunque volebam. Quatenus autem usui meo inservierint codicum discrepantiæ, postea dabitur occasio dicendi.*

§. 5. *Codicem* Oxoniensem *&* Benedictinum *rariùs reperi ab invicem dissentientes; superiorémq; eos vetustatem spirare existimo.* Cantabrigiensis *&* Hattonianus *quoque utplurimùm inter se conspirant, sed ab aliis duobus sæpissimè variant dialecto. Horum autem, inferius, ut opinor, seculum redolentium,* Cantabrigiensem *habui longè politissimum;* Hattonianum *verò manu planè recentiori, ac stylo novitatem spirante conscriptum. In cod.* Benedictino, *quem asservat Collegium S.* Benedicti, *sive* Corporis Christi, *apud Cantabrigienses, sub finem Euangelii secundùm* Matthæum *habentur sequentia:* Ego Ælfricus scripsi hunc librum in Monasterio Baðhonio & dedi Brihtpoldo Preposito. *Quis autem fuerit* Ælfricus *ille, aut etiam* Brihtwoldus, *inter plurimos eorundem nominum Anglo-Saxones, haud ausim pronunciare. In fronte alterius illius codicis, qui* Cantabrigiensis *dicitur, quòd publicæ Cantabrigiensis Bibliothecæ sit peculium, hæc antiquâ manu Latinè pariter atque Anglo-Saxonicè conspiciuntur exarata.* Hunc textum Euangeliorum dedit Leofricus episcopus ecclesiæ sancti Petri apostoli in Exonia ad utilitatem successorum suorum. *Saxonica sequuntur his verbis:* Ðas boc Leofric Biscop gef sancto Petro ⁊ eallum his æfterngengum into Exancestre Lode mid to ðenienne:. Leofricus *iste primus Episcopus Exoniensis, qui hunc librum donavit Ecclesiæ suæ,* anno Dominicæ incarnationis CIƆLXXI. ex hac ærumnosâ vitâ subtractus *est (ut habetur ex vetusto* MS. *Bibliothecæ Bodlianæ citatum in Monastici Anglicani Tomo* I. *pag.* 221.) *vel, ut alii volunt, an.* CIƆLXXIII. *Nullus dubito, quin hic ipse liber sit, cujus mentio*

tio fit in Saxonico quodam Catalogo librorum à Leofrico *isto donatorum Ecclesiæ S.* Petri *apud Exonienses: ubi, inter alios, recensetur (in Præfat. ad Testimonium antiquitatis Saxonicum)* Þeoꝛ Englıꝛc Cꝛıꝛteꝛ boc. *i. e.* Hic Anglicus Christi liber; *vel* I. Englıꝛc Cꝛıꝛteꝛ boc (*Monast. Angl. Tom.* I. *pag.* 222.) Unus Anglicus Christi liber; *scil.* Euangelicus. Cꝛıꝛteꝛ boc *reddo* Liber Euangelicus (*de quo tamen interpretamento nonnullos dubitantes video*) *quia lego in* Ælfrici *Abbatis Tractatu de N. Testamento*, Feoꝑeꝛ Cꝛıꝛteꝛ bec ꝛındon be Cꝛıꝛte ꝛẏlꝼum apꝛıten. an þæꝛa apꝛat Matheuꝛ —. *id est*, Quatuor libri Euangelici, *seu* Christi Euangelia, de ipso Christo conscripti sunt: quorum unum scripsit Matthæus —. *Sic in Menologio Saxonico* MS. *ad Octobris* XVIII. *de S.* Lucâ *dicitur*, Se ꝑꝛat Ðone þꝛıddan dæl Cꝛıꝛteꝛ boca. *i. e.* Scripsit is tertiam patrem libri Christi, *seu* voluminis Euangelici. *In hunc quoque sensum occurrit* Ða ꝼeoꝑeꝛ Cꝛıꝛteꝛ béc. *in* Ælfrici *Canonibus* §. 33. (*apud* Hen. Spelmannum, *de Concil. Tom.* I. *pag.* 581.) *&* Ðeoꝛ Cꝛıꝛteꝛ boc. *in quadam* Ælfrici *epistolâ* MS. *ad* Clericos, *sive* Sacerdotes. *De codicis Oxoniensis, & Hattoniani antiquitate, nihil habeo compertum.*

§. 6. *Præter variantes dictorum codicum lectiones, accesserunt etiam usui meo Excerpta quædam ex duobus pervetustis quatuor Euangeliorum monumentis* MSS. *Saxonicè interlineatis: quibus indefessus ille harum literarum promotor, qui ea suppeditavit*, Cottonianarum Rushworthianarúmq; glossarum *nomen indidit, ob rationes ab ipso allatas in Monitione ad lectorem, sub finem Glossarii sui Gothici. Mihi has Glossas interlineares aliquoties adducenti, visum est eas insignire & distinguere nomine Glossatorum suorum; scil.* Aldredi, *&* Farmenni, *item* Oweni *sive* Odoëni: *cujus rei brevem redditurus sum rationem. Codici illi Cottoniano, sive* Aldredi, *applicanda sunt quæ sequuntur, descripta ex* Simeonis Dunelmensis *historiâ de Dunelmensi Ecclesiâ, lib.* II. *cap.* 12. *Sic enim ille de Textu Euangeliorum, quem post triduanam submersionem in mari, illæsum, non sine miraculo (ut credebatur) receperunt S.* Cuthberti *asseclæ.* Porro liber memoratus in hac ecclesiâ (Dunelmensi *scil.*) quæ corpus ipsius sancti patris (*Cuthberti*) habere meruit, usque hodiè servatur; in quo nullum omnino, ut diximus, per aquam læsionis signum monstratur. Quod planè & ipsius sancti *Cuthberti*, & ipsorum quoque meritis qui ipsius libri authores extiterant, gestum creditur: *Eadfridi* videlicet venerandæ memoriæ episcopi (Lindisfarnensis) qui hunc in honorem beati *Cuthberti* manu propriâ scripserat; successoris quoque ejusdem venerabilis *Ethelwoldi*, qui auro gemmísq; perornari jusserat; sancti etiam *Bilfridi* anachoritæ, qui vota jubentis manu artifici prosecutus, egregium opus composuerat. Erat enim aurificii arte præcipuus. *Hæc* Sim. Dunelmensis, *vel, ut aliis placet*, Turgotus. *Quæ omnino conveniunt cum Saxonicis illis, quæ calci codicis Euangelici conspiciuntur*

untur Gloſſatoris manu aſcripta, quæq; hìc divulgare omnino decreveram, niſi nunc demum viderem id effectum à Cl. Seldeno *noſtro, in Præfatione ejus ad Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptores editos an.* CIↃIↃCLII. *pag.* 25. *Hoc tantum, quod maximè ad rem noſtram facit, appono: nempe, poſt commemorationem eorum, quæ præſtiterunt* Eadfridus, Ethelwoldus *atque* Bilfridus, *in cod. iſthoc ſcribendo ornandóque, ſtatim ſubjiciuntur,* ⁊ Alɒɲeƀ ꝑɲeɼbẏtep ınbıȝnuɼ ⁊ mıɼeꝑꝑımuɼ. mıƀ Lobeɼ ꝼulꝛume ⁊ ɼancti Luƀbeɲtep. hıt oꝼep̄gloéɼabe on Enȝlıɼc. *&c. q. d.* Aldredus, auxilio Dei & S. Cuthberti, hunc *librum* Gloſſâ illuſtravit Anglicanâ. *Et mox,* Eabꝼɲıƀ. Oeƀılualƀ. Billꝼɲıƀ. Alɒɲeƀ. hoc euangelium Deo ⁊ Luƀbeɲhto conɼtɲuxeɲunt ł oɲnaueɲunt:. *De* Eadfrido *&* Ethelwoldo *ſcribit* Sim. Dunelmenſis *in hiſt. de Dunelm. Eccl. lib.* I. *cap.* II. *&* 12. *Et in ejuſdem hiſt. de geſtis regum Angl. legimus,* Anno IↃCCXL. *Ethelwald* Lindisfarnenſis Eccleſiæ antiſtes migravit ad Dominum. *In* MS. *autem ſupplemento Chronologiæ Saxonicæ ad an.* IↃCCXXXVII. *lego* Aƀelpolƀ B' ⁊ Acca ꝼoɲƀꝼeɲƀon. *i. e.* Athelwoldus Epiſcopus & Acca obierunt. *De hoc ipſo (niſi me omnia fallunt) Euangelico codice affirmatur (in lib. Anglico, qui circumfertur ſub nomine* Reliquiarum Guil. Camdeni, *cap.* 3. *de Linguis.) Euangeliſtas, gloſſatos Saxonicè, ab* Eadfrido *octavo Epiſcopo Lindisfarnenſi fuiſſe ſcriptos circa annum Chriſti* IↃCC. Johan. Seldenus (*in Præfat. ſuprà citatâ*) *ſtatuit* perpulcherrimum Euangeliorum illius ſeculi codicem (*ut eum vocat*) ſplendidiſſimè ſcriptum ornatúmq; fuiſſe ſub annum IↃCLXXX. ſuperſtite Cuthberto; *ab* Aldredo *verò Preſbytero Saxonicè verſum, poſt* Cuthberti *demum ac* Eadfridi *obitum. Atque hac de cauſâ mihi dicitur illa Gloſſa* Aldredi. *Venerandum monumentum iſthoc fuiſſe repoſitum in rariſſ: bibliothecâ Cottonianâ, mihi dudum innotuit è S.* Cuthberti, *Epiſcopi Lindisfarnenſis, hiſtoriâ, quam* Robertus Hegg (*ſi rectè memini*) *Collegii Corporis Chriſti, apud Oxonienſes, Socius, vernaculè ſcripſit anno* CIↃ IↃCXXVI. *Annis àbhinc ferè viginti, mihi, Collegii Lincolnienſis tunc temporis alumno, conceſſum fuit deſcribere elegantem illam hiſtoriolam, quam nuper admodum excuſam video ſub hoc Titulo,* **The Legend of Saint Cuthbert**; *ſed editione profectò auctore accurato penitus indignâ. Deſiderantur enim omnia ferè Auctorum allegatorum nomina, Epiſtola ad Lectorem, & alia quædam lectu digna, inter quæ & hæc noſtra animadverſio de vetuſti codicis hujus ſede præſenti. Alterum illud interlineatum monumentum appellavi Gloſſas* Farmenni, *vel* Oweni: *quòd legerim hæc verba calci Euangelii ſecundùm* Matthæum *aſcripta;* Faɲmen ꝑɲeɼbẏtep ꝑaɼ boc ꝑuɼ ȝleoɼeƀe. *i. e.* Farmennus Preſbyter hunc librum ſic gloſſâ explicavit: *ſub finem verò codicis, appoſita ſequentia;* Đe mın bɲuche ȝıbıƀƀe ꝼoꝛe Opun đe đaɼ boc ȝloeɼƀe Fæɲmen đæm ꝑneoɼte æt Hapapuba. *ſcilicet,* Cuicunque mei uſus obtigerit, oret ille pro Oweno, *ſeu* Odoëno, qui hunc librum gloſſâ illuſtravit

Fær-

Færmenno Presbytero Harwoodensi. *At in ipso fine inveniuntur hæc verba;* Macregol dipincxit hoc euangelium. quicumque legerit & intellegerit istam narrationem. orat pro Macregul scriptore. *Qui autem fuerint* Færmennus *&* Owenus *Glossatores illi, aut etiam* Macregol *iste librarius, ego profectò definire non valeo.*

§. 7. *His itaque subsidiis instructus, operam dedi ut Euangelia Saxonica à mendis, in editione illâ Londinensi admissis, purgarentur; quantum nempe licuit per codices suffragantes. Quamvis enim Interpretem Saxonicum crassissimè hallucinantem non rarò observaverim, manum tamen meam à calami castigatorii usu severè cohibui, nisi unius saltem codicis suffultus authoritate. Memini interim me legentem Mar.* III, 7, 8. — Fram Galilea. and Iudea. and Hierusalem. and Fram Iudea. *pro posteriori* Iudea *substituisse in editione nostrâ* Idumea. *quod omnino restituendum erat. Sic ubi vidi,* Nam Petrum ⁊ þæs mædenes modor. *Mar.* v, 40. *reposui* Nam þæs mædenes fæder ⁊ moder. *nullus scilicet dubitans quin Interp. pro* patrem *legisset* Petrum. *Præter hæc duo, existimo me nihil quicquam de meo inseruisse. In Textu corrigendo rarò quoque admisi Versionem Glossatorum, nisi ad unum forsan aut alterum errorem gravissimum amovendum. Exempli gratiâ, Matth.* XXI, 16. *è* Farmenni *Glossâ posui* Of sucendra muþe. *pro Lat.* Ex ore lactentium: *quum priùs in impressis, ac omnibus codd.* MSS. *legeretur, manifesto errore librarii,* Sacerda (*i. e.* Sacerdotum) *pro* Sucendra. *Ita quoque Mar.* XV, 32. *ex utroque Glossatore scripsi* Hearm-cuoedun him *pro Lat.* Convitiabantur ei: *ubi omnia exemplaria Euangelica habebant* Þæron hym midgebundene. *acsi lectum esset* Convinciebantur ei. *In Orthographicis quidem mihi nullam non licentiam indulsi: namque luxata quædam restitui; literas, quas vocant, Capitales adjeci aut rejeci; interpunctiones & connexiones apposui pro libitu. Hoc enim negotii mihi credidi solum dari, ut obscura illustrarem, confusa in ordinem redigerem, quibuslibet modis obviam irem lectoris philosaxonis ignorantiæ. Verumenimverò post multa passim correcta, restare video nonnulla corrigenda. Non est enim unius limæ, nedum meæ, sermonem obsoletum, ac rubigine obductum, exquisitè polire, nitoríq; debito restituere. In primâ quoque operis parte, libertate illâ epanorthoticâ parciùs sum usus; in posteriore verò frequentiùs, ac forsan magìs artificiosè. Sicut enim frabricando fiunt fabri; ita limando, limatores. Præterea, quum Anglo-Saxonum monumenta duabus solùm gaudeant Notis distinguentibus, nullum nobis signum Interrogationis aut Parentheseos, nullum ad omnes imperfectarum distinctionum species designandas suppetebat. Placuit tamen creberrimè usurpare connexionis vel divisionis notulam illam quæ sic pingitur (-). Hac enim vel Composita denotantur: ut,* Leorning-cniht. Discipulus; Agen-coman. Redire: *vel* Ge *augmentum initiale ante Vocalem distinguitur quoad pronunciationem:*

ut, Ge-anlicie. *Mar.* IV, 30. Ge-eaðmetrt. *Luc.* IV, 7. Ge-ÿfloð. *Joh.* XI, 2. Ge-openoðe. *Joh.* XIX, 34. Ge-unnotroðe. *Matth.* XXVI, 22. *Conjunctim enim scribenda sunt* Geannað. *Luc.* XXII, 8. Geonnlice. *Matth.* II, 8. Geoguþe. *Luc.* XVIII, 21. *& similia. In hac Vocales concurrentes distinguendi ratione imitatus sum hodiernos Belgas, quibus solennis est scriptura consimilis in* Ghe-acht/ ghe-eert/ ghe-eyscht/ ghe-offert; *quinetiam in* Be-erven/ toe-eygenen/ *&c. In Compositis verò designandis non universaliter adhibui notellam illam distinctivam vel, ut aliis placet, connexivam, quæ Græcis dicitur* Ὑφέν. *Composita enim censeo,* Æthnınan (*non enim scribendum est* Æþnınan) Tangere, attingere; Bnÿðguma. Sponsus; Benen. (*pro* Ben enn. *in Gloss.* Aldr. *ad Matth.* VI, 26.) Horreum; Lpeanteenn (*pro quo, in Gloss. utrâque ad Mar.* VI, 17, 27. *occurrit* Lancenn. cenc enn *&* cancheenn) Carcer; Rihtpire (*quod in membranis Sax. video separatim scriptum*) Justus; *& istiusmodi sexcenta quæ conjunctim leguntur in hac quoque renovatâ editione. Quid multa? in Saxonicis interpolandis haud temerè discessum est à lectione impressi exemplaris. Quoniam vero frequentibus scatebat illud lacunis, hanc super iis legem emendatoriam visum est observare. Quoties hiantem vidimus Textum Saxonicum, propter defectum in vulgatâ Lat. Versione; nullam in hac editione lacunam agnovimus. Quoties deficiebant Saxonica; è Glossâ alterutrâ supplevimus, ubi Excerpta dabant opportunum supplementum: ubi verò neutra Glossarum suppeditabat assumentum; manet etiamnum hiatus manum consarcinatricem aliunde expectans. Quæ autem è Glossis illis interlinearibus accepta in Textum nostrum transportavimus, conspiciuntur hujuscemodi uncis* [ ] *inclusa; quippe quæ à cæteris dialecto mirè dissentiunt. Atque hæc cursim dicta sunto de Biblicis Anglo-Saxonum Versionibus in genere; & speciatim de hac Interpretatione Euangeliorum nunc non recusâ solùm, sed & quandantenus recognitâ.*

IN hac editione recensendâ, mihi quædam occurrebant, quorum cognitionem aut Lectori imperito commodam, aut curioso saltem non ingratam amici existimant futuram: qualia sunt,

I. *Nonnulla, in tribus præsertim Euangelistis prioribus, quæ à vulg. Lat. Versione illâ quæ nobis in usu est, recedentia, cum aliâ quadam antiquâ non rarò convenire deprehenduntur.*

II. *Voces quædam in* Rubricis, *quas vocant, quarum interpretationem in communibus Latinis Euangeliorum editionibus frustra quis quæret.*

III. *Variantes aliquot Lectiones, cæteris notabiliores, quas è quatuor codicum* MSS. *collatione notavi.*

IV. *Crassiores quædam hallucinationes, sive Interpretis Saxonici sint eæ, sive librariorum, quas collatorũ Manuscriptorum autoritate non licuit emendare.*

Hæc

Hæc itaque mihi, amicis hac in re obſecundare volenti, ſigillatim attingenda ſunt, ſed curſim omnino & jejunè, vereor nè inſcitè. Feſtinantibus ſiquidem fatale eſt, ut fœtus ſuos pariant cœcos.

I.

Loca aliquot Verſionis ANGLO-SAXONICÆ quæ à vulgatâ *Latinâ*, quâ nos utimur, diſcrepantia, cum vetuſtiſſimo illo *Græco-Latino* codice THEOD. BEZÆ potiſſimùm conſentiunt.

MATTH. IV, 4. Qui reſpondens dixit,] *Sax.* Ða anðrþaþoðe ȝe hælenð. *i. e.* Tum reſpondit Jeſus. *Bezæ codex ille habet* Ἀποκριθεὶς ὁ δὲ Ἰησοῦς, εἶπε· *cui conſonat Heb. Euangelii editio Tiliana, quæ reddit* ויען ישו ויאמר Reſpondit autem Jeſus & dixit. *Hoc nihil aliud eſt quàm parallelum illud*, Et reſpondit ad illum Jeſus; *Luc.* IV, 4.

MATTH. IX, 15. Tunc jejunabunt.] *Sax.* þonne on þam ðaȝum hiȝ ȝæȝtað. *i. e.* Tunc in illis diebus jejunabunt. *In cod. illo vetuſtiſſ. legitur* Τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· *quod totidem verbis reperitur in Textu conſimili, Mar.* II, 20. *& Luc.* V, 35.

MATTH. X, 4. Judas Iſcariotes,] *Sax.* Iuðaȝ Scaþioth. *ſic cod. perantiquus in Textu Lat. habet* Scariotes, *in Gr.* ὁ Σκαριώτης. *Vide quid hoc ipſo de nomine dixerimus in Obſervat. ad Verſionem Got. in Joh.* XII, 4. Scaþioth *paſſim occurrit in hac Tranſlatione Sax. niſi quòd Matth.* XXVI, 14. *habeatur* Iuðaȝ ȝe þiþeþȝaca (*q. d.* Apoſtata) *pro* Judas Iſcariotes.

MATTH. X, 23. Fugite in aliam.] *Sax.* Fleoð on oðþe. ⁊ þonne hi on þæþe eoþ ehtað. ȝleoð on þa þþýððan. *addendo nempe*, Et cùm perſequentur vos in illâ *civitate*, fugite in tertiam. *Unà cum Bezæ codice illo, addit & alius quidam Stephani*, Ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκουσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· *alius verò ejuſdem Stephani*, Κἂν ἐκ ταύτης ἐκδιώξουσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. *In quodam vet. codice Latino invenitur quoque, affirmante Lucâ Brugenſi, hoc aſſumentum*, Et cùm in aliam perſequentur vos, fugite in tertiam. *Conſule ipſum, ſi lubeat, in Græcis etiam lectionibus variantibus.*

MATTH.

MATTH. XIV, 2. Joannes Baptista] *Sax.* Iohannes se Fulluhtene þe ic beheafdode:. *Adduntur nimirum*, quem ego decollavi *post* Johannes ille Baptista: *prout in cod. Bezæ vetustissimo, aliquótq; aliis*, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, *post* Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής. *Additamentum planè videtur desumptum è Mar.* VI, 16. *Scripturâ putà parallelâ, ubi legimus*, Quem ego decollavi Joannem, *&c.*

MATTH. XV, 30. — Mutos, cœcos, claudos,] *Sax.* — Manega healte ⁊ blinde. *i. e.* Multos claudos & cœcos. *Putabam quidem Interpretem Saxocum in suo Lat. exemplari legisse* multos, *pro* mutos: *sententiam verò suspendendam opinor, qui pro Græcis* Χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, *lectum video, in cod. illo pervetusto,* Χωλοὺς, τυφλοὺς *tantùm, omisso* κωφούς. *Lectori defertur optio utramlibet admittendi conjecturam. Si quis lectionum diversarum syllogas, antiquásq; Versiones consulere velit, is mirari desinet, quòd epithetorum istorum ordo hìc turbetur. Nobis his immorari non vacat.*

MATTH. XVIII, 10. — Unum ex his pusillis:] *Sax.* — Ænne of þýsum lýtlingum þe gelýfað on me. *hoc est*, — Unum ex his pusillis, qui credunt in me. *Sic cod. ille modò laudatus, pro Græcis* Τῶν μικρῶν τούτων, *exaratum ostendit* Τούτων τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ. *Vix ambigendum, quin lectio isthæc conformata sit ad similem illam præcedentem, vers.* 6. — Unum de pusillis istis qui in me credunt: *Saxonicè*, — Ænne of þýssum lýtlingum þe on me gelýfað:.

MATTH. XX. *inter vers.* 28 *&* 29. *hæc interjecta leguntur in* MS. *Oxoniensi, nec non Cantabrigiensi, Benedictino, Hattonianóq; totidem ferè verbis:* Ge pýlniað togeðeonne on gehpædum þinge. ⁊ beon gepanod on ðam mæstan þinge:. Þitodlice þonne ge to geneonde gelaðode beoð. ne sitte ge on þam fýnmestan setlum. þe læs þe anpunðne pén æften ðe cume. ⁊ se husbonda háte ðe anisan ⁊ nýman þam oþnon. ⁊ ðu beo gescýnd:. Gif ðu sitst on geneonde on þam ýtemestan setle. ⁊ æften ðe cýmð oþen gebeon. ⁊ se laðigenda cpeðe to ðe. Site innon leof. þonne bið ðe anpunþlicon þonne þe man uton scufe:. *Hæc autem Latinè sonant*; In rebus exiguis crescere vos cupitis, & in maximis rebus minui. Cùm autem vos ad refectionem, *vel* convivium, vocati fueritis, nè discumbite in primis (*i. e.* summis) sedibus: nè fortè vir te honorabilior accedat post te, & paterfamilias te surgere jubeat, & alteri locum dare; & tu confundaris. Si in convivio discubueris in sede ultimâ (*i. e.* infimâ) & post te accedat alius conviva, dicátq; tibi invitator, Amice, interiùs (*i. e.* eminentiùs) discumbe: tunc tibi honorificentius erit, quàm *si* te exteriùs (*i. e.* inferiùs) detrudant. *Mihi assumentum isthoc nuspiam invenire contigit, nisi in hac Versione Anglo-Saxonicâ, atque in vetustissimo illo Græco-Latino Bezæ exemplari* MS. *cujus Versio Latina sic se habet:* Vos autem quæritis de minimo

nimo crescere, & de magno minui. Introëuntes autem & rogati cœnare, nè discubueritis in eminentibus locis, nè fortè dignior te superveniat, & accedens cœnæ invitator dicat tibi, Adhuc deorsum accede: & confundaris. Si autem discubueris in minimum locum, & superveniat minor te; dicit tibi invitator cœnæ, Collige adhuc superiùs: & erit tibi hoc utile. *Græca vidi ex tribus Apographis excusa; primò nempe, in ipsius Theod. Bezæ Annotationib. in Matth.* xx, 18. *secundò, in Hen. Hammondi Annotationib. Anglicis in eundum locum; ac denique in Bibliorum polyglott. Londinensium Tomo* VI. *unde Latina jam adducta descripsi. Græca quoque dabo ex iisdem Bibliis, unà cum discrepantiis observatis ex aliis Apographis.* Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ὀκ μικρὰ ἀυξῆσαι, καὶ ὀκ μείζονα ἐλαττον εἶναι. [*Bez.* ἐλαττᾶσθαι· Ἐλαττονεῖναι, *inquit D. Hammondus, vel perperam scribitur pro* ἔλαττον εἶναι, *vel pro* ἐλαττονᾶσθαι.] Εἰσερχόμενοι δὲ καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι, [*Bez.* δειπνεῖσθαι,] μὴ ἀνακλείνεσθε [*Bez.* ἀνακλίνεσθε· Ἀνακλείνεσθαι, *inquit D. Ham. pro* ἀνακλίνεσθε] εἰς τὰς ἐξέχοντας τόπους, μήπολε ἐνδοξότερός σε ἐπέλθῃ, καὶ προσελθὼν ὁ δειπνοκλήτωρ εἴπῃ σοι, Ἔτι κάτω χώρει· καὶ καταισχυνθήσῃ. Ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σε ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλήτωρ, Συνάγε ἔτι ἄνω· καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. *Cùm abhinc biennio ferè discernerem hæc, ex uno eodémq; codice petita, inter se per omnia non convenire; occasione tunc datâ, petii à viro eruditissimo, mihiq; familiariter noto,* Roberto Sheringhamio, *Cantabrigiensi, ut hoc qualecunque additamentum suâ manu mihi describeret ex ipso admirandæ vetustatis monumento: quod vir amicissimus haud gravatè præstitit. Quum itaque ad hunc quoque locum justissimè pertineat, ut hoc novissimum meum publicetur Antigraphum: id sanè typis libenter mando, sed Archetypi æmulum; Spiritibus putà, Accentibus, ac vocum distinctionibus omnino destitutum. Adeo ut, si res ipsa forsan minoris sit momenti quàm ut toties imprimi mereatur, habeat saltem lector criticus non ingratum codicis pervetusti Specimen. Ectypum sequitur, ut potuimus, expressum.* ΥΜΕΙC ΔΕ ΖΗΤΕΙΤΕ ΕΚ ΜΕΙ ΚΡΟΥ ΑΥΞΗCΑΙ ΚΑΙ ΕΚ ΜΕΙΖΟΝΟC ΕΛΑΤΤΟΝΕΙΝΑΙ ΕΙCΕΡΧΟΜΕΝΟΙ ΔΕ ΚΑΙ ΠΑΡΑΚΛΗΘΕΝΤΕC ΔΕΙΠΝΗCΑΙ ΜΗ ΑΝΑΚΛΕΙΝΕCΘΕ ΕΙC ΤΟΥC ΕΞΕΧΟΝΤΑC ΤΟΠΟΥC ΜΗΠΟΤΕ ΕΝΔΟΞΟΤΕΡΟC CΟΥ ΕΠΕΛΘΗ ΚΑΙ ΠΡΟCΕΛΘΩΝ Ο ΔΕΙΠΝΟΚΛΗΤΩΡ ΕΙΠΗ CΟΙ ΕΤΙ ΚΑΤΩ ΧΩΡΕΙ ΚΑΙ ΚΑΤΑC ΧΥΝΘΗCΗ ΕΑΝ ΔΕ ΑΝΑΠΕCΗC ΕΙC ΤΟΝ ΗΤΤΟΝΑ ΤΟΠΟΝ ΚΑΙ ΕΠΕΛΘΗ CΟΥ ΗΤΤΩΝ ΕΡΕΙ CΟΙ Ο ΔΕΙΠΝΟΚΛΗΤΩΡ CΥΝΑΓΕ ΕΤΙ ΑΝΩ ΚΑΙ ΕCΤΑΙ CΟΙ ΤΟΥΤΟ ΧΡΗCΙΜΟΝ. *His verbis Matthæi Euangelio, ita ut dictum est, insertis, ferè parallela sunt ea quæ occurrunt,* Luc. XIV, 8. Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὸν πρωτοκλισίαν· μήπολε ἐντιμότερός σε ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ· 9. Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρεῖ σοι· Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν. 10. Ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον· ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι· Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον· τότε ἔσῃ σοι δόξα ἐνάντιον τῶν συνανακειμένων σοι.

Hæc plenè transcripsi: quòd ad ea, in nonnullis, propiùs accedant Saxonica nostra, quàm ad illa quæ superiùs afferuntur. In hoc autem Lucæ loco, nullum agnoscunt paralleliſmum Canones Eusebiani. Nam in omnibus, quæ vidi, exemparibus Græcè, Latinè, Arabicè aut Copticè scriptis, quæ κεφαλαίων Canonibus respondentium numeros habent margini ascriptos, hìc appictum cernitur I *sub* ϙη, *sive* X *sub* 178. *quod indicat hanc Sectionem pertinere ad Canonem decimum. Est autem* Κανὼν δεκατος, ἐν ᾧ ἰδίως ἑκάστου καὶ τινων εἰρήκασι· *vel, in quo* propria singulorum *Euangelistarum* tantummodò continentur; *ut habet Hieron. in Præfat. ad quatuor Euangelia. Horum itaque Canonum autoritate rejicitur illud, quod Matthæi Euangelio intertextum vidimus, tanquam Apocryphum. Recurrendum est interea ad cod. illum Bezæ vetustissimum, qui dicitur quoque habere κεφάλαια illa Canonibus respondentia; atque decernendum est num ex iis quæ grandævo exemplari apponuntur, observare liceat hæc è Lucâ petita, ac illa attributa Matthæo haberi pro parallelis. Primi Euangeliorum Saxonicorum editores hoc additamentum in Contextum suum non admiserunt, nec uspiam monuerunt in codicibus* MSS. *illud extare. Nos eos imitantes, in editionem quoque nostram non recepimus. Sed de ipso assumento satìs dictum arbitror; certè pro temporis nostri modulo, satìs supérque.*

MATTH. XXI, 17. Ibíq; mansit.] *Sax.* ⁊ læpde hi þap be Godes ryce. *i. e.* Ibíq; docebat eos de regno Dei. *De hac discrepantiâ, sic Lucas Brugensis:* Quòd quædam manuscripta addunt *Et docebat eos de regno Dei*, Epanorthotes ex Ecclesiastico officio acceptum notat. *Habetur autem Officium illud feriâ tertiâ post primam Dominicam Quadragesimæ, ubi ex quatuor Missalibus* MSS. *quæ consului, tria habent* Et docebat eos de regno Dei, *post* Ibíq; mansit; *quartum solummodò*, Ibíq; mansit. *Hoc assumentum inveni in quatuor Latinis, & sex Belgicis Euangeliorum codicibus manu exaratis. Anglicum quoddam* MS. *habet* **And there he dwelte / and taigte hem of the kingdoom of God**: *cujus Versionis auctor quoque legebat Latinè*, Ibíq; mansit, & docebat eos de regno Dei. *Præter exemplaria quædam Latina, Versionésq; jam memoratas è Latinis traductas, nihil prorsus reperio huic additioni suffragans.*

MATTH. XXI, 31. Dicunt ei, Primus.] *Sax.* Ða cpæðon hiꝫ. Ðe æꝼtepa. *i. e.* Tum dicebant illi (*Num. Plur.*) Posterior. *Interp. videtur legisse* ii *pro* ei, *quod in quibusdam exemplaribus desideratur, attestante Luc. Brugensi. Pro* ὁ ἔσχατος *habet Bezæ cod. ille vetustiss. in Gr.* ὁ ἔσχατος, *in Lat.* Novissimus. *Ex Arabicis exemplarib. Romanum & Erpenianum legunt* الاول Primus; *Londinense verò* الاخير Postremus; MS. *meum, itémque Kirstenianum,* الاخر *quod itidem* Postremus *significat. Codicis sui lectionem variantem sic excusat Pet. Kirste-*

Kirſtenius: Manuſcriptum tranſponit prioris filii reſponſum ultimo loco, & poſterioris primo. *Hoc idem quoque factum eſt, non ſolùm in editione Londinenſi illâ, ac cod. meo* MS; *verùm etiam in exemplari Erpeniano, quod tamen Græcis conſentaneè* Primus *habet (ſicut jam dictum eſt) non autem cum aliis iſtis,* Poſtremus. *Interpres Ægyptiacus filiorum quoque tranſponit reſponſiones, atque pro iſthoc* ὁ πρῶτος *conſequenter ponit* ⲡⲓⲉⲥⲭⲁⲧⲟⲥ *q. d.* ὁ ἔσχατος. *Auguſtinum legiſſe* Noviſſimus *obſervârunt alii. Hilarium etiam ſimile quid habuiſſe in ſuo exemplari, non obſcurè colligi poteſt ex his verbis,* Dicunt *Phariſæi* voluntati *patris* juniorem obedîſſe; *Comment. in Matth. can.* XXI. *Multus eſt Epiſcopus ille Pictavienſis in hoc Judæorum reſponſo explicando, ſed expoſitionem ejus huc tranſcribere, parum admodùm ad rem noſtram attinet. Accommodatior eſt hæc Hieronymi Obſervatio,* Porrò quod dicitur: *Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Et illi dicunt,* Noviſſimus, ſciendum eſt, in veris exemplaribus non haberi *noviſſimum,* ſed *primum,* ut proprio judicio condemnentur. Si autem *noviſſimum* voluerimus legere, manifeſta eſt interpretatio, ut dicamus intelligere quidem veritatem Judæos, ſed tergiverſari, & nolle dicere quod ſentiunt: ſicut & baptiſmum Joannis ſcientes eſſe de cœlo, dicere noluerunt. *Sic ille. In tribus iſtis quæ noviſſimè legiſti, Lector, Obſervatis, Specimen dare volui eorum quæ dicenda forent ab illo, qui variantes has lectiones penitiùs enuclearet. Quæ à me deinceps annotanda reſtant, & decretum & neceſſe eſt ea non niſi ſtrictim attingere.*

MATTH. XXI, 39. Eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt.] *Sax.* Oꝼꝼloᵹon hỳne. ϸ apuppon pi ðuꝛan þone pmᵹeaꝛð. *q. d.* Occiderunt eum, & ejecerunt extra vineam. *In hoc etiam Interp. noſter imitatus eſt vetuſtum illum Bezæ codicem, cujus lectio eſt,* Ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τῆς ἀμπελῶνος· *quæ ipſa quoque verba occurrunt in loco parall. Mar.* XII, 8.

MATTH. XXIII, 14. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, *&c.*] *Verſus iſte deeſt in Saxonicâ Tranſlatione, ac in Bezæ illo cod. pervetuſto.* Hunc verſum, *inquit Luc. Brugenſis (in var. lect. Lat.)* plurimi boni Latini codices omittunt: — à quibus autem legitur, variis & loco & modo legitur. *Vide ipſum hanc rem prolixiùs enarrantem in Notationibus ſuis in Biblia ſacra. Habent eum omnes, quos conſului, Orientales; ſed non omnes Arabes eodem modo. Verſus quoque* 13. *&* 14. *in Euangeliis Syriacis, Arabicis, Copticis, aliiſq; aliquot tranſponuntur. Nec idem ordo in Græcis impreſſis conſtanter obtinet. Bezæ aliorúmq; cenſuras, quæ cuilibet ad manum ſunt, adducere ſupervacaneum eſt. Conf. Mar.* XII, 40. *& Luc.* XX, 47.

MATTH. XXIV, 41. *poſt hæc verba,* Una aſſumetur, & una relinquetur, *addit Interp. Saxo,* Tpeᵹen beoð on bebbe. an bỳð ᵹenumen. ϸ oþeꝛ bỳð læ-

ꝥeð. *i. e.* Duo erunt in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur. *In Bezæ codice vet. hæc inveniuntur Græcè*, Δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς, ἕις παραλαμβάνεται, καὶ ἕις ἀφίεται· *Latinè verò isthæc*, Duo in lecto, unus adsumetur, & unus relinquetur. *Quæ agnoscuntur etiam in utrâque editione Hebraicâ, ubi lego*, שנים [*edit. Tilianâ*, בערש אחד ילקח ואחד יעזב שתים] Duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquetur. *Nec omittuntur in Versione è Græco factâ, Brucioland, cujus verba sunt*; Duoi nel letto, uno fia preso, e l'altro fia lasciato. *Omnino remittendus est lector ad Lucæ Brugensis illas Notationes prolixiores, ubi hoc additamentum è pluribus codicibus, ac vett. Patrum monumentis diligentissimè eventilatum videbit. Eadem verba habentur Luc.* XVII, 34.

MATTH. XXVII, 32. Invenerunt hominem Cyrenæum,] *Sax.* þa ꝿemetton hiꝿ ænne Cyꝛeniꝛcne man cumenðe hym toꝿeaneꝛ. *i. e.* Tum invenerunt hominem Cyrenæum, venientem ipsi obviam. *Vet. ille Bezæ codex habet, in Gr.* Εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ· *in Lat.* Obviam sibi venientem. *Post* Simonem Cyrenæum, *vel* Cyrenensem, *additur*, venientem de villâ (Gr. ἀπ' ἀγροῦ) *Mar.* XV, 21. *& Luc.* XXIII, 26.

MATTH. XXVII, 46. Eli, Eli, lamma sabacthani? hoc est, *&c*] *Sax.* Heli. Heli. lema zabðani. ꝑ ıꝛ on Enꝿliꝛc. *&c. q. d.* Hoc est Anglicè, *&c. Interpres Gothicus, pro* Ἐλὶ, *scribit quoque aspiratè* ℌЄΛЄI. *prout statim vers.* 47. *pro Gr.* Ἠλίαν, *& Lat.* Eliam, *occurrit Gothicum* ℌЄΛIΛN. *& Saxonicum* Heliam:. *At Mar.* XV, 36. Ἠλωὶ *effertur Gothicè* ΛIΛϚЄ. *ubi tamen Saxo, suam retinens aspirationem, scribit* Heloi:. *E contrario, quædam Græca & Latina Spiritu aspero insignita, in his nostris Versionibus leni gaudent pronunciatione: e. g. Gr.* Ὡσαννὰ, *& Lat.* Hosanna, *sunt Got.* ϚSΛNNΛ. *& Sax.* Oꝛanna. *Mar.* XI, 9. Λαμὰ *Matthæi, &* Λαμμᾶ *Marci transcribuntur Gothicè* ΛIMΛ. *Saxonicè* Lema. *Moscoviticè* AHMA· *quò spectat Codicis Alexandrini lectio,* Λιμὰ *scil. seu* Λιμᾶ. *Saxonicum* Zabðani (*quod in uno codice invenitur etiam Mar.* XV, 43.) *videtur conformari ad* Ζαφθάνει, Σαφθάνει, Zapthani *&* Zaphthanæ; *quæ dicuntur reperiri in cod. illo Bezæ, nusquam non à nobis allegato. Vocabula hæc Hebraica, Latinis non satìs explorata, mirâ varietate in Latinis scribi codicibus observavit Luc. Brugensis. Piget singula huc referre. Adeat lector ipsum auctorem. Rem multo gratiorem lectori me non incurioso facturum puto, si è Copticis Euangeliis nondum publicatis, hæc verba describam, Chalcographóq; tradam eodem planè modo, quo distincta videntur in ipso venerandæ antiquitatis exemplari. In S. Matthæi Euangelio extant sequentia,*

ϪЄЄλωιЄλωὶ ⁘ ЄλЄ.ϩϩCϨϐϨϪϐϩNI ⁘ *In S. Marci autem sic interpuncta sunt:* ϪЄЄλωὶ ⁘ Ελωὶ ⁘ ЄλЄ.ϩϩ· ⁘ CϨϐϨϪϐϩNI ⁘

De

De Ἐλωὶ *utrobique expreſſo, penes alios eſto judicium. Nobis deproperantibus ſatis eſt deſcripſiſſe. Interpp. Syrum, Arabem, cæteróſq; Orientales libens prætereo.*

MAR. II, 22. Sed vinum novum in utres novos mitti debet.] *Sax.* Ac nipe pin ꝛceal beon ȝeȣon on nipe bẏtta. ꝥonne beoȣ butu ȝehealȣen:. *Adjiciuntur nimirum* Et ambo conſervantur, *quæ in quibuſdam libris Latinis inveniri affirmat Luc. Brugenſis. Sed huc tranſlata videntur è Matth.* IX, 17. *ubi in Sax. habentur*, Anȣ æȝþeꝛ bẏȣ ȝehealȣen. *pro* Et ambo conſervantur. *At Luc.* V, 37. *pro Lat.* Et utraque conſervantur, *poſuit Interp. noſter* ꝥonne beoȣ ꝥa bẏtta ȝehealȣene. *q. d.* Et utres conſervantur. *Ubi aut Interp. légit* Utres *pro* Utraque; *aut librarius, pro* Butu. *ſcripſit* Bẏtta:.

MAR. VI, 53. Venerunt in terram Geneſareth,] *Sax.* Hi comon to Geneꝛaꝛ. *q. d.* Venerunt illi in Geneſar. *Pro* Γενναζὲτ *habet cod. ille Bezanus, in Gr.* Γεννησὰ· *in Lat.* Genneſar. *Sed Matth.* XIV, 34. *in eodem cod. legitur Græcè* Γεννζαρὲτ· *Latinè verò*, Gennaſar; *in vulg. Lat.* Geneſar; *& in utroque exemplari Heb.* גינוסר, *quod nomen uſurpatur à Jonathane Targumiſtâ, pro Hebræo* כנרת; *Joſ.* XIII, 27. *His conſonat Syriacum* גנסר, *& Arabicum* جاناشر *quæ occurrunt in Matthæi & Marci Textibus jam dictis, nec non Lucæ* V, 2.

MAR. VII, 13. Reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram,] *Sax.* Toꝛlitende Lobeꝛ bebod ꝓoꝛ eopeꝛ ꝛtuntan laȝe. *q. d.* — per, *vel* propter, traditionem, *ſive* legem, veſtram ſtultam. *Has quoque Judæorum traditiones ignominioſâ ſtultitiæ notâ inurit Bezæ cod. ille vetuſtiſſimus, his verbis*; — τῇ παραδόσῃ ὑμῶν τῇ μωρᾷ· *in Lat.* — per traditionem veſtram ſtultam. *Ab hoc non prorſus alienum eſt illud* 2 *Tim.* II, 23. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραῖτε. *Propiùs tamen accedit illud Tit.* III, 9. Μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔριδας, καὶ μάχας νομικὰς περαίνου· *præcipuè ſi conferatur cum præcedentibus* (*cap.* I, 14.) Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.

MAR. X, 30. Sorores & matres,] *Sax.* Sꝛuꝛꝥa. ȝ ꝥæbeꝛ. ȝ moboꝛ. *ſic Got.* SVISTRNNS. GAh ATTAN. GAh AIΦEIN. *q. d.* Sorores, & patrem, & matrem. *In Græcorum codicum variantibus lectionibus inveniuntur*, καὶ πατέρα καὶ μητέρα· *atque etiam*, καὶ πατέρας καὶ μητέρας. *In Verſionibus quoque Arab. & Æthiop. fit mentio* patris. *Locus conſimilis Matth.* XIX, 29. *habet* ἢ πατέρα ἢ μητέρα· *Lucæ verò* XVIII, 29. ἢ γονεῖς· *&, quod inſtar omnium eſt, hoc Marci capite, verſu proximè præced.* 29. *leguntur quoque* ἢ πατέρα ἢ μητέρα.

MAR. X, 49. Et vocant cœcum, dicentes ei:] *Sax.* Ða ꝛæȣon hi ꝥam blinȣan. *i. e.* Tum dicebant cœco: *quod concordat cum vetuſti codicis illius lectione,*

Οἱ δὲ λέγουσι τῷ τυφλῷ. *Hoc non notâssem, nisi ob Versionis nostræ cum codice isto convenientiam obiter animadversam; quod satìs est dixisse.*

MAR. XI, 27. Et veniunt rursus Jerosolymam.] *Sax.* Þa com he eꝼt to Hieꝼuꝼalem. *q. d.* Tum venit *&c.* *Cod. ille Bezæ vetust. cum duobus aliis, observatur habere* Ἔρχεται *pro* Ἔρχονται. *Exemplaria Arabica, Romanum, Erpenianum, atque meum* MS. *legunt* جاء Venit: *& conformiter alii quidam Interpretes. Paulò antè, nempe vers.* 15. *hujus tmematis, occurrunt itidem* Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα, *ubi pro* Ἔρχονται *habet modò laudatus cod. antiquiß.* Εἰσελθὼν. *Saxonis autem interpretatio sic se habet:* Þa comon hiȝ eꝼt to Hieꝼuꝼalem. *q. d.* Tum veniunt iterum Jerosolymam. *Ubi auctor videtur legisse* Iterum: *sicut in duobus codd. Græcis habetur* Πάλιν. *Ad lectionem illam variantem quod attinet, Plurale* veniunt, *de Christo ac discipulis ejus intelligi debet; Singulare* venit, *de Christo solo: cui tamen adfuisse quoque discipulos non obscurè innuitur, cap. seq.* XII, 43. *& cap.* XIII, 1.

MAR. XII, 25. Sicut angeli in cœlis.] *Sax.* Spỳlce Godeꝼ enȝlaꝼ on heoꝼenum. *Legebat Interp.* Angeli Dei, *quod in codd. quibusdam Lat. lectum innuitur. Cod. Gr. Montfortianus habet* Ἄγγελοι Θεοῦ· *quam lectionem amplexus est Interp. Æthiopicus. Habentur autem hæc verba in loco parall. Matth.* XXII, 30.

MAR. XIV, 1. Erat autem Pascha & Azyma post biduum:] *Sax.* Soðlice þa æꝼteꝼ tꝼam daȝum pæꝼon Eaꝼtꝼon. *ubi* Azyma *illud non transfertur. Desunt pari sorte* Καὶ τὰ ἄζυμα *in codice illo Bezæ pervetusto. Veruntamen in loco parallelo Luc.* XXII, 1. *pro* Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha, *habetur in Saxonicis nostris,* Ða ꝼoðlice ȝenealæhte ꝼꝼeolꝼdæȝ Azimoꝼum. ꝼe ỳꝼ ȝecpeden Eaꝼtꝼon:· *Sic hoc ipso Marci capite, versu* 12. *extant* Þam ꝼoꝼman dæȝe Azimoꝼum. *pro* Primo die Azymorum. *Vereor ut hoc Græcum vocabulum satìs intellectum fuerit ab Interpretibus Anglo-Saxonicis: siquidem in hac nostrâ Versione, pro* Primâ die Azymorum, *substituuntur* On þam ꝼoꝼman ȝeaꝼcunȝ-dæȝe. *q. d.* Primâ Parasceues die; *Matth.* XXVI, 17. (*Vide Luc.* XXIII, 54. *Matth.* XXVII, 62. *Joh.* XIX, 14, 31, 42.) *Aliàs passim usurpatur* Azimoꝼum. *vel* Adzimoꝼum:· *In Glossis autem interlinearibus, tam Aldredi, quàm Oweni,* Dæȝ ðaꝼa dæꝼꝼtana *ponitur pro* Dies Azymorum; *Luc.* XXII, *versu* 1. *in illius Glossâ, & versu* 7. *in hujus. At verò,* Dæꝼꝼt. *vel* Daꝼꝼt. *significat* Fermentum, *apud Aldredum, Matth.* XIII, 33. *&* XVI, 11. *itidémq; apud Owenum, Luc.* XII, 1.

MAR. XIV, 3. Et cùm esset Bethaniæ] *Sax.* And þa ꝼe Hælend pæꝼ on Bethania. *q. d.* Et cùm Jesus esset Bethaniæ. *Nisi vidissem hìc* τοῦ Ἰησοῦ *in cod. illo vetustissimo substitutum pro* αὐτοῦ. *hoc intactum facilè prætermisissem.*

Certè

Certè hujuſmodi permulta in Gothicis conferendis vidi, ſilénſq; ſuppreſſi.

MAR. XIV, 45. Ave Rabbi:] *Sax.* Laꝛeop. *i. e.* Magiſter, doctor, *vel* Rabbi: *nam Joh.* III, 2. *legitur*, Rabbi. ꝥ ẏꝛ Laꝛeop. *q. d.* Rabbi, id eſt Laꝛeop:. *Interp. iſte nec* Ave *vulg. Latinæ Verſionis agnoſcit, nec* Rabbi *repetitum exemplarium Græcorum: legebat enim ſolummodò* Rabbi. *Nec aliud exhibere fertur cod. ille Bezæ antiquiſſimus, quàm* Ῥαββεὶ, *pro iis, quæ communiter legimus,* Ῥαββὶ, Ῥαββί. *Simplex* Rabbi *quoque habètur in Verſione Æthiopicâ, atq; Ægyptiacâ. Paritérq; in Romano, Erpeniano, ac meo* MS. *exemplari legitur Arabicè* يا معلم O magiſter, *tantùm; quod iteratur tamen in editione Londinenſi. In Verſione Perſicâ, quam prelo concinnavit Abr. Whelochus, occurrit etiam* اي معلم O magiſter, *non geminatum: ac vox alia,* Magiſter *quoque denotans, geminata legitur in Perſicâ Tradu&tione, quæ locum habet in Bibl. Polyglottis. Interpp. Syriacus, Moſcoviticus, &c. ingeminant* Rabbi. *Illud* Ave Rabbi, *quod vulg. Lat. Interp. retinet, eſt Euangeliſtæ Matthæi, cap.* XXVI, 49. *Cætera petenda ſunt à Commentatoribus.*

LUC. III, 23. Qui fuit Heli, qui fuit Mathat,] *Sax.* Se pæꝛ Helieꝛ ꝛunu. ꝛe pæꝛ Nazaꝛeth:. Spa oꝥ cneoꝛẏꝛꝛe on cneoꝛẏꝛꝛe oð Adam. ꝛe pæꝛ Goꝺeꝛ ꝛunu. oð ꝥiꝥ ⁊ hund ꝛeoꝛantiȝ cneoꝛẏꝛꝛa. *id eſt*, Qui fuit filius Heli, qui fuit Nazareth. Sic à generatione ad generationem uſque ad Adam, qui fuit filius Dei: ad ſeptuaginta quinque generationes uſque. *Unde hoc* Nazaꝛeth *deſumptum ſit, mihi hæc curſim ſcribenti non liquet, nec vacat anxiè diſquirere. Fortaſſe ſcriba aliquis Genealogiæ deſcriptionem temerè abrumpens, pro* Mathat *oſcitanter ſcripſit* Nazaꝛeth:. *Expreſſo autem illi generationum numero aliquid lucis adfert hæc Theodori Bezæ Obſervatio in locum:* In vetuſtiſſimo Latino codice legi hìc additum, ex albo libri (ut opinor) *Generationes ſeptuaginta quinque. Hanc Genealogiam (quam aliàs nuſquam neglectam vidi) non alio conſilio ab Interprete noſtro, aut librariis, prætermiſſam exiſtimo, quàm quòd putaverint hanc Euangelii portionem minùs conducere ad plebem in cœtibus Eccleſiaſticis inſtruendam. Atqui Verſionem iſtam uſui Eccleſiaſtico fuiſſe adaptatam, variè liquidéq; probari poteſt. Unde quoque fit, ut Genealogia illa altera in ipſo Euangelii ſecundùm Matthæum ingreſſu, nullâ cernatur Rubricâ, quam vocant, inſignita. Hujuſmodi enim indicibus publicas Eccleſiæ Lectiones, ſtatutis diebus deſtinatas, indigitabant.*

LUC. IV, 18. Dimittere confractos in remiſſionem,] *Sax.* Foꝛbꝛocene ȝehælan. *i. e.* Confractos ſanare. *Paulò quidem antè dicebatur* Sanare contritos

cor-

corde, *quæ tamen verba non attigit Interp. Anglo-Saxonicus. Comma istud ex Isa.* LXI, 1. *acceptum, non uno modo refertur in Versionibus Euangelicis. De codicibus Latinis, ac vett. Patrum scriptis, in quibus illud* Dimittere confractos in remissionem, *hócq;* Sanare contritos corde, *leguntur aut omittuntur, omnino consulendæ sunt accuratæ illæ Luc. Brugensis Notæ ad Varias Lectiones Editionis Latinæ Euangeliorum.*

LUC. v, 12. Vir plenus leprâ] *Sax.* An hpeoxla. *i. e.* Leprosus. *In cod. Bezæ vetustissimo reperitur* λεπρὸς, *pro* πλήρης λέπρας. *Reliqui, quos his temporis angustiis inspexi Interpretes, virum hunc, non* leprosum *modò, sed* lepræ plenum *fuisse, hoc in loco agnoscunt. At in locis parallelis, Matth.* VIII, 2. *& Mar.* I, 40. *immundus iste non aliter quàm* λεπρὸς *Græcè,* Leprosus *Latinè, &* Hpeoxla *Saxonicè vocatur: eámq; lectionem imitatur hìc quoque Anglo-Saxonicus noster Interpres.*

LUC. VI, 10. Et circumspectis omnibus, dixit homini,] *Sax.* And hym eallum ȝeȝeaþobum mid ẏnne. he ræde þam men:. *Ubi post* Omnibus illis conspectis, *additur* Cum irâ: *quod etiam adjectum habetur in codice pervetusto Græco-Latino, toties memorato. Namque pro* Εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ, *reponitur Gr.* Ἐν ὀργῇ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ· *Lat.* In irâ dicit homini. *Sic Orientalium quoque duo Interpretes legunt. At Marci Euangelistæ verba sunt,* Καὶ περιλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς· *cap.* III, 5.

LUC. VI, 20. Beati pauperes,] *Sax.* Eadiȝe ẏnt ȝe þeapfan on ȝafte. *i. e.* Beati estis, vos pauperes spiritu. *In cod. quodam Cantabrigiensi additur* Τῷ πνεύματι *post* Πτωχοί. *In quatuor quoque exemplaribus Arabicis adjectum videmus* بالروح In spiritu. *Notissimus est Textus ille consimillimus,* Beati pauperes spiritu; *Matth.* V, 3.

LUC. IX, 20. Christum Dei.] *Sax.* þu eart Cpiſt Coder ſunu. *Got.* ψn ïS XKISTNS SNNNS ΓΨS. *i. e.* Tu es Christus, filius Dei. *Sic pro* Τοῦ Θεοῦ, *occurrit in cod. Bezæ vetusto,* Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. *Sufficiet, si iterum adduxero Scripturam parallelam, Matth.* XVI, 16. Tu es Christus, filius Dei vivi.

LUC. XI, 25. Invenit eam scopis mundatam, & ornatam.] *Sax.* Þe hit ȝemet æmtiȝ. mid beſmum aſeoſmod. *q. d.* Invenit eam [*domum*] vacuam, scopis mundatam. *Codd. aliquot Latini omittunt* Et ornatam, *notante Luc. Brugensi. In duobus Interpretibus Orientalib. agnoscitur, hoc in loco,* Vacuam. *Matthæi quoque Textus parall. est,* Invenit eam vacantem, *&c. cap.* XII, 44.

LUC. XI, 29. Nisi signum Jonæ prophetæ.] *Sax.* Buton Ionan tacen. *omisso scil.* prophetæ. *Aliàs enim dicendum esset,* Buton Ionan tacen þæſ pi-

tezan.

ꝛeȝan. *quod occurrit Matth.* XII, 39. *&* XVI, 4. *In vet. illo Bezæ codice desideratur etiam* τȣ̃ προφήτȣ. *Nescio an melioris notæ Interpretum aliquis* Prophetæ *omiserit, præter Ægyptiacum. In ejus enim Versione video, hoc Marci in Textu,* ⲡⲓⲙⲏⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲓⲱⲛⲁ ⳨ *i. e.* Signũ Jonæ, *absque illo* ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ *sive* Prophetæ, *quod subnexum est in duobus Matthæi Contextibus modò citatis.* Antiqui libri, *inquit Luc. Brugensis*, hìc non addunt *Prophetæ*, quod notat Epanorthotes Matthæi esse, cap. XII, vers. 39.

LUC. XVII, 7. Aut pascentem,] *Sax.* — Oððe ꝼcep læꝼȝenðne. *q. d.* — Aut oves pascentem: *cui conformis est interpretatio Syriaca. Exemplaria quædam Latina post* Pascentem, *habere* Oves; *quædam etiam* Boves *habere, docet Luc. Brugensis. Horum posterius imitatus est auctor quidam Versionis Anglicæ, circa trecentos abhinc, ut videtur, annos conscriptæ; cujus verba sunt,* — **Eꝼynge/ or lesuynge oxen:** *i. e.* — Arantem, aut pascentem boves. *Priori verò consentanea est Versio Græca vulgaris, in quâ hæc authentica* Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δȣ̃λον ἔχων ἀρωτριῶντα, ἢ ποιμαίνοντα —; *in hodiernum Græcorum sermonem sic transferuntur:* Καὶ ποῖος ἀπὸ ἐσᾶς ἔχοντας δȣ̃λον ὁ πȣ̃ κάμει τὸ ἀλέτρι, ἢ βόσκει τὰ πρόβατα —; Ποιμαίνειν *quidem propriè denotat officium pastoris ovium: unde* Ποιμὴν *Hesychio est,* ὁ τῶν προβάτων.

LUC. XXI, 21. Qui in medio ejus, discedant:] *Sax.* Anð nẏðeꝼ ne aꝼtiȝað þa ðe on hẏꝼe middele ꝼẏnt. *q. d.* Et nè descendant, qui in medio ejus sunt. *Primâ lectione hìc duplicem mihi videor deprehendere discrepantiam. Alteram existimo suum ortum debere lectioni diversæ codicis illius Bezani, qui pro* Ἐκχωρείτωσαν, *dicitur habere* Μὴ ἐκχωρείτωσαν. *Atque hinc forsan in antiquâ Latinâ Versione legebatur* Nè discedant, *pro* Discedant. *Alteram quis suspicaretur profectam è mendosâ cujusdam exemplaris scriptione; in quo fortassis extabat* Descendant *perperam exaratum, pro* Discedant: *unde illud, quod Interpres noster secutus est,* Nè descendant. *In locis tamen parallelis inveniuntur* Qui in tecto, non descendat, *&* Qui super tectum, nè descendat; *nempe, Matth.* XXIV, 17. *& Mar.* XIII, 15. *Hoc, utcunque sit, nullos, quantum ego video, sibi habet penitus astipulantes.*

LUC. XXII, 43. Apparuit autem illi Angelus de cœlo,] *Sax.* Ða æꝛẏꝼðe him Ꝼoðeꝼ enȝel oꝼ heoꝼone. *q. d.* — Angelus Dei *&c. Sic quoque reddit Interp. Æthiopicus. Cod. Montfortianus suprà memoratus, cum alio quodam, pro* Ἄγγελος *habet* Ἄγγελος Κυρίȣ. *Simile prorsus annotatum est ad Mar.* XII, 25.

LUC. XXII, 52. — Cum gladiis & fustibus.] *Sax.* Mið ꝼpuꝼðum ⁊ mið ꝼahlum. þ̃ ȝe me ȝeꝼenȝon. *Adduntur nempe,* Ut me prehenderetis: *prout in Gr. quodam codice adjicitur* Συλλαβεῖν. *Hoc additamentum agnoscunt Interpp.*

 ali-

aliquot Orientales hoc in loco, quod constanter lectum video Matth. XXVI, 55. *& Mar.* XIV, 48. *In Marci Textu isto, pro* Comprehendere me, *habet itidem Saxo noster* Me ȝeꝼon. *Gothicus autem Interp.* ⊦ⲔⲈⲒⲠⲀⲚ ⲘⲒⲔ: *Ubi tamen pro* ⊦ⲔⲈⲒⲠⲀⲚ *rescribendum est* ⲄⲔⲈⲒⲠⲀⲚ. *sicut vers.* 44. *paulò antè præcedente, legimus* ⲄⲔⲈⲒⲠⲒⲰ ⲰⲀⲚⲀ. Prehendite eum.

LUC. XXII, 61. Ter me negabis.] *Sax.* Þu min ætꝼæcꝼt þꝼiꝼa to ðæȝ. *q. d.* Tu me ter negabis hodiè. *In tribus Stephani codicib. Gr. habebatur* Σήμερον, *cui conforme est Interpretis Coptici* ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ ⲛ̀ *Arabici* اليوم *& Æthiopici* ים, *quæ hìc usurpantur.* *Verba antecedentia sunt,* Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia priùs quàm gallus cantet, ter *&c. At* verbum *illud, sive sermo, Domini sic se habet;* Dico tibi, Petre, non cantabit hodiè gallus, donec ter *&c; versu præced.* 34. *unde* hodiè *forsan huc transfertur.*

JOH. VII, 28. Quem vos nescitis.] *Sax.* Þone ȝe ne cunnon. ic hẏne can. ⁊ ȝẏꝼ ic ꝼecȝe þ ic hẏne ne cunne. ic beo leaꝼ ⁊ eoꝼ ȝelic:. *Interp. legebat* Ego autem scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax; *vel, secundùm Sax.* — mendax, & vobis similis. *In multis Lat. codicibus hæc quoque verba extare, auctor est Luc. Brugensis: sed reperiuntur ea Joh.* VIII, 55. *cujus propriè loci sunt.*

JOH. VIII, 9. Et remansit solus Jesus,] *Sax.* Anð he ȝebað þaꝼ ꝼẏlꝼ. *Hìc desideratur* Jesus: *sicut & in codice illo Theodori Bezæ vetustissimo deesse dicitur* ὁ Ἰησοῦς. *Si hunc locum excipias, vix unam & alteram lectionem variantem observavi, in quâ pervetusti illius, à me in antecedentibus nusquam non adducti, monumenti vestigia ab Interprete hujus Euangelistæ Saxonico premuntur. Quamobrem mihi aliquando oborta est suspicio, hanc Johannis Versionem Anglo-Saxonicam ad recentioris forsan alicujus Latini exemplaris præscriptum compositam fuisse atque conformatam. Bedam hoc Euangelium Anglicè transtulisse, suprà notavimus ex Guil. Malmesburiensi, ac Cuthberto quodam Bedæ discipulo: an verò isthæc, quæ nobis præ manibus est, Translatio, Venerabilis illius viri censenda sit, decernant alii quibus Bedæ Opera, à nobis vehementer desiderata, sunt in promptu. Ad hanc diversam lectionem quod attinet; video quoque* Jesus, *quin &* remansit, *sive* relictus est, *deesse in Supplemento illo Syriaco, quod è Manuscripto Usseriano primus deprompsit Ludovicus de Dieu.*

JOH. XIV, 1. *ante* Non turbetur cor vestrum, *habet Sax. Versio* ⁊ he cꝼæð to hiꝼ leoꝼninȝ-cnihton. *q. d.* Et ait discipulis suis: *quemadmodum habent* Latina

tina exemplaria, *inquit Luc. Brugensis*, minùs emendata. *Præter codicem illum Bezæ vetustissimum, alii quidam Græci* MSS. *in hujus tmematis initio ostendunt hæc verba*; Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. *Hujusmodi est quoque additamentum illud, quod occurrit infrà*

JOH. XVII, 11. *ubi post* ⁊ ic cume to þe. *Lat.* Et ego ad te venio, *adjiciuntur* On þæꝼe tiðe ꝼe Hælend beheold hyꝼ leoꝼning-cnihtaꝼ. ⁊ cpæð. Haliga Fæðeꝼ. *&c. i. e.* Illo tempore Jesus aspexit discipulos suos, & dixit; Pater sancte, *&c.* *His verbis, orationi Salvatoris nostri intempestivè insertis, ferè consonant illa Luc.* VI, 20. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat. *Hæc autem non aliâ de causâ hìc interjecta fuisse puto, quàm ut Ecclesiasticæ Lectioni, hoc versu undecimo incepturæ, forent introductioni. Namque & hujusmodi præcursoria quædam in Euangeliis Saxonicis me alibi quoque observâsse memini. Fidem huic meæ conjecturæ facit, quòd in Missali Romano (Antverpiæ edito, an.* 1594.) *Textus iste Euangelicus, in* Missâ ad tollendum schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesiæ, *sic legatur:* In illo tempore, sublevatis Jesus oculis in cœlum, dixit; Pater sancte, *&c. quæ verba sunt primi versiculi hujus capitis. In his autem, si loco illius* in cœlum, *substituatur* in discipulos, *planè habetur sensus assumenti Saxonici. Inconditum haud dubiè videbitur, quòd Lectio Ecclesiastica inchoetur in mediâ precatione; quod ipsum tamen conspicitur in Ecclesiæ Syriacæ Lectione quadam Euangelicâ, ad hujus etiam capitis versum* 13. *exordium sumente. Superiùs observatum est ad Matth.* XXI, 17. *nonnulla ex Officiis Ecclesiasticis accepta, olim in Textum Latinum irrepsisse. Mihi locum illum illustraturo concessa fuit plurium Manuscriptorum examinandi facultas: qui quidem codd.* MSS. *cùm penes me non sint, hac de re nunc plura disserere supersedebo.*

JOH. XX, 31. Ut vitam habeatis] *Sax.* Ðat ge habbað ece liꝼ. *i. e.* Ut habeatis vitam æternam. *Non solùm in Latinis quibusdam Manuscriptis haberi dicitur* æternam; *verùm etiam in Græcis aliquot, inter quæ numerandus & cod. ille Bezæ vetustissimus, legitur* αἰώνιον *post* ζωήν. *Háncq; lectionem imitantur Interpp. Syrus, Arabs, Æthiops, alii. In versione quoque Ægyptiacâ usurpantur* ⲟⲩⲱⲛϧ ⲛ̀ⲉⲛⲉϩ *per quæ passim redduntur* Ζωὴ αἰώνιος. *Nec aliter lectus, aut saltem intellectus, est locus iste à Nonno Paraphraste, cujus hæc sunt verba:*

Ὕμμι δὲ πειθομένοισιν ἐπουρανίης χάριν ἀρχῆς,
Ζωῆς θεσπεσίης αἰώνιός ἐστιν ἀμοιβή.

Atque hæc breviter dicta sunto de insignioribus aliquot Discrepantiis, quæ à Latinis quidem illis, quæ nostris manibus versantur, differentia, cum aliis ut plurimùm codicibus, aut Versionibus, consentire deprehenduntur. Longè plura, à nobis observata, restant intacta: quæ, vel operæ pretium non videbatur in lucem producere;

vel aliorum suffragiis non comprobata, à nostro judicabam instituto aliena. In his autem subnotandis, video me iterum incidisse in occasionem congerendi Variantes Lectiones. Quas quidem produxi, nullo profectò studio elevandi autoritatem illius, quæ apud nos obtinet, lectionis; nedum Versionum erroribus patrocinandi: sed ut hinc lectori constet Interpretem hunc nostrum secutum fuisse Versionem quandam Lat. antiquam, quæ Hieronymi non passa est (in aliquibus saltem) emendationem. De codice illo Theodori Bezæ Græco-Latino, quem sæpissimè in Gothicis etiam illustrandis allegavi, sic ipse vir Cl. in epistolâ suâ ad Cantabrigienses: — In hac non sententiarum sed vocum diversitate, nihil profectò comperi, unde suspicari potuerim à veteribus illis hæreticis fuisse depravatum. Imò multa mihi videor deprehendisse observatione digna; quædam etiam sic à receptâ scripturâ discrepantia, ut tamen cum veterum quorundam & Græcorum & Latinorum Patrum scriptis consentiant: non pauca denique quibus vetusta Latina editio corroboratur. *Sic ille.*

II.

RUBRICARUM, quibus Sectiones *Euangelicæ* insigniuntur, quibúsq; olim dignoscebantur LECTIONES anniversariis quibusdam *Diebus*, in veteri ANGLO-SAXONUM *Ecclesiâ*, destinatæ, brevis explicatio.

UT Lectionum Ecclesiasticarum Indices, quas Rubricas *appellamus, à Textu Euangelico commodiùs distinguerentur, placuit, in hac Editione, eos semper disponere inter duas lineas parallelas. Numero sunt, nisi fallat calculus,* CXC. *In hac itaque compendiariâ nostrâ eorum expositione, pauca quædam in iis passim occurrentia primò attingere libet, deinde singulos ordine examinare.*

IN genere, omnes Rubricæ inchoantur vel à Ðÿr [ʒoðrpel] ʒebÿꝼað. *vel à* Ðÿr [ʒoðrpel] rceal. *quorum succincta sequitur explicatio.*

Ðÿr ʒebÿꝼað. *vel* Ðÿr ʒoðrpel ʒebÿꝼað on —] *Lat. ad verb.* Hoc Euangelium accidit, *vel* contingit; *q. d.* Huic accidit ut legatur —. *Belga diceret* Dit ghebeurt / Hoc accidit, evenit, *vel* usu venit. *Aliquando dicitur*

Ðÿr

Ðÿſ ȝebÿꞃað to —. *quod exponi poteſt*, Hoc pertinet ad —: *namque pro* Ad te pertinet (*Mar.* IV, 38.) *ponitur in Aldredi Gloſſâ interlineari*, To ðe bÿꞃeð. *in Odoëni verò*, To ðe ȝibÿꞃeð. *Vide Joh.* X, 13, 16. *hujus noſtræ editionis.* Ꞇebÿꞃað *quoque ſignificat* Oportet; *Mar.* VIII, 31. *& alibi paſſim.*

Ðÿſ ſceal. *vel* (*ut habetur, ad Joh.* III, 1.) Ðÿſ ȝoðſpel man ſceal ꞃæðan —] *Lat.* Hoc Euangelium legi debet; *vel*, Hoc legendum eſt, *vel* legendum erit —. *Belga itidem diceret*, Dit ſal men leſen. Debebat ei, *eſt* Hÿm ſceolðe; *Matth.* XVIII, 24. Sceal *etiam poteſt eſſe ſignum Futuri temporis*; *quod teſtatur Runolphus Jonas de Iſlandico* Skal. Futurum, *inquit ille*, circumſcribitur per verbum Eg ſkal *vel* Mun *&c*; *Gram. Iſland. cap.* VIII. *pag.* 115. *Sicq*; *interdum accipitur* SKAA *Gothorum: namque pro* Ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, *habetur Gothicè* SKNAAA ΓAAANΨNAN. *Joh.* XII, 33. *Idem quoque valet Anglorum* Shall.

Ꞇoðſpel] *Lat.* Euangelium; *Anglis hodiernis* Goſpell. *In Ælfrici, ut creditur, Gloſſario nondum edito legitur*, Euangelium ł bonum nuncium, Ꞇoðſpel:. *Hoc itaque tantundem valet ac Græcum* Ἐυαγγέλιον. *Vox eſt compoſita ex* Ꞇoð *&* Spel. *quorum prius ſignificat tam* Deus, *quàm* Bonus: *ut*, Nÿſ nan man ȝóð buton Ꞇoð ana. *Lat.* Nemo bonus, niſi ſolus Deus; *Luc.* XVIII, 19. *Quæ quidem* Ꞇoð *&* ȝóð *nullâ ſæpiſſimè gaudent diſtinctione orthographicâ, in codicibus ſaltem manu exaratis. Alterum illud* Spel *aliquando uſurpatur pro* Homilia, *vel* Sermo Eccleſiaſticus: *ut*, Þe apꞃiton on Enȝliſc on ſumum ſpelle. *i. e.* Scripſimus Anglicè in Homiliâ quâdam, *inquit Ælfricus Abbas in Tract. de V. Teſtam. pag.* 19. *Conf. ejuſdem Præfationem ad Gram. Latino-Sax. & Hen. Spelmanni Concil. pag.* 583. *Aliquando ponitur pro* Hiſtoria *vel* narratio: *ſic Bedæ Hiſtoria Eccleſiaſtica, ab Interprete Saxonico nuncupatur* Spel. *in ipſo Præfationis veſtibulo. Porrò*, Spellian *&* ȝeſpellian *ſignificant* Fabulari, confabulari (*Gr.* Ὁμιλεῖν) *tam in noſtrâ editione, quàm in Gloſſis interlin. Luc.* XXIV, 15. *Sic*, Man ne mot ſpellian — binnan Ꞇoðeſ cÿꞃcan. ꞅoꞃðan ðe heo iſ ȝebeðhuſ Ꞇoðe ȝehalȝoð to þam ȝaſtlicum ſpꞃæcum. *i. e.* Non decet — in Eccleſiâ Dei fabulari: quoniam orationis eſt domus, Deo conſecrata in ſpiritualium eloquiorum exercitium; *Canon. Ælfrici*, §. 35. *in Spelm. Concil. pag.* 582. *Sed, quod omnium maximè huc facit, Got.* SΠΙΛΛΩ *non ſolùm* Διηγοῦμαι *denotat*; *ut*, ȜAh SΠΙΛΛΩΔEΔNN ÏM ΨΛΙEΙ ΓΛSEΘNN. Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες· *Mar.* V, 16. *verùm etiam ipſum* Ἐυαγγελίζομαι· *ut*, SΠΙΛΛΩ ÏZΨIS ꞒΛhEIA MIKIΛA. Ἐυαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην· *Luc.* II, 10. *Quin &* ΓΛSΠΙΛΛΩN *ponitur pro* Διαγγέλλειν· *ut*, ΓΛSΠΙΛΛΩ ΨΙNAAN-ΓΛKAȜA ΓΨS. Διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· *Luc.* IX, 60. *Hìc autem*

 oppor-

opportunè notandum, quòd ex isthoc ᛋᛗᛚᚳᚱᚾ *composito cum* ᚠᛁᚻᚠ. Bonum, *oriatur* ᚠᛁᚻᚠᛋᛗᛚᚳᚱᚾ. Ἐυαγγελίζεσθαι. *E. g.* Ἐυαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, *est Gothicè* ᚠᛁᚻᚠᛋᛗᛚᚳᚱᚾᚪᛋ ᚠᛁᚻᚪᛚᚾᚷᛚᚪᚴᚪᚷᚪ ᚷᚠᛋ. *Luc.* VIII, 1. *Quod quidem* ᚠᛁᚻᚠᛋᛗᛚᚳᚱᚾ (*ut ante me observavit Cl.* Junius) *ad amussim respondet Saxonico nostro* Godspellian. *Hoc etiam composituræ ritu, Gothicum* ᚷᛚᛁᛚᚪᛗᛖᚴᚷᚪᚾ. Ἐυαγγελίζεσθαι, *conflatur ex* ᚷᛚᛁᛚᚪ. Καλὸς, *vel & in compositione, atque* ᛗᛖᚴᚷᚪᚾ. Κηρύσσειν, διαλαλεῖν. *Exemplum esto locus modò allatis parum absimilis,* ᚠᛁᚻᚪᛚᚾᚷᛚᚪᚴᚪᛁ ᚷᚠᛋ ᚷᛚᛁᛚᚪᛗᛖᚴᚷᛚᚪᛚᚪ. Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται· *Luc.* XVI, 16. *Nec prætereundum est, quod observavit amicus ille noster, in Observationib. suis in Willeramum, pag.* 7. Gotspel *nempe vett. Francis* Euangelium *sonare; sed &* Cuatchundida *quoque idem valere, in Glossis Keronis.* Cuat / *ni fallor, idem est quod Willerami* Guod / Bonum: *certè eidem Abbati Merspergensi* Kunde mir *est* Narra mihi; *Cant.* I, 6. *In quem locum Cl.* Junius, *è Francico quodam Glossario, notat* Cundida & Chundida *transferri* Indicium: *& Willerami* Vorecundent *vertit idem vir doctus,* Prænuntiant. *Nihil aliud ergo significat Francorum* Cuatchundida / *quàm* Bonum indicium, *sive* nuncium; *quod Saxonico* Godspel *aptissimè conformatur. Ex hac linguarum cognatarum harmoniâ non obscurè evincitur, nostrum* Godspel *potiùs* Ἐυαγγέλιον *significatu exprimere, quàm* Dei historia; *quod tamen doctis quibusdam magìs placuisse video. Quòd autem alii Anglicum* Gospell *dictum voluere, quasi* Ghost-spell / Spiritûs S. narratio, *paucos habituri sunt, quantum video, fautores. Hoc aliquanto diffusiùs prosecutus sum, quàm nostri instituti ratio permittit; ut hinc quoque lucis aliquid accedat Anglico nostro* Gospell: *quod à Majoribus nostris ut fuit antiquitus receptum, ita à nobis in hunc usque diem unicè retinetur. Video quidem in priscâ Novi Testamenti Versione Anglicâ* MS. *pro* Euangelizare *posita* To euangelize *atque* vangelize / *quæ nostro tamen seculo in desuetudinem abierunt. Rarum profectò est, quod nobis hìc obtingit;* Euangelium *scil. nobis vulgariter non aliter esse notum, quàm voce illâ Anglo-Saxonicâ, è paterno idiomate manifestissimè petitâ. Certè* ᚣᛁᚸᚣᚱᚱᛖᚪᚷᚱ *nusquam non occurrit in cod. Argenteo: inq; Paraphrasi Willerami Francicâ passim reperitur ipsum* Euangelium. *Habent etiam Islandi in Versione suâ* Gudspiall; *Mar.* XIII, 10. *&* XIV, 9. *habent quoque iidem alibi passim* Euangelium. *In Dictionario Cambro-Britannico, quod Joh. Davies publicavit, an.* CIↃIↃCXXXII. *video* Llawenchwedl, Lætum nuncium, *positum pro* Ἐυαγγέλιον· *sed & ibidem video* Efengyl *ejusdem etiam significationis esse. Denique Scoti, qui* Gospell *nostrum pariter agnoscunt, in scriptis suis familiariter utuntur voce* Evangel. *Quod ad alios spectat; aut ipsum* Ἐυαγγέλιον, *aut vocabulum ex eo formatum usurpatur, non à Gallis modò, Italis, Hispanísque; sed etiam à Syris, Arabibus, Persis, Æthiopibus, & Coptitis;*

titis; quinetiam à Moscovitis, Bohemis, utriusque Germaniæ incolis, Danis, atque Finnonibus. In animo erat nonnulla in chartam conjicere de vocibus huic Saxonico Godspel *affinibus; quales sunt* Bigspel. Lapspel. Anspel. *&c. sed Typographus festinans, atque jam nunc importunè urgens, hìc cogit abrumpere.*

Dæg *vel* dag] *Lat.* Dies. *Vide Cl.* Junii *Glossarium Got. in* ᛅᛅᛚᛏ:

Þuca *vel* þucu] *Lat.* Hebdomas, hebdomada, septimana. *Danicè vocatur* Vge *vel* Wge / *Runicè* ᚢᛁᚹᚢ. *Anglicè* Week / *Belgicè* Weke / *& Alamannicè* Woche. *De Septimanâ isthac sic Olaus Wormius:* Nec quicquam peculiare circa eam nostrates observâsse reperire adhuc licuit, nisi quod inveniam in antiquioribus Fastis etiam exaratam fuisse literis ipsis Runicis, quas ante veri DEI cultum majores nostros obtinuisse est in confesso. Eam autem, ut gentes plæræque ex septem conflârunt diebus, quos junctim, en Wge dixerunt, etymo nobis adhuc incerto. Antiquitus en Vika dicta videtur Septimana, hinc & diem Mercurii, eo quod septimanæ medius sit, ᛘᛁᚦᚢᛁᚹᚢ appellatum reperio. *Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 15. *Dies Mercurii similiter Alamannis dicitur* Mitwochen / *vel* die Mitwoch. *De Etymo, videant alii, num* Vika *vel* Viku *illud forsan deducatur à Got.* ᛉᛁᚴᚷ *significante* Ordo rerum vicibus suis recurrentium; *Luc.* 1, 8. *ubi leguntur* ÏN ᛉᛁᚴᚷN ᚴᚢᚢᛊᛁᛊ ᛊᛖᛁᚢᛁᛊ. *pro Gr.* Ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ. *Applicationem ad Dies hebdomadis ordine suo continuò repetitas, nemo ignorat. In Tractatu quodam Sax.* MS. de primo die Seculi, *sive* de Æquinoctio vernali, §. 44. *occurrunt sequentia, quæ hujus vocis usum luculenter indicant:* On ðam ȝeoȝoðan dæȝe he ȝeendode hiȝ þeoȝc. ⁊ ȝeo þucu þæȝ þa aȝan. *i. e.* Die septimo consummavit opus suum: tum autem transacta est Hebdomada. *Verba sunt de Mundi creatione.*

Diebus ac Septimanis, quæ in Rubricis memorantur, sæpissimè præfixi conspiciuntur numeri quidam Ordinales: e. g. — On þæȝe þȝýddan þucan. *i. e.* Tertiâ septimanâ; *ad Matth.* III, 1. — On þone ȝýxteoðan ȝunnan-dæȝ. *i. e.* Decimo sexto die Solis; *ad Matth.* v, 24. *Illos autem, prout in editione nostrâ extant, libet subjectâ Synopsi comprehendere atque repræsentare.*

On þone *vel* þæȝe	Foȝman & aȝȝan —	*id est*	Primâ	*supple* Feriâ, *vel* Septimanâ.
	Oðeȝne & oðȝe —		Secundâ	
	Þȝýddan —		Tertiâ	
	Feoȝðan —		Quartâ	
	Fiȝtan —		Quintâ	
	Sýxtan —		Sextâ	
	Seoȝeðan —		Septimâ	
	Ɛahtoðan *vel* ehtoðan —		Octavâ	

Nýȝo-

On þone *vel* þæne { Nyhtdan — / Tiwdan — / Ðunresdan — / Þunresdan — / Þriddan — / Feorðandæg — / Fifedan — / Sixtandæg & sæternesdan — / Seofandæg — / An & twentigoðan — / Twa & twentigoðan — / Fif & twentigoðan — } *id est* { Nonâ / Decimâ / Undecimâ / Duodecimâ / Decimâ tertiâ / Decimâ quartâ / Decimâ quintâ / Decimâ sextâ / Decimâ septimâ / Vicesimâ primâ / Vicesimâ secundâ / Vicesimâ quintâ } *supple* Feriâ, *vel* Septimanâ.

His adde Þam dagum. Duobus diebus; *ad Joh.* xi, 47. Þrym sucon. Tribus septimanis; *ad Joh.* i, 15. Feosor sucon. Quatuor septimanis; *ad Mar.* xi, 1. *& siqua sunt similia.* *Sequuntur ipsi hebdomadis Dies.*

Sunnan dæg] *Lat.* Dies Solis. *Ab Anglis etiamnum appellatur* **Sunday**/ *ab Alamannis* Sontag / *à Belgis* **Sondagh** / *à Danis* Søndag / *atque ab antiquis Frisonibus* Sonendei *&* Sonnendei. *Certè in antiquis* LL. *Frisicis* (*pag.* 11. *editionis vet. Colon.*) *quartum Decalogi Præceptum in hoc compendium contrahitur;* **Israhel / dis sonnendeis sira scheltu naet foerjetta.** Israel, diei solis celebrationem, *vel* sanctificationem, nè obliviscaris. *Ubi obiter notandum, vett. Frisios à S. Willibrordo, qui eos ad fidem Christianam convertisse dicitur* (*ibid. fol. præcedente*) *edoctos fuisse, diem Dominicam observandam celebrandámq; esse, propter imperium quarti illius Mandati. Cui consonum est, quod ex Homiliâ Saxonicâ citavit Abr. Whelochus, in Not. ad Bedæ Hist. Eccles. lib.* III. *cap.* 26. *Sed hæc in transitu.* *In Calendarii Runici Appendice,* Dies Dominica *eodem modo nuncupatur* ᚢᚾᚱᚾᛏᚨᛋR. Sol *Anglo-Saxonibus est* Sunna. *Anglis* **Sun**/ *&c.*

Monan dæg] *Lat.* Dies Lunæ. *Anglis hodiernis est* **Monday**/ *Belgis* **Maendagh** / *Alamannis* **Montag** / *& Danis* **Maendag** *vel* **Maandag**. Mona *Anglo-Saxonicum denotat* Lunam, *quæ Anglicè vocatur* **Moon**: *& sic in cæteris allegatis exprimitur* Lunæ dies. *Mihi nihil est ad manum quod hìc adjiciam, nisi* Mona *istud, quo* Luna *significatur, in veterum Saxonum linguâ esse Masculi generis;* Sunna *verò illud,* Solem *denotans, Fœminini. Exempli gratiâ:* Undeg ðam cyncle ymb ðeo sunne & se mona & ða tyhg tacna. *i. e.* Sub hoc circulo [*Zodiaco*] currit, *sive* cursum suum peragit, Sol, & Luna, & duodecim Signa; *Tract. de Æquinoctio vernali,* §. 3. *Sic,* Ne gelimð ge ægðeg ge to þæne sunnan ge to þam monan. *i. e.* Tam soli quàm Lunæ contingit; *ibid.*

ibid. §. 21. *Ubi* ꝺe *&* þam *Masculina sunt*; ꝺeo *&* þæꝼe *Fœminea*. *Sciat enim lector in hac nostrâ palæstrâ inexercitatus, Saxonibus tria fuisse Nominum Genera: e. g.* ꝺeo [*Fœm.*] ꝼapel ẏꝼ ma þonne meꝛꝛ. ⁊ ꝼe [*Masc.*] lichama ma þonne ꝥ [*Neut.*] ꝼeaꝼ. *i. e.* Anima plus est quàm esca, & corpus plus est quàm vestimentum; *Luc.* XII, 23. *Ad idem in Solis ac Lunæ nominibus Arabicis observatum, alludit celeberrimus Poëta Motanabbi, citatus à Cl. D. Pocockio, in Not. ad Carmen Tograï, pag.* 13. *Distichon Latinè sonat,*

Nec nomen Fœmininum Soli dedecus,
Nec Masculinum Lunæ gloria.

Vide Nob. Spelmanni Glossarium, in voce Mona.

Tiꝼeꝼ ꝺæꝺ] *Lat.* Dies Martis. *Angli vocant* **Tuesday**; *Dani*, Tijsdag; *Alamanni*, Dienstag; *Belgæ* Dijnsdagh/ Dingsdagh/ Dienstdagh/ *&* Dijsendagh. *De* Thisâ *vel* Disâ, *quæ Thori, sive Thoronis dicitur fuisse uxor; itémque de Idolo, nescio quo*, Tijs *dicto; consulendus est Olaus Wormius, Monument. Dan. lib.* I. *cap.* 4. *& Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 15. *Ab horum enim alterutro Boreales autumant hunc Diem dictum fuisse* Tijsdag. *Alii existimant potiùs scribendum esse* Hisesdag. *Conf. Ger. Vossii lib.* II. *de Idol. cap.* 33. *Scribitur etiam* Thijßdag/ Dijßdag/ *&c.*

Ꝑoꝺneꝼ ꝺæꝺ] *Lat.* Dies Mercurii. *Hunc diem Angli hodierni appellant* **Wednesday**; *Belgæ*, Wonsdagh/ Woensdagh/ *&* Goensdag; *Cimbri*, Wonsdag; *Saxones quidam inferiores & Westphali (teste Eliâ Schedio, de Dîs Germ. cap.* V.) der Wodentag; *alii Septentrionales*, Onsdag/ Odensdag/ *&* Vodensdag. *Appellationes istas ferunt desumptas fuisse à quodam* Othino, *qui aliàs dicebatur* Odinus, Vodanus *&* Wodanus; *de quo inspiciendi sunt auctores modò laudati. Ego in* MS. *libellum incidi, in quo hæc occurrebant ex Eddâ, celeberrimo illo Borealium Mythologo, allegata:* Thesr Othin h. mikin spadom. kona hans het Frigida er vir kaullum Frig. *&c. Quæ Latinè reddebantur*, Hic Othinus habuit multa vaticinia. Uxor ipsius vocabatur *Frigida*, quam nos appellamus Frig. Ille versùs Septemtriones iter suscepit cum magnis copiis, & ingenti thesauro: & quocunque ibant multi magníq; apparebant, Dîsq; quàm hominibus similiores. *His addi possent aliquot de* Ꝑoꝺen. *cujus frequens est mentio in vett. Genealogiis Anglo-Saxonicis: sed nunc expatiandi animus mihi non est, neque otium. Unum Will. Malmesburiensis, de Hengisto & Horsâ disserentis, testimonium describam.* Erant, *inquit ille*, abnepotes illius antiquissimi *Woden*, de quo omnium ferè barbararum gentium regium genus lineam trahit; quémq; Gentes Anglorum Deum esse delirantes, ei quartum diem septimanæ, & sextum uxori ejus *Freæ* perpetuo ad hoc tempus consecraverunt sacrilegio. *De Gestis Regum Angl. lib.* I. *cap.* I. *Conf. seriem genealogicam Idæ, ad an.* IↃXLVII. *Ceawlini, ad an.* IↃLX.

& Æthelwulfi, ad an. IↃCCCLIIII. *in Chronologiâ Saxonicâ; nec non Ælfredi, filii Æthelwulfi, apud Asserum Shyreburnensem.* *De* Wodan, *sive* Gwodan, *vide quoque Paulum Warnefridum, de Gest. Langobardorum, lib.* I. §. 9.

Þunnes dæg. *&* Þuns dæg *in Rubricâ ad Joh.* v, 30.] *Lat.* Dies Jovis. *Anglicè etiamnum dicimus* **Thursday**: *at superiores Germani hunc diem appellant* **Donnerstag**; *inferiores,* **Donderdag**: *q. d.* Tonantis dies. *In libello* MS. *suprà laudato, sic scribitur de* Thor / *Othini filio:* Mensis Martius ab eo vocatur **Thormaanet** / Mensis Thoronis; & Dies Jovis, **Thorsdag** / sive Dies Thoronis; *quin &* Tonitru adhuc vocatur **Thordun** / quasi Sonitus Thoronis. *De* Thor *&* Othino, *numinibus ementitis, consulendus est Saxo Grammaticus, Hist. Dan. lib.* VI. *pag.* 93. *editionis Wechelianæ; itémq; Olaus Magnus, Hist. Septentr. lib.* III. *cap.* 3. *In Homiliâ etiam Saxonicâ quadam de temporibus Antichristi, leguntur* Ðon eac ⁊ Eoþðen ðe hæþene men hepiað ȝpiðe. *i. e.* Thor quoque & Woden, quos Pagani summis laudibus prosequuntur. *Vide Abr. Whelochi Not. ad Bedæ hist. Eccles. pag.* 495. *Dies iste vocatur etiam* **Torßdag** / *&c.*

Fpiȝe dæg] *Lat.* Dies Veneris; *Angl.* **Friday** / *Belg.* **Vrijdagh** / **Vrijd-dagh** / *&* **Vriend-dagh** *Corn. Kiliano; Alam.* **Freytag** / *Dan.* **Fredag** *vel* **Freidag**. *Ferunt hunc diem denominationem suam sortitum fuisse ab Idolo quodam Ethnico, quod dicebatur* **Frigga** / **Frigge** / **Frig** / **Frea** / **Frejia** / **Fricco** / **Frigo** / **Fro** / *&* **Fria**. *In libello illo* MS. *recens exarato, sed de cujus auctore mihi non satìs constat, reperiuntur ista:* **Fro** *&* **Frø** Dea, aliter **Frigge**. Venus est —. Ab hac Deâ Dies sextus hebdomadis nomen habuit, & **Fredag** sive **Frødag** & **Friggedag** dictus est. Ita cingulum Orionis in cœlo appellatum fuit **Friggeroch** / *Colus Friggæ*, quod post religionem Christianam receptam **Mariroch** / sive *Colus Mariæ*, dictus fuit. *Hæc in libello, quem amicus commodavit. Plura de fictitio isto numine, nec non de* **Odhen** *&* **Thor** / *notavit Cl. Junius (in Gloss. Got. ad vocem* ΥΧΑS) *ex Adami Bremensis hist. Eccles. cap.* 233. *quæ, totidem ferè verbis, invenio in Olai Magni hist. Septentr. lib.* III. *cap.* 3. *Multa quoque de* Othino *&* Friggâ *uxore ejus habet Saxo Grammat. hist. Dan. lib.* I. *pag.* 12. *Ethnica hìc referre non multùm delectat; sed pudet profectò vel transcribere turpissima illa, quæ de hoc fœdo memorantur Idolo. Cætera peti possunt ex Olai Wormii locis suprà citatis.*

Sæteȝnes dæg. *&* Sæteȝn dæg *in Rubr. ad Luc.* III, 1.] *Lat.* Dies Saturni. *Belgæ dicunt similiter* **Saterdagh**; *& Angli,* **Saterday**. *Ab Alamannis scriptum video* **Sonnabend** (*Kiliano* **Sonavond**) *q. d.* Vigiliæ diei Solis; *item* **Samßtag** (*à quo non multùm absonat Gall.* Samedi) *&* **Sambstag**. *Hoc postremum haud dubiè idem est quod Francicum* **Sambaztag** / *q. d.* Sabbati Dies: *ubi* Sabbatum *redditur* **Sambaz**; *sicut* Habakuk *Græcè* Ἀμβακοὺμ *scribitur.* Σάββατον

etiam

etiam dicitur Æthiopicè שנבת Sanbat. *Mihi non est quod hìc adjiciam, nisi Sax.* Sætep dæg *&* Sæteppnep dæg. *in ipso Textu aliquando posita esse pro Lat.* Sabbatum; *ut, Mar.* xv, 42. *&* xvi, 1. *ubi* Sabbatum *tamen statim transfertur Saxonicè* Repte-dæg (*q. d.* Quietis dies) *Mar.* xvi, 2. *Quòd Ricardus Versteganus nostras, qui omnium horum Deorum Dearúmq; simulacra in ære dedit incisa, affirmet (in Antiq. restitut. cap.* 3.) *hunc ultimum hebdomadis Diem appellatum fuisse* Saterdan *ab Idolo quodam* Seater *atque* Crodo *nuncupato, fides sit penes auctorem. Ego* Sater / *vel, ut alii scribunt,* Satur / *nihil puto aliud esse quàm* Saturnus. *Hæc breviter dicta sunto de Septimanæ dierum nominibus. Nonnulla video præterita, quæ addi possint ad ea quæ dicuntur de feriâ tertiâ, sive* Tiper dæg. *Sed chartulam è manibus meis immaturam eripuit Typographus; & forsan operæ pretium non est Paganorum diutiùs movere sterquilinium. B. Augustini censuram de Christianis Ethnicas Dierum appellationes usurpantibus, legat, qui volet, in Enarratione ejus in Psalm.* xciii. *col.* 1039. *Sequuntur ea quæ spectant ad dies festos.*

Mærre-dæg] *Lat.* Dies festus, festum. *Addi solet Sanctorum nominibus; ut,* Andreas mærre-dæg. *ad Matth.* iv, 18. To S. Agnan mærran. *ad Matth.* xiii, 44. *Quod passim observatur quoque in Calendario Runico; ut,* ᛒᚣᚢᚱᚢᛋ ᚠᛁᚢᚢᛦ. Pauli festum; ᚠᚣᚱᛁᚣ ᚠᛁᚢᚢᚢ. Mathiæ festum; ᛁᚣᚣᚣ ᚠᛁᚢᚢᛦ. Joannis festum; ᛒᚣᚱᚣᚢᚹ ᚠᛁᚢᚢ. Bartholomæi festum; O. *Worm. Fast. Dan. lib.* III. *Ubi varia hujus vocis scriptio potest obiter discerni. Hanc nostram interpretationem astruit illud in Canonib. Ælfrici,* §. 23. Se Mærre-ppeort rceal recgan on Sunnan dagum ⁊ Mærre-dagum þæt Godrpellep andgit on Englirc ðam folce. *i. e.* Diebus Dominicis ac festivis, Presbytero incumbit, ut Euangelii sensum populo dicat, *sive* interpretando pronunciet, Anglicè. *Cui conforme est quod lego in Membranis Saxonicis, quas suppeditavit Cl. Junius; scil.* Se Birceop rcýl bebéodan. mid ði mærtan bebode. ðam Mærre-ppýrtum. — þ hie béodan þam Godep folce þ hie Sunnan dagum ⁊ Mærre-dagum Godep cýpican géopne gerécen. ⁊ ðæp ða cocundan [*lege* gocundan] láre géopne gehépan. *i. e.* Episcopus tenetur Presbyteris severissimè, [*ad verb.* summo jussu] mandare, ut ii præcipiant Dei populo, Ecclesiam Dei diebus Dominicis ac festis diligenter frequentare, doctrinámq; divinam ibidem attentè audire. *Ne quis in nos accusationem temerè suscipiat, quòd* Mærre-ppeort *reddiderimus* Presbyter; *& non potiùs, ut alii,* Missalis sacerdos; *aut etiam* Sacrificulus, Missator, *aut quid simile: placuit Versionem nostram vindicare, simúlq; latiorem hujus vocis usum in monumentis patriis, quoad possumus, indicare. Versionem calculo suo comprobat magni nominis Interpres, Ælfricus, Abbas; in cujus Glossario* ms. *habetur,* Presbyter, Mærreppeort. *In Ælfrici Canonibus ad Wulfinum Episcopum,*

pum, §. 17. *legimus* Pꞃeꞅbiteꞃ iꞅ Mæꞅꞅe pꞃeoꞅt oþþe ealdþita. *q. d.* Presbyter est Mæꞅꞅe pꞃeoꞅt vel Senior. *Idem probari potest ex Ælfrici epistolâ ad Wulfstanum Archiepiscopum, sæpe recusâ; atque ex Ælfredi R. Præfatione ad S. Gregorii Pastorale Saxonicum, collatâ cum Asseri historiâ de Ælfredi rebus gestis. Patentiorem dictionis usum ostendunt sequentia.* Æðeau ðec ðæm meaꞅꞅepꞃeoꞅt. *in Gloss. Aldredi, pro* Ostende te sacerdoti; *Matth.* VIII, 4. *Cui consonat Textus, Hebr.* VII, 5. *in* MS. *libro Scintillarum sic Latino-Saxonicè conceptus:* De filiis Levi sacerdotium accipientes mandatum habent decimas sumere *&c. Sax.* Oꝼ beaꞃnum Leui mæꞅꞅepꞃeoꞅt-hað onꝼonde beboð hi habbað teoþunga niman *&c. Ubi vocabulum videmus etiam sacerdotibus veteris Testamenti accommodatum. In Pseudevangelio Nicodemi Saxonicè verso, quod è cod. Cantabrigiensi descripsit Cl. Junius,* Seniores ac sacerdotes *Judæorum passim vocantur* þa ealdꞃaꞅ ⁊ þa mæꞅꞅepꞃeoꞅtaꞅ:. *At in ejusdem Pseudevangelii fragmentis, quæ in bibliothecâ Cottonianâ asservantur, hoc* mæꞅꞅepꞃeoꞅtaꞅ *utplurimùm desiderari notatur: semel ejus loco substituitur* Pꞃeoꞅtaꞅ:. *Legentis itaque* Mæꞅꞅe *in Rubricis nostris, aut* **Masse** *in Anglicis festivitatum nominibus, nè statim animum subeat* Sacrificium propitiatorium pro vivis & mortuis: *nec à legente* Mæꞅꞅepꞃeoꞅt *in Anglo-Saxonicis, aut* **Priest** *(quod nihil aliud est quàm* Pꞃeoꞅt *vel* Presbyter) *in Anglicis, ulla fingatur necessitas transferendi* Sacrificulus, *aut* Missalis sacerdos; *eo nempe sensu, quo accipiuntur ea nostris diebus. Certè eruditi non dubitant affirmare Latinum* Missa *interdum usurpatum fuisse pro divino Officio Lectionum, Precum, aliorúmq; id genus, in Ecclesiâ celebrato: quamvis nulla eo tempore esset Eucharistiæ administratio. Sic* Missa *&* Eucharistia *tanquam distincta leguntur in Regulâ S. Benedicti, cap.* 38. — Post Missas & Communionem —: *ubi Versio quædam Saxonica* MS. *habet* — Æꝼteꞃ mæꞅꞅan ⁊ huꞅlgange —. *alia verò interlinearis, itidem* MS. — Æꝼteꞃ mæꞅꞅan ⁊ gemænꞅumunge oððe huꞅelgange:. *Est autem* Huꞅelgang. Eucharistiæ perceptio; *&* Gemænꞅumunge. Communio, κοινωνία. *Quid de S. Cœnâ Dominicâ senserint majores nostri, manifestè docent tam monumenta ipsorum Sax.* ἀνέκδοτα, *quàm Sermo ille Paschalis, in veteri Anglo-Saxonum dialecto, qui primùm excusus fuit (circa an.* CIƆIƆLXVI.) *typis Dayanis, ac postmodum recusus non semel in Joh. Foxi Martyrologio, atque aliàs. Sufficiat dixisse hunc veteris Ecclesiæ Saxonicæ Sermonem, sive Homiliam, magnam sui partem desumptum fuisse è scriptis Bertrami, (qui & Ratrannus dicebatur) atque Rabani Archiepiscopi Moguntinensis. In dictâ quoque Regulâ Benedictinâ,* Missa *observatur accipi pro* missione, *sive* dimissione *populi; quod etiam probat Hen. Spelmannus (in voce* Missa) *ex S. Galli Monacho, Kerone; cujus verba sunt,* Missas, Santa / quia mittitur populus. *Locus in Regulâ habetur cap.* 17. *ubi* Missæ sunt *(vel, secundùm cod.* MS. *Cottonianum à*

Cl. Ju-

Cl. Junio collatum, Missa est) *transfertur in interlinealibus* Hit bið ȝeendod. *i. e.* Finitum est. *Sic statim*, *pro* Kyrie eleison, & benedictio, & missæ fiant (*in* MS. faciant) *ponuntur in alterâ Versione*, Kyꝛꝛie leiſon. ⁊ ſi ſpa mid ȝebede ȝeendod. *q. d.* — atque ita cum precatione concludatur, *vel* absolvatur *Officium*. *Et de voce* Mæſſe *hactenus*. *Supersunt alia exempla*, *extra omnem controversiam posita*, *quibus interpretationes jam allatæ stabiliri possent*: *qualia sunt*, Be Mæſſe-dæȝe ꝼꝛeolſe. *in* LL. *Alvredi R. cap.* 41. *quod Joh. Bromton interpretatur*, De festivitatum observatione; *in Chronico suo*, *colum.* 821. *Sic*, In Augusto plena hebdomada ante festum Sanctæ Mariæ, (*ibid. col.* 826.) *respondent Saxonicis* On hæꝛꝼeſte þa ꝼullan ꝑucan æꝛ Sanctam Maꝛian mæſſan. *in citato capite*. *Conf. versionem* LL. *Ecclesiasticarum Canuti R. cap.* 17. (*in Sax. cap.* 14.) *ab eodem concinnatam*. *Apud eundem Bromtonum*, *Abbatem Jornalensem* (*columnâ* 845.) *lego* Messethegnes & Woruldthegnes (*Sax.* Meſſeþeȝneſ ⁊ ꝑeꝛold ðeȝneſ. *in* LL. *Æthelstani R. pag.* 55. *edit. Wheloch.*) id est presbyteri & seculares thayni. *Ita in* LL. *Edmundi R. cap. penult. occurrunt Saxonica* Æt ðam ȝiꝼtan ſceal Mæſſe-pꝛeoſt beon. *ubi Bromton*, Huic dationi (*nempe* nuptiali) debet interesse Presbyter. *In Ælfrici Canonibus*, §. 5. Episcopus, Presbyter, Diaconus, *redduntur Saxonicè* Biſceop. Mæſſe-pꝛeoſt. Diacon. *Quinetiam Arius hæresiarcha vocatur* Mæſſe-pꝛeoſt. *in iisdem Canonib.* §. 3. *Sed de hac re longè plura quàm statuebam*. *Quod futuri est pensi breviùs absolvendũ est*.

Mæſſe-æꝼen] *Lat.* Diei festi vigilia, *Anglicè* **Holy-day Eve** / *Belgicè* **Heylich Avend**. *Hoc Belgarum vocabulum Kiliano est* Feriæ præcidaneæ, feriæ quæ solennes ferias præcedunt, vigiliæ. *In Rubricâ ad Joh.* XIV, 15. *statuitur Lectio* on Pentecoſteneſ mæſſe-æꝼen. *sive quæ pertinet ad* Pentecostes vigilias: *& mox vers.* 23. *incipit Lectio* on Pentecoſteneſ mæſſe-dæȝ. *sive ipso* Pentecostes die festo *legenda*. *Saxonicum* Æꝼen. *Angl.* **Even** *&* **Evening** / *Belg.* **Avend** / *&c. significant* Vesper, tempus vespertinum. Mæſſe-nyht *quoque huc referri potest*, *quod occurrit in Rubr. ad Luc.* II, 1. *ubi legimus*, On mydde-þyntꝛeſ mæſſe-nyht to þæꝛe ꝼoꝛman mæſſan. *i. e.* In nocte Nativitatis Domini, ad primam Missam: *quod in hodiernis etiam Missalibus habetur totidem verbis*. *Vix notatu dignum est illud* To þam Viȝilian. *quod reperitur in Rubr. ad Joh.* XVII, 1. *quippe quod nihil aliud sibi vult quàm Lat.* Ad vigiliam, *vel* vigilias, *de quo novissimè dictum est*.

Sanctorum, *in Rubricis nostris memoratorum*, *nomina vel è S. Textu petuntur*, *vel aliunde*. *Prioris classis sunt*, S. Petrus; *ad Matth.* XVI, 13. *ad Mar.* VIII, 27. *&c.* S. Andreas; *ad Matth.* IV, 18. *& ad Joh.* I, 35. S S. Philippus *&* Jacobus; *ad Joh.* XIV, 1. S. Johannes Euangelista; *ad Joh.* XXI, 19. S. Matthæus;

thæus; *ad Matth.* IX, 9. S S. Petrus & Paulus; *ad Matth.* XIV, 22. S. Paulus; *ad Matth.* XIX, 27. S. Johannes *Baptista*; *ad Mar.* VI, 17. S. Stephanus; *ad Matth.* XXIII, 34. *Quibus addi possunt* Assumptio S. Mariæ; *ad Luc.* X, 38. & S. Michaël *Archangelus*; *ad Matth.* XVIII, 1. *item*, *Commemoratio* unius Apostoli (*Sax.* Aneſ Apoſtoleſ.) *ad Luc.* X, 1. & Apostolorum (*Sax.* Þæna Apoſtola.) *ad Joh.* XV, 12. & 17. *nec non* Epiphania Domini. *ad Joh.* II, 1. Paſſio. *ad Matth.* XXVI, 2. Aſcenſio Domini. *ad Joh.* 15, 7. & Pentecoſten. *quod passim occurrit: quæ omnia per se satìs sunt nota.*

Sanctorum nomina, aliunde quàm è S. Paginâ accersita, in sequentibus enumerantur. To S. Agnan mæſſan. *i. e.* Ad festum S. Agnetis (*in Calendario Runico* ᛅᚼᚾᛁᚿ: *ad Matth.* XIII, 44. On S. Laurentius mæſſe-dæg. *i. e.* Die festo S. Laurentii; *ad Matth.* XVI, 24. *Cui consonat* ᛚᛅᚠᚱᛅᚾᛏ ᛘᛁᚿᚿᛅ. Laurentii festum; *in Calend. Runico: item* Paa S. Lauritz dag/ *in Rubr. Danicis*; *ac* Am tage S. Laurentii / *in Alamannicis*; *q. d.* Die, *vel* ad diem, S. Laurentii. *Nec absonat* Τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ ἀρχιδιακόνου Λαυρεντίου [μνήμη, *vel* ἀνάμνησις,] *quod habetur in Horologio Gr. edito, an.* CIↃIↃXXXV. To S. Benedictus [mæſſe-dæg] *i. e.* Ad festivitatem S. Benedicti; *ad Matth.* XIX, 27. *Runicè quoque habetur* ᛒᛁᚾᛁᚦᛁᚠᛅᚢᚿ. *in Calendario.* On S. Sylueſtres mæſſe-dæg. *i. e.* In S. Sylvestris festivitate; *ad Matth.* XXV, 14. *Runicum est* ᚿᛁᚾᚠᛁᚿᛅᛁᚱ: To S. Heremitis ⁊ to S. Auguſtinus mæſſan. *i. e.* Ad festum S. Augustini & S. Hermetis; *ad Luc.* XIV, 25. *In Calend. Run. quoque cernitur* ᛅᚢᚴᚢᚿᛅᛁᚾᚢᚿ: On S. Gregorius mæſſe-dæg. *i. e.* In festo S. Gregorii (*qui in Run. Calendario quoque scribitur* ᚠᚱᛁᚠᛅᚱᛁᚢᚿ.) *ad Luc.* XIX, 12. To S. Vitalis mæſſan. *i. e.* Ad S. Vitalis festivitatem; *ad Joh.* XV, 1. *Runicum similiter Calendarium, quod extat in Fastorum Danicorum libro* III. *ostendit* ᚠᛁᛅᛅᚿᛁᚿ: *Calendarium isthoc, quod primus è vett. membranis eruit Olaus Wormius, Sanctorum in S. Scripturâ celebratorum solennitatibus quidem non destituitur: sed eas hìc adducere, ubi res nihil quæstionis habet, non videbatur necessarium. Hos octo modò nominatos (quibus, post secula tria aut quatuor, additos ultra centum ejusmodi Sanctos video in Rubricis quibusdam Anglicis, recentiori manu exaratis) profundiori cultu ornatos fuisse ab Anglis nostris, probari potest duabus saltem rationibus. Primò, id astruunt majoris illorum partis* Reliquiæ, *quas*, λειψανολατρείας *temporibus, Æthelstanus R. recondidit inter alias, in S. Mariæ & S. Petri Monasterio Exoniensi. De quibus vide Monastici Anglicani part.* I. *pagg.* 223, 224 & 225. *Secundò, idem evincunt Eulogia illa magnifica, quibus Sanctorum illorum aliqui decorantur in Menologii Anglo-Saxonici fragmentis* MSS. *quorum copiam nobis fecit Cl.* Junius. *Decreveram sanè ex his testimoniis quædam particulatim depromere; verùm opusculi sub currente prelo laborantis acce-*

acceleratio, hoc ipso tempore omnino repugnat. *Hujus loci sunt*, Aneſ Maꝛtẏꝛeſ. *i. e.* Unius Martyris *die festo*; *ad Matth.* x, 37. Maneꝝꝛa Maꝛtẏꝛa. *i. e.* Multorum Martyrum *festo*; *ad Matth.* x, 16. Aneſ Lonꝼeſſoꝛeſ. *i. e.* Unius Confessoris *festo*; *ad Matth.* x, 26. Oðꝛa Lonꝼeſſoꝛeſ. *i. e.* Aliorum Confessorum *festo*; *ad Matth.* xxv, 14. & Mæniꝝeſ Lonꝼeſſoꝛeſ. *i. e.* Multorum Confessorum *festo die*; *ad Luc.* xii, 35. *Sed hactenus de iis vocibus quæ in Rubricis repertæ, videbantur generali quadam expositione illustrandæ: sequuntur particularia quædam (vel minùs universaliter in iisdem Rubricis usurpata) Saxonica vocabula, explicatione quoque indigentia, quæ sigillatim, ac eo quo occurrunt ordine, sed levi calamo, sunt deinceps attingenda.*

ON Mẏð-pẏntꝛeſ mæſſe-æꝼen :·] *Lat.* In vigiliâ Nativitatis Christi: *ad verbum*, Mediæ hyemis; *Rubr. ad* MATTH. 1, 18. *Sic*, Æꝛ Mẏððan pẏntꝛa. *q. d.* Ante Christi Nativitatis festum; *ad Matth.* III, 1. Betꝼeox Mẏððe-pẏntꝛeſ mæſſe-ðæꝝ ⁊ tꝼelꝼtan ðæꝝe. *q. d.* Inter festum Nativitatis, & Epiphaniam; *ad Luc.* II, 33. *&c.* *In* LL. *quoque Æthelstani R.* (*pag.* 53. *edit. Whelochianæ*) *sic Rex ille de seipso loquitur:* Nu hæbbe ic ꝼunðen mið ðam pitum ðe æt Eaxceaſtꝛe mið me pæꝛon to miððum pintꝛe. *&c.* *quæ, Johanne Bromtone interprete, sonant*, Nunc inveni cum illis sapientibus qui apud Exoniam fuerunt mecum in sancto Natali Domini, *&c.* *inter Legg. Adelstani R. colum.* 850. *Nativitas itaque Christi, quæ celebratur* VIII. *Kal. Januarias, sive die* 25. *Decembris, dicitur* MID-PINTER. *eâdem prorsus ratione quâ Johannis Baptistæ natalis, cujus solennitas incidit in* VIII. *Kal. Jul. sive Junii diem* 24. *vocatur Anglo-Saxonicè* Mið-ꝼumeꝛ. *i. e.* Media æstas. *Conf. Rubb. ad Luc.* 1, 1, & 56. *&c.* *Hinc mensis December quoque dicebatur* Miðpinteꝛ monað. *quod vocabulum occurrit in Laurentii Noëlli Dictionario manuscripto. Quin & in Islandicis ferunt extare* Midesvetrar manudar / *ut in Danicis, ni fallor,* Midvinter maaned / *quæ sono & sensu ab Anglo-Saxonico illo non abhorrent: an verò ad Decembrem etiam hæc quadrent pariter atque illud, statuant alii quibus otium est & animus.* *Vide* Olai *Wormii Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 14. *pagg.* 44. & 48. *Hunc diem octavum Kalendas Januarias, quo Christum natum Ecclesia religiosè commemorat, antiquitus coincidisse cum Solstitio brumali (quemadmodum id in Imperio Romano, sub ipsum Nativitatis seculum, vulgariter computari solebat) observatum est ab aliis: qui & hinc evincere conantur, hujus diei celebritatem ab ipso Christianismo exorto invaluisse.* *Hoc autem, quamvis ad hunc locum pertineat, diffusioris est indaginis, quàm ut à me nunc attingi, aut in his chartulis habere locum possit.* *Non tamen pigebit huc ascribere S. Augustini qualecunque Observa-*

vatum. Hominis dispensatio, *inquit ille*, minor minórq; fiebat, quæ significabatur in Johanne: Dei dispensatio in Domino nostro Jesu Christo crescebat, quod & natalibus eorum ostenditur. Nam ille natus est, sicut tradit Ecclesia, octavo calendas Julias, cùm jam incipiunt minui dies: Dominus autem natus, octavo calendas Januarias, quando jam dies incipiunt crescere. Audi ipsum Johannem confitentem (*Joh.* III, 30.) Illum oportet crescere, me autem minui. *Aug. enarrat. in Psalm.* CXXXII. *Simile quid reperitur tam alibi apud Augustinum, quàm apud alios. Sed hæc de voce* Mid-pinter *sufficiant. In monumentis Saxonicis occurrit quoque* Geol. *pro hoc Festo natali: ut*, Se þe ſtalað on Sunnan niht. oþþe on Geol. oþþe on Eaſtron. oþþe on þone halgan þunreſ dæge. *&c. i. e. interpretante Joh. Bromtono*, Qui furatur die Dominicâ, vel in sancto natali, vel in Paschâ, vel in ascensione Domini, *&c. In* LL. *Alvredi R. cap.* 6. *Vocatur etiam* Gehol. *ibid. cap.* 39. *quod & Angli etiamnum dicunt* Yule. *In Calendario Runico habetur* ᛁᛅᚢᛚᛅᚾᛅᚼ. *in Rubricis Danicis*, Jule dag / Christi Fødsels dag. *q. d.* Dies Jule / Christi Nativitatis dies; *& in* MS. *quodam cod. Norvagico vidi, si rectè memini*, Jola dagh. *De hujus vocis originatione multi multa. Alii deductam eam volunt à Gr.* Ἰουλος· *alii à Lat.* Jubilum, *ac Heb.* יובל. *Alii eam autumant tantundem valere ac* Gula, *in* Gula Augusti, *de quo consulendum est H. Spelmanni Glossarium: alii, tantundem atque Danici festi nomen* Juel / *de quo subsequentia notavit Ol. Wormius*. Quidam quia dies XXV. Decembris Julio Cæsari dies Brumæ habitus, à Julio diem hunc & insequentes à nostratibus Juel dictos putant, ídq; autoritate Bedæ, qui hæc habet: Vetus sermo in Ecclesiâ XXV. diem Decembris esse faustissimum & lætissimum natalem filii Dei in terrâ, is nempe Julii fuit dies Brumæ, & fuit celebratus à vetere etiam Ecclesiâ. *Hæc ille, Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 7. *Hoc itaque redit ad illud quod modò dictum fuit de* Mid-pinter. *sive* Bruma. *Mihi non est dubium quin* Geol *isthoc affinitatem habeat cum vett. Saxonicis Decembris ac Januarii Mensium nominibus*, Ærra Geola *&* Æftera Geola. *de quibus hæc cernuntur scripta in Menologio Saxonico* MS. On þam tpelftan monðe býð an ⁊ XXX. daga. ſe monað iſ nemned on Leden Decembriſ. ⁊ on ure geðeode Se ærra geola. forþam þa monðaſ tpegen ſýndon nemde anum naman. oðer Se ærra geola. oðer Se æftera. forþan ðe hýra oðer ganged beforan þæra ſunnan ærþon ðe heo cýrre hig to þæſ dæges lenge. oðer æfter. *id est*, In duodecimo mense sunt dies XXXI. Mensis iste vocatur Latinè *December*; nostrâ verò linguâ, Geola *prior*: quoniam duo sunt Menses, qui uno nomine gaudent; alter Geola *prior*, alter *posterior* est. Horum enim alter præcedit solem, priusquam convertat se, *seu* vergat, ad longitudinem, *vel* incrementum, diei; alter subsequitur. *Quæ omnino conveniunt cum iis quæ ex Bedæ Operib. allegata video*; *scil.* Menses

Giuli

Giuli à conversione solis in auctum diei, quo unus eorum præcedit, alius subsequitur, nomina accipiunt. *Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 14. *Ubi ratio iterum habetur de Solstitio illo hyberno.* *De altero* Geola *sic deinceps Menologium:* On ðone eahteðan geohhel-dæg bið ðæs monðes fruma þe mon nemneð Ianuarius. ðæt is on ure geðeode Se æftera geola. þ bið se æresta geares monað mid Romparum ⁊ mid us. *q. d.* Die octavo à Nativitatis festo inchoatur Mensis, qui dicitur *Januarius*; & linguâ nostrâ vernaculâ, Geola *posterior:* ab hoc autem Mense auspicatur annus, tam apud nos, quàm apud Romanos. *Neque ab his abludunt ea quæ ex Bedâ desumpsit H. Spelmannus, in voce* Mona: *scil.* Primus eorum, i. e. Saxonum, mensis, quem Latini *Januarium* dicunt, dicitur *Giuli*. Intelligo primus eorum mensis secundùm Romanum computum, alioquin nullo modo primus est. *Sed me Bedæ nostri Operibus destitutum piget hoc alienis oculis penitiùs indagare.* *Huic Saxonico* Geola *cognatum existimo Finnonicum* Joulu pǻiwǻnǻ / *quo significatur* Christi Dies natalis; *item Sueticum* IAM-Ψ. *sive* Jylamonat, *& Danicum* Julemaen / *quæ Decembri respondent, quorúmq; mentio fit in Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 14. *Nec ab hoc nostro proposito alienum est illud, quod adducitur è cod. quodam Islandico;* Saa er twitugur sem hæfur xx. Jola nætur/ *i. e.* Vigenarius, *vel* viginti annos natus, censetur, qui xx. noctes Julias vixit; *ibid. cap.* 12. *Ubi* Per noctes Natalitiorum, *inquit Ol. Wormius*, ætas pupillaris in xx. numeratur. *Hoc enim contingit Saxonico nostro* Pinter. *nec non Gothico* ΥΙΝΤΚΝΣ. *ut accipiantur quoque pro* Anno: *quod fusissimè probavit Cl. Junius, in Glossario suo Got. in voce* ΥΙΝΤΚΝΣ: *His autem omissis, solummodò memorare libet, hanc brumalem Christi nati solennitatem Anglis dictam esse* Christmasse/ Christi festum; *Belgis* Kerstmisse *&* Kerstdagh / *Alamannis* Christtag; *i. e.* Christi festum, Christi dies; *Germanis etiam quibusdam,* Wij-nacht/ wie-nacht/ *vel* wijh-nacht/ *q. d.* Nox sacra; *porrò vett. Frisonibus dictam fuisse* Cristes moern (LL. *Fris. pagg.* 94. *&* 97. *editionis Colon.*) *quod exponitur* Kersdach *in Legum Frisicarum compendio, quod habetur in Frisiæ descriptione nuperrimè editâ, cap.* 55. *denique vett. Danis, Cimbris, aut Gothis,* ΡΝΙ ΒΑΡΡ *vel* ΡΝΙ ΒΙΡΡ. *q. d.* Nativitas Dei; *Fast. Dan. lib.* I. *cap.* 2. *& lib.* III. *cap.* 3. *Unicum restat, de quo semel monendus est lector Grammaticalibus intentus; nos nempe in hac renovatâ Rubricarum editione, copulâsse* Mÿddan-þÿntra (*ad Matth.* III, 1. *& ad Luc.* II, 21. *&* III, 1.) *atque etiam* Sunnan-dæg. Tiþes-dæg. Þodnes-dæg. *&c. hac connexione* [-] *conjunctivâ: ut imperitis saltem aliquatenus constet, quòd per has dictiones singulare quid denotetur.* *Hoc quidem Grammaticorum legibus interdictum esse non ignoro: sed eo impressionis tempore ferè necessarium videbatur, quando nihil minùs præcogitabam, quàm hanc Rubricarum qualemcunque dilucidationem.*

On tpelfꝛtan dæʒ.] *Lat.* In Epiphaniâ Domini; *ad verbum*, In die duodecimo, *à Christi nimirum Festo natali*; *Rubr. ad* MATTH. II, 1. *Nos Angli* Epiphaniam *etiamnum vocamus* **Twelfth day**; *quæ aliàs in Rub. ad Joh.* 1, 29. *vocatur* Lodeſ ætẏpednẏſſe. *i. e.* Dei manifestatio. *De hoc postea forsan aliquid dicetur, ubi deventum fuerit ad illum Johannis paragraphum.*

On cẏlda mæſſe-dæʒ.] *Lat.* In Festo Innocentium; *Rubr. ad* MATTH. II, 13. *Anglorum vulgus vocat* **Childermasse day.** LILD *isthoc desumi videtur ex hac Euangelii historiâ: nam versu* 16. *hujus tmematis habentur*, [Heꞃodeſ] oꝼſloh ealle þa cild þe on Bethleem pæꞃon and on eallum hẏꞃe ʒemæꞃum. ꝼꞃam tpẏ-pẏntꞃum cilde ⁊ binnan þam. *pro Latinis* [Herodes] occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infrà. *Hìc obiter notent Grammatici*, Lild *in hoc versiculo usurpari pluraliter pro* Pueros; *at verß.* 13. *&* 14. *præcedentibus, idem ipsum poni pro* Puerum *in Num. singulari. Conf. Matth.* XVIII, 25. *Consimilia sunt Singularia* Fꞃẏnd. Amicus; Lamb. Agnus; Spuꞃd. Gladius; Tacn. Signum; Ðinʒ. Res; *&c. quæ minimè variata, dicuntur quoque de pluribus*; *Joh.* XV, 14. *Luc.* X, 3. *Luc.* XXII, 38. *Joh.* XI, 47. *& Joh.* VIII, 29. *Quod, minutum sit licèt, imprudentem inducere potest in magnos errores. Nescio unde desumptum sit, quod de numero Infantum, belluino Herodis jussu occisorum, affirmatur in Horologio Græco, his seqq. verbis*; Τῶν ἁγίων νηπίων, τῶν ἐν Βηθλεὲμ ὑπὸ Ἡρώδου ἀναιρεθέντων, χιλιάδων ὄντων ιδ'. —. *Huic tamen consentientem video Moscoviticum Lectionum Ecclesiasticarum Indicem. Ferunt quoque idem reperiri in Missalibus Æthiopum Commemorationibus; sed quæ mihi nondum inciderunt in manus. Hujus diei appellatio in Calendario Runico est* BARKA 4A*R. Puerorum dies; *inq*; *Rub. Danicâ*, **De wskyldige Børns dag**/ *q. d.* Innocentium puerorum dies. *In Rubricis quæ sequuntur ad Matth.* III, 1 *&* 13. *legitur* Æꞃ mẏddan pẏntꞃa. *i. e.* Ante Christi natale Festum; *&* Oꝼeꞃ tpelꝼtan dæʒ. *i. e.* Post Epiphaniam: *ubi, præter* Æꞃ *&* Oꝼeꞃ. *nihil est quod non fuit modò explicatum. Et nobis non licet minutiis singulis immorari.*

On halʒan dæʒ.] *Lat.* In die sacro; *Rub. ad* MATTH. IV, 1. *In citeriorum seculorum Rubricis, quas vidi, omnibus, hic Euangelii paragraphus assignatur Dominicæ primæ Quadragesimali. Hanc autem diem Dominicam appellatam fuisse* Halʒan dæʒ. *non obscurè probatur ex Capitulis Latino-Saxonicis, à Cl. Spelmanno editis in Tomo* I. *Conciliorum: ubi pag.* 610. *pro Latinis* Hebdomadâ primâ ante initium Quadragesimæ, *ponuntur Saxonica* On þæꞃe nẏhſtan þucan æꞃ halʒan nẏht. *i. e.* In hebdomadâ noctem sacram proximè antecedente. *Sic, pag.* 615. Singulis diebus Dominicis in Quadragesimâ, Sacramenta Corporis & Sanguinis Christi

Christi sumenda sunt, *transfertur Saxonicè* Ælce ſunnan dæʒe on þiſſe halʒan tide iſ to huſle to ʒanʒenne. *i. e. ad verbum*, Singulo die Solis in hoc tempore sacro *&c.* *Hinc facilè poteſt intelligi id quod ſequitur*,

To ealꝼa halʒena mæſſan.] *Lat.* Ad Feſtum omnium Sanctorum; *Rub. ad* MATTH. v, 1. *Calendarium Runicum habet* ✱IN✱ΠΚΛ ΨIИИΛ. Sanctorum Feſtum. *In Rubb. Danicis occurrit* Paa alle Belgens dag; *in Alamannicis*, Am tage aller Heiligen / *q. d.* Omnium Sanctorum die. *A quibus non multùm diſcrepant Anglica Belgicáque hujus feſtivitatis nomina.*

On ꝼꝼiʒe-dæʒ innan þæꝼe cyſ-pucan.] *Lat.* Feriâ ſextâ in primâ, *vel (ut alii numerant)* præcidaneâ, Quadrageſimæ ſeptimanâ: *ſive*, Die Veneris illo, qui ſtatim ſequitur diem Cinerum; *Rub. ad* MATTH. v, 43. ⊏YS-ÞU⊏A *(quod puto me nondum legiſſe in idoneo aliquo Sax. monumento) transfertur, in primâ Euangeliorum Saxonicorum editione*, Cleanſing Week. *q. d.* Hebdomas mundans, purificans, expurgatoria. *Certè* Kuyſch *Belgis eſt* Caſtus, mundus, purus: *&* Kuyſchen / *interprete Kiliano, ſignificat* Purgare, mundare. *Si conjiciendi licentia permittatur in re non ſatìs exploratâ: exiſtimarem hebdomadam, quâ inchoatur Jejunium Quadrageſimale, forſan appellari* mundam, puram, caſtam, *ob rationes quaſdam expreſſas in Capitulis illis, paulò antè laudatis, quæ Tomo Conciliorum primo inſeruit Nob. Spelmannus. Paginis itaque* 610. *&* 611. *ſive cap.* 36. *leguntur ſequentia, Latinè ſimul & Saxonicè conſcripta.* Hebdomadâ primâ ante initium Quadrageſimæ, confeſſiones Sacerdotibus dandæ ſunt, —. Et ſic ingredientes in beatæ Quadrageſimæ tempus, MUNDIS & PURIFICATIS mentibus ad ſanctum Paſcha procedant, & per pœnitentiam ſe renovent, quæ eſt ſecundus BAPTISMUS. *Quorum verſio Saxonica ita ſe habet:* On þæꝼe nẏhſtan pucan æꝼ halʒan nẏht ſceal ʒehꝼa to hiſ ſcꝼiꝼte ʒan. —:· ⁊ þonne ſꝼa ⊏E⊏LÆNSODUM modum inʒʒanʒen on þa tíd þæſ halʒan ꝼæſtenes. ⁊ þuꝼh dædbote hiʒ ſẏlꝼe ⊏LÆNSIEN ꝼið þaꝼa halʒena Eaſtꝼena. ꝼoꝼþon ſeo dædbote iſ æꝼteꝼum FULꝼIHTE ʒelíce:· *Poſtea, cap.* 43. *legimus*, Abſtinendum eſt enim in his ſacratiſſimis diebus à conjugibus, & CASTE & piè vivendum, ut ſanctificato corde & corpore iſti ſancti dies tranſigantur; & ſic perveniatur ad diem ſanctum Paſchæ: quia penè nihil valet Jejunium quod conjugali MACULA vel opere POLLUITUR. *Saxonicè*, Eac iſ ʒeſẏnſcipum micel þeaꝼꝼ ꝥ hi hiʒ on þaſ halʒan tíd ⊏LÆNLI⊏E healdan butan ælceſ hæmedeſ BESMYTENNYSSE. ꝥte hiʒ þuꝼh aꝼꝼæſt liꝼ ⊏E⊏LÆNSEDRE heoꝼtan ⁊ hioꝼa lichoman Gode mid ʒecꝼemum dædum to þæm halʒan Eaſteꝼ-dæʒe becuman mæʒen. ꝼoꝼþon ne ꝼoꝼſtondeð ꝥ ꝼæſten noꝼiht ꝥ mid ʒeſẏnſciplice peoꝼce bið BESMY-

TEN:. *Hactenus incerti auctoris Capitula. Quibus addi possunt Homiliæ cujusdam verba, quæ à majoribus nostris audiebantur primâ Quadragesimæ die Dominicâ. Homilia sic incipit:* Men þa leoꝼeꝼtan. eoþ eallum ıꝼ cuð þeꝼ ȝeaꝼlıca ẏmbꝼẏne uꝼ ȝebꝼıngð eꝼne nu ða LLÆNAN tíð lengtenlıceꝼ ꝼæꝼteneꝼ. *i. e.* Viri dilectissimi, vobis omnibus notum est, quòd hoc curriculum anniversarium, *vel* hic anni decursus, nobis jam nunc apportet PURAM illam jejunii Quadragesimalis tempestatem. *Et mox:* Stuntlıce ꝼæꝼt ꝼe lænȝtenlıc ꝼæꝼten ꝼe ðe on ðıꝼum LLÆNAN tıman mıð ȝalꝼcıpe hıne ꝼẏlꝼne beꝼẏlð:. Onꝼıhtlıc ıꝼ þ ꝼe Lꝼıꝼtena man ꝼlæꝼclıce luꝼtaꝼ ȝeꝼꝼemme on ðam tıman þe he ꝼlæꝼclıce mettaꝼ ꝼoꝼȝan ꝼcẏl:. *i. e.* Stultè observat ille jejunium Quadragesimale, qui hoc tempore PURO seipsum explet luxuriâ, *vel* lasciviâ. Non est æquum, ut Christianus homo desideriis carnalibus vacet (*ad verb.* perpetret) eodem tempore quo à cibis carnariis eum oportet abstinere. *Acsi quis diceret;* Ineptissimum est, ut Carnis illicitæ satietatem sibi Christianus indulgeat, qui à Carnibus licitis nunc temperare religiosè tenetur. *Integrum hunc Sermonem descripsi è membranis, quas suppeditavit bibliotheca, atque etiam humanitas, Juniana. Sed nunc demum rescisco hanc Homiliam Quadragesimalem quoque incidisse in manus doctiß. Abr. Wheloci, qui aliquot ex eâdem portiones deprompsit in suis Notis ad Bedæ hist. Ecclesiasticam, pagg.* 71, 244. *&* 245. *Vernalis jejunii mundities passim inculcatur in hortationibus Saxonum Quadragesimalibus. Conf. Regulæ Benedictinæ cap.* XLIX. *De voce* PULA. *priùs dixi (pag.* 511.) *eam fortè deductam esse à Got.* ꝟIKꝶ *significante* Ordo (*vel* ordinem) rerum vicibus suis recurrentium; *Luc.* 1, 8. *Animadvertens autem ministerium uniuscujusque* ἐφημερίας, *sive classis, sacerdotum, semel durâsse hebdomadam; cœpi cogitare Gothorum Antistitem fortasse nihil aliud innuere voluisse per* ÏN ꝟIKꝶN KUNGIS SEINIS. *quàm* In hebdomadâ cognationis, sodalitatis, *vel* classis suæ. *Hanc* XXIV. *Ordinum, seu* ἐφημεριῶν, *suâ cujusque septimanâ, successionem in munus sacerdotale, probant nonnulli ex* 2 *Reg.* XI, 7. *collato cum* 2 *Paral.* XXIII, 4. *Sed omnino confer Talmudis Hierosolymitani Tractatum* תעניות, *sect.* 4. *fol.* 68. *col.* 1. *editionis Cracoviensis.* Jejuno bis in sabbato (*Luc.* XVIII, 12.) *transfertur Saxonicè,* Ic ꝼæꝼte tuꝼa on Ucan. *Islandicè,* Eg fasta tuisuar j Viku; *& Danicè,* Jeg faster to gange om Vgen.

To caput ıeıunıı on ꝑoðneꝼ ðæȝ.] *Lat.* Feriâ quartâ, *vel* die, Cinerum; *Rub. ad* MATTH. VI, 16. *Angli dicunt* Ashwednesday; *Belgæ,* Asch-dach/ asschen-woensdach; *Alamanni,* Ascher mittwoch; *q. d.* Cineralia. *De hoc* LAPUT IEIUNII *sic Canon quidam (sub Edgaro R.) de modo imponendi pœnitentiam,* §. 3. Ælc Bıꝼcop bıð hıꝼ Bıꝼcop-ꝼtole on [on] ꝑoðneꝼ ðæȝ þe þe hateð Lapuð ıeıunıı. *i. e.* Omnis Episcopus sedem suam Episcopalem capescat in

in die illâ Mercurii, quam *Caput jejunii* appellamus; *H. Spelm. Concil. Tom.* I. *pag.* 460. *Hic Cinerum dies vocatur* Caput Quadragesimæ, *in Reg. S. Benedicti, capp.* 15, 41, *&c. Vetus quoque istius Regulæ Interp. Theotiscus, pro* Caput Quadragesimæ, *similiter posuit* Habit dr (*seu* Haubit dera *vel* dero) Fastun: *quod liquet ex Keronis Glossario Latino-Francico, cui titulus*, Interpretatio vocabulorum barbaricorum in Regulam S. Benedicti, Abbatis. *Rectiùs transtulisse mihi videntur Saxonici nostri Interpp. qui pro* — Usque ad caput Quadragesimæ, *substituere* — Oþ lenctener anginne. *atque* — Oð angin længuten-fæsten. *q. d.* Usque ad initium, *&c. Reg. Benedicti, cap.* 15. *Capite etiam* 48. In caput (MS. capite) Quadragesimæ, *redditur, in Versionum alterâ*, On foran lencten. *q. d.* Primâ, novâ, incipiente *vel* ineunte Quadragesimâ, *seu* vere. Incipiente Quadragesimâ *quoque ab Ælfredo R. vertitur*, On fore-peard Easten-fæsten. *Bedæ hist. Eccles. lib.* v. *cap.* 2. *Belgæ dicunt* Voor lente / *pro* Vere, *seu* Quadragesimâ, primùm ineunte. *Quarè verò hæc feria nuncupetur ab Ecclesiasticis*, Dies Cinerum, *& Runicè* ᛁᛋᚹᚢᚾᛁᛦ. *quod idem significat, non est hujus loci inquirere.*

To Gang-dagon.] *Lat.* Rogationum, *quas vocant*, diebus; *Rubr. ad* MATTH. VII, 7. *Hi* Rogationum, Processionum *vel* Perambulationis *dies appellantur Runicè* ᚠᛁᚱᚠᚾᛁᚱ *vel* ᚠᛁᚱᚠᚾᛁᛦᚱ. *Norvagicè*, Gangdagene; *qui & ab aliis Septentrionalibus pariter dicuntur* Gangdagur / *à* procedendo *nempe vel* incedendo: *nam Saxonibus nostris* Gangan *est* Ire; Ymb-gangan. Circumire; *&c. Islandis quoque* Ad ganga *significat* Ire; *&c. Hinc ferunt septimanam illam, in quam hi* Perambulationis *dies incidunt, vocari Islandicè* Gangdaga-vika: *sicut Anglo-Saxonicè vocabatur illa* Gang-puca. *Rubb. ad Mar.* XVI, 14. *&c. Joh.* XVII, 1. *Non desunt qui hos Dies existimant dicendos* Robigalia *vel* Rubigalia, Ambarvalia, *&* Amburbalia *vel* Amburbialia Christiana. *A Crucibus etiam circumferendis hæ* Rogationum *feriæ nominantur Belgicè* Kruys-daghen; *Alamannicè*, Creutz tag: *unde & Anglicum* Crosse-munday *suum nomen accepisse, vero simillimum est. Plurima dici possent de hujus solennitatis origine atque celebratione tum piâ, tum superstitiosâ: sed horum disquisitio virum otio, deliberatione ac tranquillitate fruentem postulat. Consulatur interim Gul. Durandi Rationale, lib.* VI. *cap.* 102. *Hìc duo tantùm vetustiora placuit inserere testimonia; quorum altero indicatur tempus, altero celebritas harum* Rogationum, *vel* (*ut aliquando vocantur*) Litaniarum, *solennium. Primum, quod ex veteri quodam precationum libro descripsit, atque Latinè reddidit Ol. Wormius, ita habet:* Otte Dag effter Fastelafns Søndag / er den første Dag i Faste / Item sex Vger der effter haffuer du Paaskedag / Item offuer fem Vger dernest haffuer du Gang-dagene / Torsdagen i samme Vge er vor Herris Himmelfert Dag. *id est*, Octavo post

Dominicam *Esto mihi*, primus occurrit dies Quadragesimæ; ab hoc sex computando septimanas, Paschatos occurrit festum; hinc quinque elapsis septimanis *Gangdagene* incipiunt; sed die Jovis ejusdem septimanæ festum celebratur Ascensionis Domini. *Fast. Dan. lib.* III. *Alterum extat in* LL. *Alvredi R.* §. 6. *ubi* Ꞃanꝫ-ꝺaꝫaꝛ *numerantur inter primarias Ecclesiæ festivitates. Siquidem hac Lege regali sancitum est* De furatis die festo; *ut habet titulus ejus apud Jo. Bromtonum, col.* 820. *Lex autem Saxonicè hisce concipitur verbis*; Ꞩe þe ꝛꞇalaꝺ on ꝛunnan nıhꞇ. oþþe on Ꞃeol. oþþe on Ꞓaꝛꞇꞃon. oþþe on þone halꝫan þunꞃeꝛ ꝺæꝫe. ⁊ on Ꞃanꝫ-ꝺaꝫaꝛ. ꝺaꞃa ꝫehpẏlce pe pıllaꝺ ꝛẏ ꞇpẏbóꞇ. ꝛpa on Lencꞇen ꝼæꝛꞇen:. *Illud tamen* Ꞃanꝫ-ꝺaꝫaꝛ *non agnoscitur disertim in hac impressâ Legis Versione Bromtonianâ*, Qui furatur die Dominicâ, vel in sancto natali, vel in Paschâ, vel in ascensione Domini; in quolibet eorum volumus dupliciter emendandum sit, sicut in Quadragesimali jejunio. *Chron. col.* 822. *Si cui libitum fuerit hanc rem accuratè fuséq; pertractare, distinguat ille inter* Rogationes, *sive* Litanias majores, *ac* minores; *quæ à vett. Menologis interdum confunduntur. Menologium enim Saxonicum appellat diem Aprilis* XXV. Þone mıcelꞃa bena ꝺæꝫ. *q. d.* Majorum supplicationum, *vel* rogationum, diem: *qui ipse tamen Aprilis dies in Calendario Runico vocatur* ᛗᛁᛗ ᚹᛁᚱᚹᛅᛁᚱ. *i. e.* Parvi dies processionum, *sive* rogationum. *Conf. Durandum, loco citato, aliósq; Ritualium librorum auctores. Vide quoque Hen. Spelmanni Glossarium in* Perambulatio; *ac præcipuè, in* Litania.

On ꝺæꞃe oþꞃe Ꞓaꝛꞇeꞃ-ꝑucan.] *Lat.* In secundâ hebdomade Paschali; *Rubr. ad* MATTH. IX, 14. ꞒAꞮTꞒR *passim usurpatur à Saxonibus pro* Paschæ *festivitate. Sic*, In die solemni Paschæ *transfertur*, On Ꞓaꝛꞇeꞃ-ꝺæꝫeꝛ ꝼꞃeolꝛꞇıꝺe. *&* To þam Ꞓaꝛꞇeꞃlıcan ꝼꞃeolꝛe. *Luc.* II, 41, 42. *Sícque*, Qui dicitur Pascha, *ab Interp. nostro redditur*, Ꞩe ẏꝛ ꝫecpeꝺen Ꞓaꝛꞇꞃon. *& ab Aldredo Glossatore*, Ꞩe ꝺe ꝫecuoeꝺen ıꝛ Ꞓoꝛꞇꞃo. *Luc.* XXII, 1. *Hæc quidem rectè interpretata sunt: sed dubito an* Pascha occidere, *&* manducare *commodè satìs reddantur per* Ꞓaꝛꞇꞃon ꝫepẏꞃcan *&* pẏꞃcan. *Luc.* XXII, 7, 8, 11. *Vereor etiam nè in Sermone Paschali, fol.* 51. *impropriè dicatur* Ꞃꞃıꝛꞇ ıꝛ uꞃe Ꞓaꝛꞇeꞃ-ꞇıꝺe. ꝛe ꝺe ꝼoꞃ uꝛ pæꝛ ꝫeoꝼꝼꞃoꝺ. *pro Lat.* Pascha nostrum immolatus est Christus; 1 *Cor.* V, 7. *Priscis Alamannis* Pascha *erat* Oostrun: *hodiernis etiam Germanis nota sunt* Ostern / ostertag; *nec non* Ooster / oosteren *&* oosterdagh / *idem significantia. Hinc evenit ut* פסח *aliquoties cernatur translatum* Osterlamb / Agnus Paschalis; *in Rituum Paschalium libro, quem ex Hebraicis vertebat Jo. Steph. Rittangelius. Hinc quoque mensis Aprilis à Carolo M. olim dicebatur* Ostermonat / *atque ab aliis nunc vocatur idem* Ostermaen *&* oostermaend / *q. d.* Paschalis mensis. *Quo sensu accipiendum est &* Ꞓoꝛꞇuꞃ-monaꝺ *apud Bedam nostrum*; *è cujus cap.* 13. *de Temporum*

porum ratione, sequentia lego à pluribus allegata. Eosturmonath / qui nunc Paschalis mensis interpretatur, quondam à Deâ illorum (*vett. Anglo-Saxonum, scilicet*) quæ Eostre vocabatur, & cui in illo festa celebrabant, nomen habuit: à cujus nomine nunc Paschale tempus cognominant, consueto antiquæ observationis vocabulo, gaudia novæ solennitatis vocantes. *Nisi hoc vocis* Eaſter *vel* Eoſtur *etymon, munitum Venerabilis viri autoritate, mentem meam præoccupasset; haud gravatè subscriberem Germanorum originationi, quæ Paschæ Christianorum aptissimè accommodatur. Dicunt enim illi, suum* Ostern *fieri per Metathesin ab* Vrständ; *hoc autem à veteribus usurpatum fuisse pro* Aufferständtnus / Resurrectio. *Quòd autem alii deduxerint* Oster *ab* Ost / Oriens; *quia in feriis Paschalibus celebratur* Ortus *Solis justitiæ, sive Resurrectio Christi à mortuis: mihi quidem videtur id longiùs petitum. Denique,* Pascha *Anglo-Saxonibus propriè dictum fuisse* Færeld. *nos ignorare non sinit Sermo ille Paschalis (fol. 59.) cujus hæc sunt verba:* Þeoſ tid iſ ȝehaten on Ebreiſcum ȝereorde Paſca. Þ iſ on Leden Tranſitus. ⁊ on Engliſ Færeld. forðan ðe on ðiſum dæȝe ferde Godeſ folc fram Egipta lande oſer ða readan ſæ:. *i. e.* Hoc tempus [solenne] vocatur in linguâ Hebræâ *Pascha*, quod Latinè *Transitus* est, Anglicè verò Færeld. hoc enim die populus Dei ex Ægyptiorum terrâ [egressus,] transiit mare rubrum. *Paschalis festivitas appellatur, in Calendario Runico,* ᚢᛒᚱᛅᛁᛋᛅ ᚠᚢᛁ. Resurrectio Dei; *à nobis Anglis verò adhuc dicitur* Easter. *Vide Act.* XII, 4. *Cætera,* περὶ τῆς μεγάλης τοῦ Πάσχα ἑβδομάδος, καὶ περὶ τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας (*ut loquuntur Græci*) *aliunde petenda sunt.*

Innan Lenct.] *Lat.* In Quadragesimâ; *Rubr. ad* MATTH. XII, 22. *sic ad versum* 38. *sequentem,* On þære forman Lencten pucan. *i. e.* In primâ hebdomadâ Quadragesimali. *Saxonicum* LENCTEN. *vel* Lenȝten. *usurpatur pro* Vere, *sive* tempore verno. *Hoc autem significatur per affine* Lente/ *quod Belgis; ac per* Glentz *vel* Lentz / *quod superioribus Germanis est in usu. De Saxonicæ illius vocis genuinâ significatione certiores reddimur è Psal.* LXXIII, 18. *ubi* Æstatem & ver tu plasmasti ea, *transferuntur Anglo-Saxonicè,* Sumer ⁊ lenȝten þu ȝeſcope hiȝ:. *Ita in* MS. *Tract. de Æquinoctio vernali,* §. 11. *lego,* Ver yſ lencten tid. *& paulò antè,* §. 8. Ða Ebreiſcan ðeoda þe Godeſ æ heoldon. onȝunnon heora ȝearer anȝin ealra rihtlicoſt. Þ iſ on ðære lenctenlican Emnihte. *id est,* Populus Hebraicus, qui legem Dei observavit, omnium rectissimè instituit anni sui principium, in ipso scilicet Æquinoctio vernali. *Monumenta Saxonica aliàs reddunt* In Quadragesimâ *per* On ða tid ðæſ feoþertiglican fæſteneſ ær Eaſtron. (*Bedæ hist. Eccles. lib.* V. *cap.* 2.) *vel per* On ðæt feoþertiȝeſ nihta fæſten ær Eaſtron. (*Menolog. Sax. ad Maii* III.) *q. d.* Tempore jejunii Quadragesimalis, *vel,* In quadraginta dierum jejunio, ante festum

festum Paschale. *De* Quadragesimæ *observatione, conferatur Regulæ Benedictinæ cap.* 49. *item* LL. *Canuti R. cap.* 17. *Plurima etiam eò spectantia suppeditari possent ex Sermonibus Anglo-Saxonum Quadragesimalibus, è quibus nos paucula notavimus ad* Lÿȝ-puca *illud, in Rub. ad* MATTH. v, 43. *Quid hac de re statuerint vetustiores aliquot Ecclesiastici scriptores, observârunt alii. Nos preli importunitas nunc ardenter protrudit.*

In octabaȝ Petri et Pauli. *Rubr. ad* MATTH. xiv, 22. OCTABAS *nihil aliud est quàm* Octavas, *quarum frequens fit mentio in vett. aliquot Calendariis Liturgicis. In* LL. *Canuti R.* §. 16. *occurrit*, Oꝼ middan pintre oþ octabaȝ Epiphanie. *i. e.* A festo Natali usque ad Octavas Epiphaniæ: *quæ postrema verba explicantur mox*, §. 17. *ubi legimus*, Oþ ȝe eahtoþa dæȝ aȝán ȝÿ oꝼer tpelꝼta dæȝ. *i. e.* Donec transigatur Octava dies post Epiphaniam; *ad verb.* post duodecimum diem *à festo Nativitatis. Calendarium Runicum explicatè habet* ᛅᛅᚢᚱᛋᛁ. *&* ᛅᛅᚢᚱᚦᛁ ᛋᛅᚼᚱ. *i. e.* Dies octava. *Siquis plura de* Octavâ *in genere, ac speciatim de his* Octavis SS. Petri & Pauli, *pernoscere cupit, adeat ille Durandi Ration. lib.* VII. *cap.* I. §. 45, *&c.*

To þam ꝼæȝtene æꝛ hæꝛꝼeȝteȝ Emnÿht.] *Lat.* Ad Jejunium ante Autumni Æquinoctium. *De* Autumno, *unâ è quatuor anni partibus, sic* MS. *ille Tract. de Æquinoctio vernali*, §. 11. Autumnuȝ iȝ Hæꝛꝼæȝt. ȝe hæꝼð Emnihte. *q. d.* Autumnus vocatur Hæꝛꝼæȝt. habet autem ille Æquinoctium. Autumnus *dicitur Alamannicè* Herbst / *Belgicè* Herfst / *Runicè* ᚼᛅᚢᚿᛅ. *Danicè* Høst. *Hodierni etiam Angli* Messem *appellant* Harvest. *Saxonicum* Hæꝛꝼeȝt *occurrit in Rubb. ad Mar.* VI, 17. *&* IX, 17. *nec non ad Luc.* VII, 36. *&* XIII, 6. Emnÿht. *vel* Emnnÿht. *est planè* Æquinoctium: *componitur enim ex* Emne (*quod &* Eꝼen *scribitur*) Æquus, æqualis; *atque* Nÿht. Nox. *Hinc* Æquator *dicitur* Emnihteȝ cirꝛcul. *q. d.* Circulus æquinoctialis; *Tract. de Æquinoct. vern.* §. 1. *de Sole quoque ibidem affirmatur, quòd constitutus esset*, Ðat heo ðone dæȝ ⁊ þa niht ȝeemnÿtte —. *i. e.* Ut diem & noctem æquales ille faceret —.

To þam Ymbꝛene.] *Lat.* Ad Jejunium quatuor Temporum; *Rubr. ad* MATTH. xx, 29. Ymbꝛen ꝼæȝten. Ymbꝛen puca. *&* Ymbꝛen *vel* Ymbꝛÿne daȝaȝ (*quibus significatur hoc* quatuor Temporum Jejunium) *ab hodiernis Anglis appellantur* Imber / *vel* Ember week; *à vett. Danis seu Cimbris*, ᚼIΨBRᚢᛋᛅᚼᚱ. *Memini quoque me in* MS. *quodam cod. Norvagico legisse* Imbru dagu *vel* daga. *Plurimæ extant doctorum conjecturæ de vocis* Ymbꝛen *sive* Ember *originatione. Ab aliis enim existimatur illa affinis Anglico* Embers / Favillæ; *ab aliis, Alamannico* Entbehren / Carere; *ab aliis, Danico* Temperdage / *quo denotatur etiam* IV. Temporum *solennitas, quódq; ab ipso* Temporum *vel* Tem-

Tempora *sic denominatum censeo. Vir quidam doctissimus revocat* **Ember** *nostrum ad Græcum* Ἡμέρα. *Plura hujusmodi excogitata fuerunt Etyma, quæ quidem legi: sed ea nunc accuratè recognoscere non vacat.* *Certè Sax.* YMBREN. *vel* EMBRYNE. *significat* Circuitum, circulum, curriculum, decursum: *conflatur enim ex* Ymbe *vel* embe. Circum; *&* Rẏne. Cursus. *Sic in Tract. de Æquinoct. vernali lego*, Ðæꞃe ꞅunnan ꞃẏne ıꞅ ꞅꞃẏðe ꞃum. ꝼoꞃðam þe heo ıꞅ ꞅꞃa upp. ⁊ þæꞅ monan ꞃẏne ıꞅ neaꞃo. ꝼoꞃðam þe heo (*lege* he) ẏꞃnð ealꞃa nẏðemeꞅt ⁊ þæꞃe eoꞃðan ȝehenðoꞅt. *id est*, Solis circulus, *vel* cursus, admodum amplus est; quoniam adeo elatus, *vel* altus, est ille: Lunæ verò cursus angustus est; propterea quòd illa omnium infima, terræq́; proxima currat, *vel* cursum suum peragat. *Hinc etiam* Cursor *est Anglo-Saxonicè* Rẏnel. *ut*, Pilatuꞅ heꞇ ȝeclẏpıan hẏꞅ ꞃẏnel. *i. e.* Pilatus jussit vocari cursorem suum; *Pseudeuang. Nicodemi*, §. 3. *Sed, quod propiùs ad rem nostram accedit, in Basilii Mag. Regulis Monachicis, Saxonicè versis, manúq; exaratis, habetur* On þıneꞅ lıꝼeꞅ ꞃẏne. *i. e.* Vitæ tuæ curriculo; §. 8. *Ita, pro Lat.* Per septimanæ circulum, *in Regulæ Benedictinæ cap.* 18. *habet Versio interlin.* MS. Ꞇeon þæꞃe ꞃucan emꞃene:. *Pari modo, Opusculum quoddam* MS. *de diurnâ consuetudine Monachorum, quod composuisse putatur Æthelwoldus, Wintoniensis Episcopus, sic exorditur:* Heꞃ onȝẏnð ꞅeo enðebẏꞃðnẏꞅꞅ hu munecum ȝeꞃıꞅt to healðenne ðone ꞃeȝollıcan þeaꞃ ȝeonð þæꞅ ȝeaꞃeꞅ embꞃẏne. *i. e.* Hìc incipit Ordo, quomodo Monachis convenit Regularem observare consuetudinem per anni circulum, *vel* curriculum. *Eodem sensu leguntur* Emnıhteꞅ ꞃẏne. Ymbe ȝeaꞃeꞅ ẏmbꞃẏnum. *&c. in aliquoties laudato Tract. de Æquinoct. vernali. Sed de* Ymbꞃen *hactenus.* *Quum igitur hoc quadruplex Jejunium non sit conceptivum, aut indictivum; sed anniversarium, ac statis fixísq; vicibus recurrens: vocatur id propterea* Embꞃẏne. *quod Anglus non incommodè diceret* **A Fast in course.** *Quatuor autem hæc jejunandi tempora statuta sic designantur in Calendario Runico:* ᚠᚢRᛋᛁᚢ ᚼᛁᛘBRᚢ ᛋᚨᚼR BᚢRIᚨᛋ ᛋIᚨᚢᚴᚨ ᛋᚨᚢᛘ ᚼBᛁIR ᚨᛋᚠᚢᛋᚨᚼ. ᚨᚴᛋRIR BᚢRIᚨᛋ ᚨ ᚠIᚨRᚦᚨ ᛋᚨᚼI ᚼᛁᚼᚢᚦᚨᚼᚨ. ᚦRIᚦIᚢ BᚢRIᚨᛋ ᚨ ᚴᛁᛋᚨᚨ ᛘIᚦᚢIᚠᚢ ᛋᚨᚼI ᚼBᛁIR ᚠRᚢᛋᛋᛘᛁᛋᛋᚢ I ᛋᛁBᛁᛘBRI. ᚠIᚨRᚦᚢ ᚢᚢᚠᛋᚨᛋ ᚨ ᚴᛁᛋᚨᚨ ᚢᚨᚢᚼᚨᛋᚨᚼI ᚠᚢRI Iᚨᚢᚢᚨ ᚨBᛁᚢᚴ. *Quæ, O. Wormio interprete, sonant*, Primi dies Quatuor Temporum incipiunt (*fortè* accidunt, *vel* incidunt; *si modò Run.* BᚢRIᚨᛋ *&* BᚢRIᚨᛋ *cognata sint Saxonico* Ꞇebẏꞃað) septimo die post diem Cinerum. Secundi, quarto die Pentecostes. Tertii, die Mercurii post festum Crucis in Septembri. Quarti, primo die veniæ ante vesperam Nativitatis Domini. *Postremam hanc periodum non satìs assequor: puto tamen* ᚨ ᚴᛁᛋᚨᚨ ᚢᚨᚢᚼᚨᛋᚨᚼI ᚠᚢRI Iᚨᚢᚢᚨ ᚨBᛁᚢᚴ *verbotenus esse transferenda*, Sabbati, *vel* Saturni, die proximo ante Vigiliam festi Natalis. *Quicquid*

 sit:

sit: hoc quartum jejunandi tempus fixum incipit, secundùm recentiores, feriâ quartâ post tertiam Dominicam Adventûs; vel, ut alii, post diem S. Luciæ. Huc pertinet Distichon sequens, quod nobis obtulit MS. *Calendarium veteri cuidam Glossario, penes Cl. Junium, Francico præmissum: scilicet,*

Dat Crux, Lucia, Cineres, Karismata *dia [*ℵ. dya]
Quòd sit in angariâ quarta sequens feria.

Quanto in honore Saxonibus nostris olim habita fuerint hæc IV. *solennia Tempora, non obscurè docetur in* LL. *politicis Alvredi R. cap.* 39. *& in Ecclesiasticis* LL. *Canuti R. capp.* 16. *&* 17. *Hoc cap.* 17. *sic incipit:* And pe ꝑoꝛbeoðað oꝺðal. ⁊ aðaꝛ ꝑꝛeolꝛðaȝum. ⁊ ymbꝛen ðaȝum. ⁊ Lencten ðaȝum. ⁊ ꝓiht ꝑæꝛtenðaȝum. *i. e. secundùm Joh. Bromtonum*, Et festis diebus juramenta, & ferri vel aquæ, vel hujusmodi legis examina fieri prohibemus, & quatuor Temporum, & diebus Quadragesimæ, & aliis legitimis Jejuniis. *In hodiernâ feriarum istarum esurialium observatione, potissimùm imitatione exprimitur exemplum Ecclesiæ, Act.* XIII, 2, 3. *Alias rationes adducere non spectat ad hoc nostrum opusculum. Vocabulum* Ymbꝛen *reperitur etiam in Rubb. ad Mar.* XIII, 6. *&* IX, 17. *item, ad Luc.* I, 26. VII, 36. VIII, 40. IX, 12. *&* XIII, 6. *Usum ejus paulò attentiùs fusiúsq; examinavi, quòd etiamnum id obtineat in Ecclesiâ Anglicanâ, sub nomine* **Ember-dayes** *vel* **Ember-week**. *Persimilis quoque usus est Hebraici* תקופה *significantis* Circulum, revolutionem: *ut,* לתקופות הימים, *Vulg. Lat.* Post circulum dierum; 1 *Sam.* I, 20. תקופת השנה *In* revolutione anni; *Exod.* XXXIV, 22. *& quæ sunt similia. Sed deproperans hæc libenter prætereo. Nec libet ad calculum nostrum vocare Heb.* תקופות, *quatenus significat illud* Solstitia *&* Æquinoctia; *hoc est aliquo modo, Quatuor anni Tempora.*

To halıȝna ꝑæmnena mæꝛꝛan.] *Lat.* Ad sanctarum virginum festivitatem; *Rubr. ad* MATTH. XXV, 1. *In Calendario Runico habetur* ᛦᛘᛁᚹ ᚼᚢᛁᛦᛋ ᚦᚢᛁᛦᛋ ᚠᛅᛁᛦ. Undecim millia virginum: *quod in Calendariis quoque Latinis passim extat notatum ad Octobris diem* XXI. *Versio hujus Rubricæ, quæ in primæ Euangeliorum Saxonicorum editionis margine conspicitur, non rectè habet* **Matrone** (*i. e.* Matrona) *pro* FÆMNE:. *Siquidem in hoc ipso Matthæi contextu,* Simile decem virginibus, *vertitur Saxonicè,* Ꝉelıc ꝑam ðyn ꝑæmnum:. *Sic, in ipso Fidei Symbolo,* Natus ex Mariâ virgine, *transfertur,* Acenneð oꝼ Maꝛıan ðam mæðene:. *Eâdem quoque ratione,* Mæðenhað *&* Fæmnhað *communi sorte usurpantur, in lib. Scintillarum* MS. *pro* Virginitate. *Posterioris hujus exemplum esto,* Naht ꝑꝛamaðˇ ꝑæmnhað lıchaman ꝑaꝛ bẏðˇ ȝepoꝛht ȝepemmincȝ moðeꝛ. *Latinè,* Nihil prodest virginitas corporis, ubi operatur corruptio mentis. *Et rursus:* Beteꝛe ẏꝛ eaðmoð ȝeꝛınꝛcẏpe. ꝥænne oꝼeꝛmoð ꝑæmnhað. *Lat.* Melior est

est humilis conjugalitas, quàm superba virginitas. *Hæc è Tit.* XIII. *Libri Scintillarum fideliter admodùm accuratissiméq; interlineati Saxonicâ interpretatione.*

On monan dæg on forman fæsten-dæg.] *Lat.* Feriâ secundâ post primam Dominicam Quadragesimæ; *Rub. ad* MATTH. XXV, 31. *Hunc Euangelii paragraphum ad feriam jam dictam pertinere confirmant tres saltem Lectionum Ecclesiasticarum Indices, quos, diversis seculis conscriptos, cum his nostris Rubricis hìc obiter contuli. Videtur itaque hoc* On forman FÆSTEN-dæg *tantundem valere atque illud* On þære forman fæsten-pucan. *quod cernitur in Rubr. ad Mar.* IX, 2. *Nescio tamen quare Rubricarum interpretatio illa, quæ margini impressionis prioris ascribitur, pro* Forman fæsten *habeat utrobique* **Rogation.** *Fortè Versionis illius auctori, nescio cui, imposuit vox* Fæsten. *quæ,* Jejunium *cùm significet, ipsi videretur idem esse quod Lat.* Festum. *Conjecturæ meæ ansam præbuit marginalis illa interpretatio, ab eodem auctore apposita Rubricæ ad Matth.* XVII, 14. *ubi pro* To þam fæstene æn hænfestes Emnyht. *habetur* **To the feast before harbest Emniht.** *i. e.* Festo *&c. nisi forsan, errante typographo, impressum fuerit* **feast** *pro* **fast.** *Tacitus prætermisi similes quasdam Interpretis anonymi hallucinationes; has etiam animo parum prompto, minúsq; læto notavi: quippe qui viam haud dubiè patentiorem reprehensoribus præstruo, dum in tetricis istis obsoletísq; operam repentinam navo minutiis.*

On Palm sunnan dæg.] *Lat.* Die Dominicâ Palmarum; *Rub. ad* MATTH. XXVI, 2. *Aliqui hunc diem vocant* Ramalia *&* Verbenalia. *Dies est passim notissimus. Conf. Joh.* XII, 13. *& Rub. ad Mar.* XIV, 1. *&c.*

Æn halgan dæg.] *Lat.* Ante primam Dominicam in Quadragesimâ; *Rubr. ad* MAR. VI, 45. *Ex recentiorum seculorum Rubricis manifestè patet hunc Marci paragraphum peculiari designatione fuisse legendum in* Sabbato post Cinerum diem: *quod hìc transfertur Anglo-Saxonicè,* On sæternes dæg æn halgan dæg: *Vide quid hac de re diximus in Rub. ad Matth.* IV, 1. *Huic simillimum est quod infrà occurrit in Rubr. ad Mar.* X, 46. *Lapsus est utrobique, aut ego fallor, primus harum Rubricarum Interpres, qui, pro* Æn halgan dæge *posuit* **Before Allhallon day**; *q. d.* Ante diem omnium Sanctorum. *Sed error ejus profectò est facillimè condonandus.*

On midde sumeres mæsse æfen.] *Lat.* In vigiliâ festi S. Johannis Baptistæ; *ad verb.* mediæ æstatis; *Rubr. ad* LUC. I, 1. *Huic apprimè consentaneum est quod lego in vett.* LL. *Frisicis (pag.* 162. *edit. Colon.)* **An sinte Johannes dei to midda somera** / *i. e.* S. Johannis die ad mediam æstatem, *vel* in mediâ æstate. *In hisce legibus, vixdum satìs exploratis, inveniet plura ad rem suam facientia, curiosus Anglo-Saxonismi excultor. Cujusmodi sunt* Font / Baptisterium (*pag.* 94.)

Kerstinga / Baptismus (*pag.* 93.) *quæ Anglorum vulgo non sunt ignota. Sic*, Toe sinte Benedictus missa (*pag.* 16.) *idem est quod Saxonicum* To S. Benedictus mæssan. *vel* mæsse-dæg. *ad Matth.* XIX, 27. *Porrò*, VII. *dies hebdomadis appellantur*, Monendey & Monnandey / Dies Lunæ; Tysdey / Dies Martis; Wernsdey / Dies Mercurii; Tonerdey & Tongherfdey / Dies Jovis; Fredey / Dies Veneris; Saterdey / Dies Saturni; Sonnendey / Dies Solis (*pag.* 18, 15, 11.) *quæ à Saxonicis dierum appellationibus, quas suprà adduximus, parùm dissentiunt. Duos quidem jam proximè nominatos*, Saturni *scil.* & Solis dies, *hodiernis Frisiis dici* Snioun & Sneyn / *auctor est nuperrimus quidam Frisiæ chorographus* (C. Schotanus, *ut ferunt:*) *qui* & Snioun *interpretatur* Sin-joun / *Belgicè* Son-avond / *i. e.* Vigilia Solis *diei*; Sneyn *autem dictum asserit quasi* Sin-eyn / *Belg.* Son-eygen / *i. e.* Soli proprius *dies. Vide pag.* 22. *Descriptionis illius Belgicæ, cui titulus* Beschrijvinge van Frieslandt. *Sed hæc obiter. De S. Willibrordo nostro, qui Frisones ad fidem Christianam convertit, nihil hac occasione, non prorsus importunâ, dicendum censui. Ejus certè operam Apostolicam libenter recognoscunt hæ* LL. *vetustæ, pagg.* 9. & 157. *Conf. Bedæ Eccl. hist. lib.* V. *capp.* 11. & 12. *Quantum ad hunc Johannis Baptistæ diem festum attinet, hæc de eo habentur in* MS. *illo Menologio Sax. ad Junii* XXIV. On ðone feopen ⁊ tpentigoðan dæg ðæs monðes býð sancte Iohannes acennedný̇s þæs fulluhtenes. on þone ýlcan dæg býð Solstitia. þ ýs on une geþeode Sungihte. *id est*, Mensis *Junii* die XXIV. *celebratur* nativitas S. Johannis Baptistæ: eodémq; die Solstitium est; quod est linguâ nostrâ, Sungihte:. *Hoc autem* Solstitium æstivum *aliàs vocatur* Se sumenlica sunnstede. *Tract. de Æquinoct. vern.* §. 12. *Cætera, quæ de hoc* MID-SUMER *dicenda forent, petat lector ex iis quæ suprà diximus ad vocem* Midpinten. *in Rubr. ad Matth.* 1, 18.

On Þodnes dæg to þam ýmbnene æn mýdda þýntnan.] *Lat.* Feriâ quartâ quatuor Temporum Adventûs; *Rubr. ad* LUC. 1, 26. *Unde sumenda est expositio illius quod proximè sequitur: scilicet*,

On Fnige dæg to þam ýlcan fæstene.] *Lat.* Feriâ sextâ ejusdem Jejunii (*nempe*, quatuor Temporum Adventûs;) *Rubr. ad* LUC. 1, 39. *Inde quoque petendam arbitror explicationem subsequentis Rubricæ, quam primus Interp. inexplicatam reliquit: nimirum*,

On Satænn dæg to æþ-fæstene æn middan þýntna.] *Lat.* Sabbato quatuor Temporum Adventûs; *Rubr. ad* LUC. III, 1. *Ex tribus aliis Lectionum Ecclesiasticarum Indicibus, quos jam nunc consulo, manifestum est hanc S. Lucæ sectionem fuisse solenniter lectam in Sabbato illo Jejunii recurrentis* in Adventu, *sive* ante festum Domini Natale. Æþ *Saxonibus nostris significabat* Conjugium, nup-

nuptias: *unde*, Lyf hpa æpbpyce gepyncе. gebete þ be ðam ðe ꝛeo dæde ꝛy:. Yfel æpbpyce þ æpfæꝛt man piþ æniȝe hine ꝑoplicȝe. ⁊ mycele pyꝛꝛe piþ oþepꝛ æpe. oþþe piþ ȝehadod. *Polit.* LL. *Canuti R. cap.* 47. *Quod Joh. Bromtonus ſic Latinè expreſſit*: Si quis adulteria facit, emendet ſecundùm quod factum ſit malum. Adulterium eſt, ſi ſponſus cum vacuâ fornicetur; & multo pejus, ſi cum ſponſâ alterius, vel cum ordinatâ; *Chron. col.* 928. *Hinc etiam Anglo-Saxones* legitimam uxorem *nuncupabant* Rihꝛ æpe. *in Canonib. datis ſub Edgaro R. capp.* 8. *&* 21. *An verò hæc feria eſurialis dicta fuerit* Æp-fæꝛten, *quòd fortaſſe ſeculis illis remotioribus, æquè ac quibuſdam citerioribus, prohibitum fuiſſet majoribus noſtris celebrare nuptias ſub hanc Jejunii ſolennitatem; definiant alii, quibus copia librorum, otiúmq; eos verſandi ſuppetunt. Nos vehementer urgemur, ut quàm maturimè tranſeamus ad ea quæ ſuperſunt.*

On þone VIII. dæȝ Lodeꝛ æꝛypednyꝛꝛe.] *Lat.* In Octavâ Epiphaniæ (*ad verbum*, Dei oſtenſionis die octavo;) *Rubr. ad* JOHAN. I, 29. Epiphania *eſt* ÆTЄPUNG. *in Ælfrici Gloſſario Latino-Saxonico. Sic*, Dies Epiphaniæ *vocatur*, *in Rubb. Alamannicis*, Tag der Erſcheinung / *vel* Offenbarung / Chriſti; *q. d.* — Apparitionis, *vel* revelationis, Chriſti. *Et in Rubb. Danicis*, *pro* In Epiphaniâ, *habetur* Paa Chriſti herlige Aabenbarelſis; *q. d.* In glorioſâ manifeſtatione —. *Quòd autem hìc dicatur* Lodeꝛ. *potiùs quàm* Lyfꝛteꝛ. æꝛypednyꝛꝛe. *id conforme eſt Runicis illis, quæ priùs attigimus*, ᚠᚢᛚ ᛒᚨᚱᚦ *&* ᚢᛒᚱᛅᚢᚾᛅ ᚠᚢᛚ. *i. e.* Nativitas *&* Reſurrectio Dei. *Sed hæc locutionis formula omnino videtur deſumi è Tit.* II, 13. *ubi legitur*, προσδεχόμενοι τὴν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· *quò & Danica modò allata reſpicere quoque non nemo judicabit. Quod in hac Rubricâ vocatur* Lodeꝛ æꝛypednyꝛꝛe. *id ipſum liquidè nominatur* Epiphania domini. *Rub. ad Joh.* II, 1. *aliàs verò* Tpelfta dæȝ. *i. e.* Dies duodecimus: *quod & ſuprà monuimus ad Matth.* II, 1. *In Runico Calendario extat* ᚦᚱᛁᛅᚢᛅᚾᛁ ᛏᛅᛋᚱ. Dies (*non* duodecimus, *ſed*) decimus tertius; *feſto nempe Natali incluſivè numerato.*

Oꝛep Eaꝛtpon be þæꝛe node.] *Lat. ad verb.* Poſt Paſcha de Cruce: *i. e.* In Crucis inventæ commemoratione poſt feſtum Paſchale; *Rubr. ad* JOHAN. III, 1. *Chriſti* Crux *nuſquam non appellatur* ROD. *&* Rode. *ut*, Se þe þa deaðan ðuph hiꝛ dpihtenlican mihte apæꝛde to liꝛe. ꝛe let hine ahón on node ȝealȝan be hiꝛ aȝenum pillan. *i. e.* Qui mortuos ad vitam ſuſcitavit imperatoriâ, *vel* dominante, ſuâ poteſtate, ſeipſum voluntariè paſſus eſt ſuſpendi in cruce; *Baſilii Regularum Monachicarum cap.* IV. *Ita*, Nacodne Lyfꝛt. nacode node Lyfꝛteꝛ. nacod ꝑolȝa. *i. e.* Nudum Chriſtum, nudam crucem Chriſti, nudus ſequere; *Lib. Scintillarum Tit.* XI. *Hinc* Signum crucis *paſſim dicitur*

Rode tacn. *in monumentis Anglo-Saxonicis: sed & hæc* Crucis *solennitas ab hodiernis Anglis hinc quoque appellatur* Holy rood day; *i. e.* Dies sanctæ Crucis. *Adjectum in hac Rubricâ cernitur* Oꝑep Eaꝛtꝛon. *ut hæc* Crucis Inventio, *quæ incidit in Maii* III. *distinguatur ab alterâ illâ festivitate, quam* Crucis Exaltationem *vocant; quæ; solebat observari die Septembris* XIV. *Distinctionis notâ non absimili,* Exaltatio *illa* Crucis *nuncupatur* ᚠᚱᚢᚾᛋᚠᚾᚢᚢᚾ ᛁ ᚺᛁᛒᛋᚠᛒᚱᛁ. *i. e.* Crucis festum in Septembri (*in Calend. Run. suprà citato:*) *ut discernatur ea ab* inventæ Crucis *die, qui in eodem Runico Calendario est etiam* ᚠᚱᚢᚾᛋ ᛋᚠᚾᛋ. Crucis festum. *Menologii Saxonici auctor multus est in describendo religiosam, sive potiùs superstitiosam, celebritatem* inventæ Crucis. *Ad Maii* III. *sic ille exorditur:* Eꝛiꝛtes nod pæꝛ ȝemeted æꝛeꝛt. ꝛꝑa uꝛ þa halȝan ȝeꝑꝑitu ꝛecȝað. on þone dæȝ þe pe nemnað Quinta nonaꝛ Maiaꝛ. *&c. i. e.* Christi Crux primùm inventa fuit, sicuti nos docent sacræ scripturæ, die illo quem dicimus v. Non. Maias. *&c. Reliqua his attexere nec postulat institutum nostrum, nec permittit deproperatio.* Be þæꝛe node *eodem sensu hìc accipitur, quo* Be Maꝛia. *in Rub. ad Luc.* x, 38. *In opusculo etiam illo Æthelwoldi, Episcopi Wintonienſis, manuscripto, ubi agitur de diurnâ consuetudine Monachorum Ordinis S. Benedicti, leguntur sequentia.* Sinȝan hi ðone antemp be ðæꝛe halȝan node. ⁊ þæꝛ æꝛteꝛ ænne be ꝛancta Maꝛian. *&c. id est,* Cantent illi Antiphonam de S. Cruce, & tum postea unam de S. Mariâ, *&c.*

On ꝛunnan ðæȝ ꝼeoꝑeꝛtȳne nẏht uppan Eaꝛtꝛon.] *Lat.* Dominicâ secundâ post Pascha; *Rubr. ad* JOHAN. x, 11. Feoꝑeꝛtȳne NYHT *est* Quatuordecim noctes: *sicut in Anglià nostrâ etiamnum obtinet* A fortnight *vel* fortnight; *pro* Duabus septimanis. *Sic,* Una aut altera hebdomada *dicitur Anglo-Saxonicè,* VII. niht oððe XIIII. niht. *ad verb.* VII. noctes vel XIV. noctes; *in epistolâ quadam Ælfrici, Abbatis, ad Wulfſinum, Episcopum Shyreburnensem. Hinc factum est, opinor, ut auctor veterum* LL. *Friſicarum, metricè describens Mosis mansionem cum Domino in monte Sinai, pro* Quadraginta dies & quadraginta noctes *posuerit tantùm,* Alle da ꝛl. nachte; *q. d.* Omnes illas XL. noctes; *pag.* 10. *edit. Colonienſis. Nec aliter Menologii multoties à me laudati auctor descripsit* Jejunium Quadrageſimale, *quàm per* Ðæt ꝼeoꝑeꝛtiȝeꝛ niht a ꝛæꝛten æꝛ Eaꝛtꝛon. *i. e.* Jejunium XL. noctium ante Pascha; *ad Maii diem* 3. *Similia exempla occurrunt alibi passim in Anglo-Saxonum monumentis. Quæ omnia mirè confirmant illud, quod tradidit Tacitus de antiquis Germaniæ incolis:* Nec dierum, *inquit ille,* numerum ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur; *in Taciti Germaniâ, ante med. Vide quoque Cæsaris Comment. lib.* VI. *Plura huc facientia congessit & Cl. Spelmannus, in Glossario suo, ad voces* Herthus *&* Mona; *itémq;* Olaus Wormius,

in

in Fastorum Dan. lib. I. *cap.* 12. *Ex hujus Rubricæ illustratione facillimè quis explicabit affinem illam, infrà sequentem, ad* JOHAN. xx, 19. *nempe,* Seoꝼon nẏhꝛ oꝼeꝛ Eaꝛꝛꝛon.] *Lat.* Dominicâ primâ post Pascha; *vel,* Dominicâ in Albis, *quam Angli vocant* **Low Sunday.** *Est autem* Seoꝼon nẏhꝛ (*quod hodiè dicimus contractè* **Sennight**) *nihil aliud quàm* Septinoctium: *usurpatur autem pro* Septem dierum spatio, *sive* Septimanâ.

To cẏꝛẏc-halȝunȝum.] *Lat.* Ad Ecclesiæ dedicationem; *Rubr. ad* JOHAN. x, 22. *In isthoc Euangelistæ Contextu, solennia hæc Templi consecrati dicuntur* Ἐγκαίνια· *quod vocabulum Interp. Gothicus suo more reddidit per vocem æquipollentem,* ÏNNINGIΨA. *q. d.* Innovalia, *vel* initialia. Encænia *autem transfertur, in pervetustâ Aldredi Glossâ interlineari,* Niuæꝛ huꝛeꝛ halȝunȝ. ł ciꝛica halȝunȝ. *i. e.* Novæ domûs, vel Ecclesiæ (*seu* ædis) consecratio; *paritérq; in Ælfrici Glossario,* Nipe-ciꝛc-halȝunȝ. *in Versione autem hac nostrâ Saxonicâ,* Tempel-halȝunȝa. *& in Sermone quodam Catholico de Dedicatione Ecclesiæ (in Not. ad Bedæ hist. Eccles.* v. *cap.* 4.) Lẏꝛclica mæꝛꝛunȝe. *q. d.* Ecclesiastica solennitas, *vel* celebritas. *In Canonibus datis sub Edgaro R.* §. 28. *habetur* Æꝛ ciꝛic pæcan. *pro* In Ecclesiæ encæniis. *Quo sensu &* **Wake** *vel* **Wakeday** *etiamnum, in aliquibus saltem Angliæ oppidis, usurpatur; pro anniversariâ nempe illâ Ecclesiæ consecratæ festivitate. Ab Islandis* Encænia *appellantur* **Musteris vijgsla**; *ab Alamannis,* **Kirchweihung**; *q. d.* Templi dedicatio. *A Danis eadem solennitas vocatur* **Kirckeuielses Høytid**; *à Finnonibus (ni fallor)* **Kirckomessu**; *à Belgis,* **Kerkmisse** *vel* **Kermisse**; *q. d.* Festum Ecclesiæ. *In Glossâ quidem Saxonicâ Aldredi Presbyteri (Joh.* VII, 2.) *video* Templeꝛ mæꝛꝛa *suppositum pro* Scenopegia: *sed hoc imperitè factum esse, ego vix, aut nè vix quidem, dubito. Saxonico illi* LYRIL *planè consonat Scotorum* **Kirk** / *Alamannorum* **Kirch** / *Belgarum* **Kerke** / *Anglorum* **Church** / *&c. cujus etiam cognationis est vett. Frisonum* **Tzierk** / *quod pro* Ecclesiâ *vel* templo *ponitur,* LL. *Frisicarum pag.* 94. *alibíq; non semel. Sicut enim Frisicum* **Tzylick** / *quod occurrit in eodem illo Legum paragrapho, formatum fuit è Lat.* Calix: *ita, pari prorsus transcriptionis normâ, ab illo* Lẏꝛic *vel* **Kerke** *formari potuit hoc Frisiorum* **Tzierk**. *De vocis* Lẏꝛic *originatione hoc videtur statuendum. Quemadmodum Belgarum* **Dom** / (*i. e.* Ecclesia Cathedralis) *censeatur derivatum à* Dominico, *significante* Ædem sacram universarum rerum Domino dicatam, *ut habet Corn. Kilianus: sic* Lẏꝛic *istud commodissimè revocari potest ad Græcum* Κυριακὸν, *quatenus id significet quoque* Templum, *seu* ædem divino cultui consecratam. *Hujus Gr. vocabuli luculentum habetur exemplum in Concilii Laodiceni Can.* 28. *Verba sunt,* Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς Κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας Ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκούρβιτα στρωννύειν. *Interea siquis illud* **Dom** *potiùs dictum, quasi* Domus *Dei, vel* Do-

Domus *orationis*, *existimaverit*; *ego quidem neutiquam repugnabo: sed* Kerke *deductum esse à* Κυριακὴ, *non adeo facilè cum doctis aliquot viris pronunciavero. Siquidem dicendo* Κυριακὴν, *innuere videmur* ἡμέραν· *at* Κυριακὸν *illud implicat, opinor,* οἴκημα, *aut quid ei simile. Hujus Festi celebritatem aliquantisper indicat illa* de dedicatione Ecclesiæ *Homilia, quæ habetur inter Sermones Saxonum catholicos* MSS. *ab Abr. Wheloco sæpiùs allegatos; item alia quædam Homilia, eundem titulum præferens, in lib. quodam Festivali, quem laudat Joh. Gregorius noster, in Notis suis miscel. cap.* 18. *In Æthelwoldi quoque Directorio illo priùs à nobis citato, inter Ecclesiæ Antiphonas recensetur una* be ðeꝼe Lẏꝼic-halȝunȝa. *i. e.* De Ecclesiæ dedicatione. *Reperiuntur & sex Sermones*, In dedicatione Ecclesiæ, *inter Opera Bernardi, pag.* 338, *&c. editionis Antverp. anno* 1616. *Sed hujusmodi longè plura sibi facilè congerere potest lector non incuriosus. De Judæorum* Encæniis *consulatur* 1 *Machab.* IV. *&* 2 *Machab.* X. *item R. Mos. Maimonides, in halac.* חנוכה, *& Joseph Gorionides, hist. Jud. lib.* III. *cap.* 13. *Conferantur quoque Ritualium, quæ* מנהגים *vocantur, scriptores, qui ex professo agunt de festi illius anniversarii,* חנוכה *dicti, solennitate.*

On lanȝa ꝼꝼiȝe ðæȝe.] *Lat.* Die Parasceues; *Rubr. ad* JOHAN. XVIII, 1. *Saxonica significant* Longâ die Veneris: *nam* Longa oratio *est* Lanȝ ȝebeð. *Luc.* XX, 47. *Hanc sextam feriam ante Pascha, in quâ passus est D. N. Jesus Christus in cruce, vocant Græci* Τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευήν· *alii verò eam appellant* Σωτήρια. *Nos Angli eandem nuncupamus* **Good Friday**; *Belgæ*, **Goeden Vrydagh**; *q. d.* Bonum diem —. *Germani quidam hunc diem passionalem dicunt* **Weyssfridtag** / *&* **Witfrydagh** *sive* **Wittenfrydagh**. *q. d.* Album diem —. *Memini me dudum legisse alicubi in Alstedii Operibus (quibus nunc privor) diem illam Veneris, in quâ passus est Christus, Germanicè dici ut* **Gute Freytag** / *ita* **Karr Freytag** / *à voce* **Karr** *quæ* satisfactionem pro mulctâ *significat. Certè* **Care** / *vel* **Carr** / **Sunday** *non prorsus inauditum est hodiernis Anglis, ruri saltem inter senes degentibus. Plures huc adferri possent hujus diei appellationes: quales sunt Germanorum quorundam* **Still Freytag**; *Gallorum* Le grand Vendredi, Vendredi sainct *vel* oré, *&c. Sed de his plus satìs. Hæc itaque dicta sunto de vocibus Rubricarum Anglo-Saxonicarum: in quibus nihil, quod sciam, prætermisi intactum, quod aut in genere aut speciatim non fuit quadantenus expositum. Particulari explicatione indignum judicavi illud in Rubr. ad Luc.* II, 33. On þone ꝼunnan ðæȝ beꝺpeox mẏððe pẏnꝺꝼeꝼ mæꝼꝼe-ðæȝ ⁊ ꝺpelꝼꝺan ðæȝe. *i. e.* Die Dominicâ inter festum Nativitatis & Epiphaniam. *sic illud*, On mið-lencꝺeneꝼ ꝼunnan ðæȝ (*Danicè* **Midtfaste Søndag**) *q. d.* Die Dominicâ in mediâ Quadragesimâ; *ad Joh.* VI, 1. *item illud*, On mẏð-lencꝺeneꝼ þucan. *ad Joh.* VII, 14. *&, siqua sunt, similia. Nec* Anum ðæȝe. *i. e.* Uno die; *ad Joh.* VI, 53.

neque

neque Tpa pucan. *i. e.* Duabus hebdomadis; *ad Joh.* XVI, 16. *singulari indiget annotatione. In his autem cursim illustrandis, prævideo me duplici subjectum iri criminationi. Altera est illorum, qui mihi vitio versuri sunt, quòd rubricatos Lectionum Euangelicarum titulos, qui in Orientalium aliquot Interpretum Versionibus habentur, hìc quoque non contulerim: altera verò reprehensurorum, quòd in antiquatis eruderandis horas eluserim; atque in jejunâ quadam vocabulorum enucleatione, operam planè perdiderim oleúmque. Culpæ prioris objectioni nihil est quod respondeatur (si tenuitas nostra, omnium excusationum longè justissima, inprimis excipiatur) præterquam quòd temporis angustiæ, operarum importunitas, & alienæ quamplurimæ mihi intervenientes occupationes planè abstulerint otium libertatémq; Orientales hac in re anxiè consulendi. Habetur quidem* Tabula Euangelicarum Lectionum (sicuti eæ ex Matthæo, Marco, Lucâ, & Johanne, in Dominicos & festos dies anniversarios, Ecclesiæ Syriacæ ritu distribuuntur) *sub finem Nobilissimæ illius editionis N. Testamenti Syriaci, quæ Viennæ prodiit anno* CIↃ IↃ LXII. *Habentur etiam earundem Lectionum tituli, suis locis inserti, in Contextu N. Fœderis Æthiopico. In his itaque hujusmodiq; aliis periculum faciat, qui plures Rubricas conferendi desiderio tenetur.* Habent præterea Coptitæ Christiani, *inquit Athan. Kircherus*, sua festa, seu solennia, per totius anni cursum celebranda: *cúmq; octo numerâsset ille Arabicè descripta, mox addit*, Præter hæc festa celebranda, alia non invenio; *Prodrom. Copt. Append. pagg.* 331 *&* 332. *Conf. tamen ea quæ de Coptitarum festis, è Calendario Abulaibsan Ahmed, Calcasendii, notavit Joh. H. Hottingerus, de Biblioth. Orient. cap.* 2. *pag.* 253. *De Syrorum porrò festivitatibus quædam, in epistolâ ad Georg. Giengerum & Jac. Jonam, observavit Joh. Albert. Widmanstadius: qui insuper addit*, Reliqua in libro qui בית גזא hoc est, *Ærarium* inscribitur, & Ephremi, Jacobi, Balaii, Cocoii aliorúmq; & vitæ sanctitate & doctrinâ excellentium Syrorum authoritate constat, diffusè explicata sunt. *Hunc Rituum Ecclesiasticorum librum memorat quoque D. Hottingerus, de Biblioth. Orient. cap.* 3. *pag.* 287. *Ad alteram objectionem respondeo: Hoc me vicissim malè habet, quòd studium nostrum hìc unicè positum fuerit in exsuccâ steriliq; vocabulorum explicatione: cùm inquirendæ quoque forent Solennitatum origines; ut inde quædam elicerentur documenta, quibus vel sanctimonia promoveri, vel superstitio quorundam redargui posset. Verùm hoc longè desideratissimum opus postulat virum secessu fruentem ac librorum copiâ. In his quidem Rubricarum vocibus erúendis ego aliquantò prolixior fui, quàm initiò decreveram; quoniam earundem aliquammultæ in hunc usque diem non penitus exoluerunt in Ecclesiâ nostrâ Anglicanâ. Ex iis etiam quæ elucidationibus istis contribuerunt linguæ cognatæ Boreales, nonnulla forsan usu venient illustraturo pervetusta Saxonum nostrorum Ecclesiæ monumenta, cum situ (proh dolor!) ac tineis adhuc decertantia.*

Me sanè, licèt apud Belgas peregrinantem, haud parum ad Anglo-Saxonismum tentandum incitavit hæc Cl. Spelmanni acerbior querela: Rem enim inprimis lugubrem duco, Gentísq; nostræ in probrum non mediocre, tot extare hodiè apud nos in Bibliothecis Academicis, aliísq; , veteris Saxonici idiomatis Manuscriptos codices, quot in orbe aliàs haud opinor reperiri; situ tamen & squallore corrumpi eos, dum è doctorum millibus nè vel mysta unus, vel linguæ illius quispiam sciolus habeatur, qui vel unum eorundem aliquem luce donet, aut enucleet. Annon mira hæc nostratium curiositas, forìs esse familiares, domi hospites? callere linguas exteras, nescire patrias? *In Tom.* I. *Concil. Præfat. ad Lectorem. Cui non absimilis est hæc, quam scripsit Joh. Lelandus, exprobratio:* Quotusquisque est hac nostrâ ætate, vel inter eruditos, qui rectè norit quos literarum flores Britanniæ hortus protulerit. Certè ut ingratitudinis notam multi in hac parte eluant, nunquam profectò desidiæ maculam abstergent. *Sic ille, in Comment. ad Cygneam cantionem, in* Hunfridus.

III.

Variantes aliquot LECTIONES in Contextu SS. *Euangeliorum* ANGLO-SAXONICO, quas, tanquam cæteris notabiliores, excerpere visum est è quatuor *codicum* MSS. collatione. In istis autem recensendis, *O.* denotat codicem *Oxoniensem; C. Cantabrigiensem; B. Benedictinum;* & *H. Hattonianum.*

MATTH. II, 7. Beꝼꝼan] C. Acꝼode:· BEFRINAN. *item* Fꝼinan & Fꝼæʒnian. *Saxonibus nostris est* Interrogare, inquirere: *pro quo Lancestrenses, inquit Laurentius Noëllus, dicunt* Fraym. *A* Beꝼꝼinan *autem fit in Præterito* Beꝼꝼan. *sicut ab* Æthꝼinan. *i. e.* Tangere, *fit* Æthꝼan. *&c.* ALSIAN. Ahꝼian & Axian *significant etiam* Interrogare, petere: *pro quibus Angli scribunt* to Ask / *sed pronunciant quoque vulgariter* to Ash & to Ax. *Sic pro* Interrogavit *habent Codd.* O. & *B.* Ahꝼode. C. Acꝼode. & *H.* Acxode (*aliàs* Axode.) *Mar.* XII, 28. *Credibile est olim interfuisse tantum inter Sax.* Beꝼꝼinan *vel* Fꝼæʒnian. & Acꝼian. *quantum nunc interest inter Belg.* Vraeghen & Eyschen; *sive Alam.* Fragen & Heyschen: *quo-*

quorum illud denotat Interrogando petere *vel* percontari; *hoc*, Postulando requirere *seu* exigere. *Veruntamen, quamvis hæc Germanica non nisi imperitè & ridiculè confundi solent ab alienigenis, Saxonica profectò illa ab ipsis Saxonibus promiscuè interdum usurpari manifestè docent exempla sequentia.* Se Mæſſe-pꝛeoſt axað þ cild. Þiðſæcſt ðu deoꝼle:. Ðonne andþẏꝛt ſe Godꝼæðeꝛ ðæſ cildeſ þoꝛðum. ⁊ cþeð. Ic þiðſace deoꝼle:. Ðonne axað he eꝼt. — *& paulò post*, Se Godeſ ðen beꝼꝛinð ðonne ȝẏt. *&c. id est*, Presbyter, *vel* sacerdos, interrogat infantem *baptizandum*, dicens; Renunciásne Diabolo? Tum pater initialis (baptismi *nempe* sponsor, *sive* susceptor) respondet, infantuli *quasi* verbis, dicens; Renuncio Diabolo. Tum interrogat iterum; — *& mox*, Dei Minister etiam denuo interrogat, *vel* sciscitatur; *&c. Hæc, de quæstionibus ad Baptisterium propositis, reperiuntur in Sermone quodam Catholico, citato in Not. ad Bedæ Eccles. hist. lib.* III. *cap.* 7. *Ita, in pervetustâ Aldredi Glossâ interlineari ad Matth.* II, 8. *pro* Interrogate *habetur* Geꝼꝛaiȝneſ. *at in antiquâ pariter Farmenni ad eundem locum interpretatione extat* Ahꝛiað *pro eodem* Interrogate *substitutum*.

Ibid. *versu* 11. Recelſ. *Lat.* Thus,] *H.* Stoꝛ:. *In Psalterio Latino-Saxonico eadem occurrit varietas: nam Psalmi* CXL. (*secundùm Latinos*) *versu* 2. *pro* Anbæꝛnẏſ *vel* Onbæꝛninȝ. *i. e.* Incensum, *habent aliqui codd.* Ricẏlſum ł Stoꝛ:. RECELS. *vel* Ricẏlſ (*quod Danis est similiter* Røgelse / *& Islandis* Reykelsi) *propriè significat* Suffitum, *vel* suffumigationem. *Siquidem* Fumus *dicitur Saxonibus* Rec (*&* Roec. *Psal.* LXVII, 2. *in cod. Juniano*) *sic Danis idem est* Røg / *ac Islandis* Reykur: *quibus affine est Anglorum* to Reek / Vaporare. *Hinc Belgarum* Wieroock / *& Alamannorum* Wiroch / Wirouch *&* Weyrauch (*q. d.* Sacer fumus) *communiter usurpantur pro* Thure. *Atque ex hac vocis* Rauch *vel* Reuch Fumum *significantis notione, liquere potest Germanicarum literarum ignaro, quare Celeberrimus ille* Reuchlinus, *qui scribit se omnium primum totam linguam Hebraicam legibus mancipâsse Latinis, dictus fuerit* Capnio *vel* Capnion. Rec *&* Rauch *apprimè cognata sunt Hebræo* ריח *denotanti* Odorem: *e. g.* כריח לבנון Sicut odor Libani *vel, ut aliis placet*, thuris; *Cant.* IV, 11. STOR *quoque usurpari pro* Thure, *probatur ex Ælfrici Glossario* MS. *ubi* Thus *est* Stóꝛ. *&* Thuribulum *dicitur* Stoꝛ-cẏl:. Stoꝛ *isthoc mihi videtur fuisse detruncatum à* Storax, *quod &* Styrax *scribitur; de quo affirmat Strabo*, — Ὦ πλείστῳ χρῶνται θυμιάματι οἱ δεισιδαίμονες· *Geogr. lib.* XII. *pag.* 665. *edit. Basil. an.* 1571. *Hesychius autem de eodem sic:* Στύραξ, - θυμίαμα. *Quid* Styrax *sit, è Dioscoride probare conatur Avicenna* (*pag.* 129. *in* اصطرك) *dicitq*; semper usurpari *eum* loco thuris ad suffumigationes. *Sed conf. Vop. Fortunati Plempii Scholium in locum; nempe, Canon. Med. lib.* II. *tract.* 2.

IBID. *versu* 23. Þuꝛh þone ꝑiteȝan. *Lat.* Per Prophetam] *H.* Þuꝛh Ieꝛemie þone ꝑiteȝan. *i. e.* Per Jeremiam —. *Unde* Jeremiæ *nomen huc transcripserit librarius iste, ego quidem non video. Scio ad hunc locum à quibusdam referri Jer.* XXIII, 5. *&* XXXIII, 15. *an verò hoc opportunè factum sit, nolo hac occasione inquirere. Vereor scilicet nè mihi hæc subnotanti contingat, quod* nimiis antiquitatis admiratoribus (*ut eos vocat Quintilianus*) *interdum evenisse constat. Hi enim variationes quascunque in antiquis membranis repertas, obviis ulnis amplectuntur, magno applausu venditant, summóq; studio conantur illustrare: & tamen postea non rarò deprehendunt, earum aliquas non aliunde quàm ab imperitiâ, oscitantiâ aut temeritate (nè quid pejus dicam) descriptoris fuisse primò derivatas. Forsan Prophetæ nomen ex orâ libri cujusdam admissum fuit in Textum. Aut, quod vero similius, scriba fortasse hìc imitandum sibi proposuit id, quod paulò ante scripserat versu* 17. *nempe* Þuꝛh Hieꝛemiam þone ꝑiteȝan:·

MATTH. III, 9. Spa mihtiȝ. *i. e.* Adeò potens,] *H.* Spa mẏchel ⁊ ꝑpa mihtiȝ. *ad verb.* Adeò magnus, atque adeò potens. SPA MIHTIG *etiam occurrit Luc.* III, 8. *Sed* Spa micel ⁊ ꝑpa mihtiȝ *videtur esse vulgaris loquendi forma, & Saxonibus nostris perfamiliaris: e. g.* Se halȝa Gaꝛt þe ealle þinȝ ȝeliꝼꝼæꝛt ꝑpa micel ⁊ ꝑpa mihtiȝ ꝥ he mid hiꝛ ȝiꝼt ealle þa enȝlaꝛ onliht þe eaꝛdiað on heoꝼenum. *id est*, Spiritus S. qui omnia vivificat tam multùm atque efficaciter (*vel*, adeò magnus *est* atque potens) ut universos Angelos cœlum habitantes gratiâ suâ illuminet; *Ælfrici Tract. de vet. Testamento, fol.* 3. *Ab hac locutione non penitus abludit Anglorum* **Might and main.**

MATTH. IV, 9. Ic ꝛẏlle þe. *Lat.* Dabo tibi,] *H.* Ic ȝẏꝼe þe:· *Vett. Glossatores Saxonici, qui Textum Euangelicum interpretatione interlineari explicaverunt, hìc posuerunt* Ic ðe ꝛello *vel* ꝛelle. *quod priori lectioni consonum est: sed Islandica Versio habet* Eg vil giefa þier; *Danica,* Jeg vil giffue dig; *& Gothus diceret* ψης ΓΙΒΑ (*ut Luc.* IV, 6.) *quæ lectioni alteri conformia sunt. Plura in re levis momenti non libet adducere. Cod. ille Hattonianus etiam pro* Sealdeꝛt *habet* Geꝼe. *Luc.* VII, 45. *&* Gẏꝼan *pro* Sẏllan. *Matth.* XX, 14. *&c. Ratio hujus varietatis manifesta est ex Luc.* XVIII, 22. *ubi Lat.* Vende, & da pauperibus, *transfertur* Sẏle. ⁊ ꝛẏle (*H. itidem* ȝẏꝼ) þeaꝛꝼum:· *Hoc itaque factum est, ut evitetur ambiguitas vocis* SYLLAN. *vel* ꝛellan. *quâ non modò significatur* Vendere, *quod hodiernis Anglis est* **to Sell**/ *verùm etiam* Dare. *Exempla sint,* Sẏllað ꝥ ȝe aȝon. ⁊ ꝛẏllað ælmeꝛꝛan. *Lat.* Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam; *Luc.* XII, 33. *Item,* Þeoꝛ ꝛealꝼ mihte beon ȝeꝛeald to þꝛẏm hund peneȝum. and beon þeaꝛꝼum ȝeꝛeald. *Lat.* Poterat unguentum istud venumdari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus; *Mar.* XIV, 5. *Quoddam ferè simile, in mercibus licitandis, observari quoque posset in linguâ quadam*

dam cognatâ: sed pretium operæ non est minutiis immorari. *Conf.* 1 *Reg.* XXI, 6,7.

MATTH. v, 6. — Hingriað ⁊ þyrstað. forþam ðe hi beoð gefyllede. *Lat.* — Esuriunt & sitiunt: quoniam ipsi saturabuntur] C. Læt hig hingrian ⁊ þyrstan. forþam ðe hi beoð eft gefyllede. *q. d.* Patiuntur se esurientes & sitientes esse: quoniam ipsi postea saturabuntur. *Forsan Anglo-Saxonum* LÆTAN *tantundem valet ac Belg.* Laeten / *in* Laeten uyt-gaen eenen boeck; *i. e.* Edere, *vel* emittere, librum.

IBID. *versu* 17. þa æ. *Lat.* Legem,] *H.* þa læge:· *Sic versu proximè sequenti, pro* þære æ. *habetur in eodem cod. H.* þare lage. *& alibi passim.* *Hinc* Æ-gleap. Legisperitus, *est in H.* Lage-gleap:· *Ita,* Æ-gleapum *est in eod. cod.* Lage-pisen. *ac* Lage-gleape:· *Sed &* Æ-gleapan *est ibid.* Lage-pisan:· *Loca, ubi hæc occurrunt, sunt Luc.* XI, 45, 46, 52 *&* 53. *Æ. in monumentis Saxonicis, nusquam non usurpatur pro* Lege: *unde vett. Leges Inæ, Occiduorum Saxonum Regis, non alio insigniuntur titulo, quàm* INES Æ:· *Æ. quoque ponitur pro* Testamento: *e. g.* Miner bloder calic nipre æ. *i. e.* Sanguinis mei calix novi testamenti; *Matth.* XXVI, 28. *Hoc tamen an propriè dictum sit, dubito ego, cui magis arridet Versio Marci* XIV, 24. *ubi* Min blod þære nipan cyðnesse *habetur pro* Sanguis meus novi testamenti. *Conf. & Luc.* XXII, 20. Lex *veterib. Hollandis, teste Kiliano, dicebatur* Eewe / ewe *&* ee; *& antiquis Frisonibus, itémq; veteri Regulæ Benedictinæ Interpreti Francico (ut docet Keronis Monachi Glossarium) eadem erat* Ewa. *Sic,* Austeritas thero ewo (*i. e.* legis) *occurrit in Willerami paraphrasi Francicâ ad Cant.* I, 4. *De* Ewa *isthoc sic vett.* LL. *Frisicæ:* Koninges setma haetma scrioun riucht. ende alset riucht scrioun is / so haetmet een EWA; *i. e.* Regis constitutio, *sive* edictum, vocatur Scrioun riucht / (*i. e.* Jus scriptum:) cùm autem Jus conscriptum sit, illud vocant Een Ewa / *sive* Legem; *pag.* 1. *edit. Coloniensis.* LAGE. *vel* Læge. *aliquoties reperitur in impresso nostro exemplari, sed alio sensu acceptum quàm Æ istud: e. g.* Hpi forgymað þine leorning-cnyhtar ure yldrena lage. *Lat.* Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum [nostrorum?] *Matth.* XV, 2. *Sic,* Torlitende Goder bebod for eoper stuntan lage. *Lat.* Rescindentes verbum (*Sax.* mandatum) Dei per traditionem vestram [stultam;] *Mar.* VII, 13. *Vide quid suprà notavimus ad hunc locum, pag.* 501. Lage *quoque legitur Matth.* XV, 3 *&* 6. *ac Mar.* VII, 8, 9. *sumitúrq; (non pro Dei* Lege, *ut Æ. sed) pro* Traditione *humanâ, divinæ Legis labefactatrice.* *In aliis tamen majorum nostrorum scriptis hæc duo vocabula promiscuè exprimunt* Legem *Dei: ut,* Drỳ timan sỳnd getealde on þissere porlde:· An tima þær ær Goder æ. on þare heah-fædera timan —:· Oðer under Goder lage. on Moyser ⁊ þare pitegena timan. *i. e.* Tria tempora numerantur in hoc seculo. Unum erat ante Legem Dei, tempore Patriar-

charum —: alterum, ſub Dei lege, Moſis ac Prophetarum tempore. *Et mox*, Men morton æꝛ Moýꝛeſ laȝe mꝛtlice lıbban. ⁊ unbeꝛ Moýꝛeſ æ mancýn eac lıoꝛode on oðꝛe pıꝛan —. *i. e.* Hominibus vivendum erat, *vel* vivebant homines, variè, *vel* diverſè, ante Moſis legem *datam*: atque ſub lege Moſaicâ alio etiam modo vivebat genus humanum: —; *Ælfrici epiſt.* MS. *ad* Clericos, *ſive* ſacerdotes (*Sax.* to ȝehaðebum mannum) *pagg.* 2 & 3. *Ælfrici itaque ævo* Lex Dei *communiter dicebatur* Godeſ æ. & Godeſ laȝe. *Poſtmodum verò illo* Æ *paulatim, ut videtur, exoleſcente, hoc* Laȝe *cœpit unicè obtinere; utpote quod Anglicè nunc ubique ſcribitur* Law / *à quo parùm abeſt etiam* Danicum Low. *Nam ſicut Anglica* Baw / Arcus; Saw / Serra; & Maw / Stomachus *ſunt à Saxonicis* Boȝa. Saȝa. & Maȝa: *ita* Law / *ut par eſt credere, formatum fuit ex* Laȝe. *quod &* Laȝa *exaratur Mar.* VII, 8. *itémq; verſu* 9. *in cod. Benedictino. Huc referri poteſt* Regis Edwardi LAGA, *cujus fit mentio in* LL. *Henrici* I. *R. cap.* 2. & *in hiſtoriâ Richardi Prioris Haguſtaldenſis, ad an.* 1035. *Hujus quoque loci eſt* Denelaga, *quod cernitur in* LL. *Edovardi R. cap.* 12. *nec non* Denelae *vel* Danelae (*Saxonicè* Denelaȝa) Merchenelae (*Sax.* Mýꝛcnalaȝa) & Weſt-Seꝛelae (*Sax.* peꝛt-Seaxnalaȝa) *quæ paſſim occurrunt in* LL. *Guilielmi* I. *Regis. Denique ad hoc* Laȝa *revocandum eſt* Utlaȝa. Exlex; *atque etiam* Lahmen (*ni fallor*) *quod redditur* Legis homines, *in Gloſſario quodam antiquo, quod calci priſcarum Legum ab Abr. Wheloco editarum habetur ſubnexum. Sed hæc, cum hujuſmodi infinitis, diſcutiantur ab aliis, quorum intereſt ea ad amuſſim pernoſcere: dum nos, Typothetæ noſtro obtemperaturi, feſtinamus ad ſequentia.*

IBID. *verſu* 24. Altaꝛe.] *H.* peoꝛede:. *Latinum* ALTARE *non retinetur tantùm in Italico* Altáre, *Hiſpanico* Altár, & *Gallico* Autel; *verùm etiam in Saxonico illo* Altaꝛe. *Anglico* Altar / *Alamannico* Altar / *Belgico* Altaer & autaer / *vet. Friſico* Alter / *Iſlandico* Alltared / *Danico* Alteret / *Finnonico* Altarin; *quin & in Bohemico Ungaricóq;* Oltar / *Polonico* Oltarz / *ac Moſcovitico* ΟΛΤΑΡ. *Ab Eccleſiæ ſcriptoribus illud plerumque dicitur* Altare, *quod veri Dei cultui dicatur*; Ara *verò, quod Idolorum. Unde de Fortunatiano epiſcopo, qui poſt defectionem ad Idololatriam, epiſcopatum ſibi vindicare cœperat, ſic ſcribit Cyprianus:* Audet ſibi adhuc ſacerdotium, quod prodidit, vindicare: quaſi poſt aras Diaboli accedere ad altare Dei fas ſit; *Lib.* I. *epiſt.* 7. Altaria, *inquit Feſtus*, ab altitudine dicta ſunt: quòd antiqui diis ſuperis in ædificiis à terrâ exaltatis ſacra faciebant. *Ad* Altare *itaque originatione propè accedunt tam Hebraicum* בָּמָה, *quàm Græcum* Βωμός· *quæ tamen Idolorum* Aris *attributa paſſim videmus. Veri enim Dei* Altare *nuncupari ſolet Hebraicè* מִזְבֵּחַ, & *Græcè* Θυσιαστήριον, *cui aptè reſpondet Gothicum* ΗΠΝSΛΛSTΛΨS. *q. d.* Sacrificii locus, Sacrificatorium. *Saxonicum* Altaꝛe. *vel* altaꝛ. *occurrit etiam Luc.* XI, 51. *ubi in Verſione noſtrâ conſpici-*

ſpicitur Betpux þam altaþe ⁊ þam temple. *pro Lat.* Inter altare & ædem: *at in Gloſſâ Oweni ibid. habetur* Betpih pibide ⁊ ðæm pæghpæghle. *i. e.* Inter altare & velum. ꝑEOFED *vel* peoꝼoð. *nuſquam non invenitur in Anglo-Saxonum monumentis uſurpatum pro* Altari, *cum aliquâ tamen ſcriptionis diverſitate. In hoc enim Matthæi Contextu legitur* þæt peoꝼuð ł pibeð. *in Euangelico Farmenni codice interlineato; at in Aldredi Gloſſâ pariter interlineari habetur* To pighbeð *ibid. pro* Ante altare. *Sic, Pſal.* XLII, 4. (*ſecundùm Lat.*) Ad altare *transfertur* To peoꝼoðe. *at in cod. Juniano ſcribitur* To pibeðe. *& in Cantabrigienſi,* To pighbeðe:. *In poëticâ Cædmonis paraphraſi lego* ꝑeobeðð. *pag.* 61. ꝑibeð. *vel* pighbeð. *fortè tantundem Saxonicè valet ac Got.* ᛉᛖᛁᚻᛒᛁᚢᚨ (*ſi per Grammatices analogiam ſic dicere liceat*) *i. e.* Sacra, *vel* ſancta, menſa. *Certè* ᛉᛖᛁᚻ ᚺᚨᛗᛟ *eſt* Sanctum nomen; *&* ᚨᚻᛗᚨ ᛉᛖᛁᚻᛊ. Spiritus ſanctus; *Luc.* I, 49 *&* 35. *Ita, in Keronis Gloſſario,* Sacrum *eſt* Wiho; *&* Sanctum, Wihaz. *In* LL. *quoque Friſonum vetuſtis lego* Hweerſo een vijede ſtoe is. ende di Preſter een wijedan alter haet —. *i. e.* Ubicunque ſacer, *vel* conſecratus, locus (*nempe* templum, *ſive* τὸ ἱερὸν) eſt; & ſacerdos ſacrum, *vel* conſecratum, altare habet —; *pag.* 91. *Sed &* Templum conſecratum *Belgis dicitur* Ghewijdde / *vel* ghewijhede / plaetſe. *Ex quâ linguarum affinium harmoniâ ſtabilitur conjectura de ſignificatione Saxonici* ꝑi *vel* pig:. *Porrò Gothicum* ᛒᛁᚢᚨ *uſurpatur pro* Menſâ; *Luc.* XVI, 21. *ubi in Verſione noſtrâ Sax. habetur* Beoð. *ac in vetuſtiori Gloſſâ Aldredi,* Beað:. *Nec eſt cur demiretur quis, quòd* Altare *dicatur* Menſa; *quum* שלחן יהוה (*Malachiæ* I, 7.) *i. e.* Menſa DOMINI, *paſſim explicetur per* DOMINI Altare. המזבח, *inquit Don Iſaac Abarbanel in locum,* נקרא שולחן השם כמו שאמר יחזקאל על המזבח זה השלחן אשר לפני יהוה: *i. e.* Altare vocatur Menſa DOMINI: ſicut Ezekiel de Altari dixit, Hæc *eſt* menſa quæ *eſt* coram DOMINO; *nempe Ezek.* XLI, 22. *cui adjungatur etiam Ezek.* XLIV, 16. *& Hebr.* XIII, 10. *Eadem illius loci expoſitio invenitur totidem ferè verbis, in Commentariis R. Shelomonis ben Melec, in lib. cui titulus* מכלל יופי: *quomodo & eundem Malachiæ Textum, ante utrumque iſtorum Commentatorum, explicavit R. Abrah. Aben Ezra.* Ἱερὰ τράπεζα *ſatìs notum eſt in Græcorum Liturgiis: utrùm verò hoc à quibuſdam commodè reddatur per* Sacrum altare, *penes alios eſto judicium. Nobis ſatìs eſto unum Pomp. Feſti teſtimonium, ob rationem non unam, hìc in medium proferre: ſcil.* Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent; quia legibus earum omnium ſacræ quoque menſæ ſunt, ut velut in ararum vel in pulvinaris loco ſint. *Hæc ille: quibus non modò aſtruitur conjectura qualiſcunque de* Menſa ſacra; *verùm etiam ſuggeritur & aliud quid, hujus* ꝑibeð *enucleationi non minùs forſan conducturum, in verbis illis* — in ararum, vel in pulvinaris loco —. Pulvinaria *in templis, ut docti obſervârunt,*

runt, dicebantur olim lectuli quidam diis dicati, in quibus reclinabantur Deorum ementitorum simulacra. Lectisternium *autem vocabatur solennitas, in quâ lectuli illi, graviori aliquâ supplicationis causâ, sternebantur. Quâ de re sic Augustinus:* Ubi erant [illi dii] quando pestilentiâ maximâ exortâ, diis inutilibus sine remedio populus diu multúmq; fatigatus, nova lectisternia, quod nunquam antea fecerat, exhibenda arbitratus est? Lecti autem sternebantur in honorem deorum, unde hoc sacrum, vel potiùs sacrilegium, nomen accepit; *de civit. Dei lib.* III. *cap.* 17. *Quum itaque plurimæ Saxonum nostrorum antiquitates ex Ethnicismi tenebris petendæ sint, forsitan* þibeð *non incongruè transferatur* Sacer lectus, *vel* sacrum pulvinar. *Significatio vocis* Beð *abundè probatur è Luc.* v, 24. *ubi pro* Ἄρας τὸ κλινίδιόν σου, *sive* Tolle lectum tuum, *habet Interpres Gothicus* ⲛⲥⲏⲁⲣ-ⲥⲁⲛⲁⲥ ⲯⲁⲧⲁ ⲃⲁⲁⲓ ⲯⲉⲓⲛⲁⲧⲁ. *Saxonicus*, Nim þin Beð. *Alamannicus*, Hebe dein Bettlein auff; *& Belgicus*, Neemt uw' Beddeken op. *Anglis quoque nihil usitatius quàm* Bed *pro* Lecto. *Nescio an dignum notatu sit, quòd* Super cervical (*Mar.* iv, 38.) *reddatur, in Bibliis Danicis, per* Paa en Pude. *Verumenimverò si modò* Pud *denotet* Cervical *aut* pulvinar, *non multùm discrepat id à syllabâ terminante illud* þeoꝼoð *aut* þeoꝼuð. *quod modò memoravimus. Sin hoc interea penitus incongruum videatur, quòd* Altare *dicatur* Pulvinar sacrum: *Lector meminerit phraseos Ciceronianæ*, Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est; *itémq; Livianæ*, Ad omnia pulvinaria sacrificatum fuisse. *Nihilominùs ego isthoc non observâssem, si priorem illam originationem unâ ex parte claudicare non essem suspicatus. Namque ut* þiȝbeð *præcisè fiat* Sacra mensa, *indicandum est ultimam ejus syllabam aliquando scribi Saxonicè* beoð *vel* beað. *vel etiam probandum est* Beoð. *i. e.* Mensa, *interdum efferri* Beð. bið. ꝼeð. ꝼoð *aut* ꝼuð. *quorum tamen neutrum à me hæc cursim attingente est hactenus animadversum. Dum hæc in chartulam, quam efflagitat Typographus, conjicio, significat mihi Cl.* Junius *se quoque Saxonicum* þeoꝼoð *illustrâsse in Observatis, quæ nunc adornat, ad Francica Glossaria. Ab egregio itaque illo literaturæ Septentrionalis propagatore expectet lector aliquid his meis & accuratius & certius; utpote quod elaboraturus est vir, qui me ut multis annis præcessit, ita multis parasangis in harum literarum stadio nunc indefessè felicitérq; præcurrit.*

Hactenus, mi Lector, Specimen habuisti Annotationum nostrarum in variantes etiam Lectiones codicum collatorum. Reliquæ variationes notabiliores subsecuturæ sunt: sed quæ tuas, si operæ pretium censeatur, sagaciores expetunt elucidationes. Mihi sanè, qui in Etymologicis nullus sum, inprimis molestum est in antiquarum vocum enodatione, fortè pœnitendâ, diutiùs versari. Nec festinanti licet singula pro merito atque examussim examinare.

IBID. *versu* 36. Ænne loc ȝeðon hþiꝛne oððe blacne. *Lat.* Unum capillum

ſum album facere, aut nigrum.] *H.* Don ænne loc hpıt ne oðeþne blacne. *i. e.* Facere unum capillum album, nec alium nigrum. *Pro* Hpıtne oðde. *perperam ſcripſit librarius* Hpıt ne oðeþne:.

Ibid. *verſu* 39. Lıf hpa þe ꝛlea. *Lat.* Si quis te percuſſerit,] *H.* Lyf hpa þe ꝛmıte:. *Sic*, Sloh. *Lat.* Percuſſit] *H.* Smat. MATTH. xxvi, 68. & *Luc.* xxii, 64. Percuſſit *eſt Gothis* SLAHH. *Saxonibus* Sloh. *Danis Iſlandíſq;* Slo / *Alamannis* Slhug / *& Belgis* Sloegh; *Joh.* xviii, 10. *Saxonicum itaque* SLÆLAN. ꝛleȝan *vel* ꝛlean *videtur idem ſignificare quod Got.* SLAHAN. *Belg.* Slaeghen *vel* ſlaen / *Iſland.* Sla / *&c. nempe* Percutere. *Anglicum verò* to Slay / *quod iſtis cognatum eſt, idem valet quod Sax.* Oꝛꝛlean. *& Belg.* Dood-ſlaen / Occidere. *Nam* Percutere *ab hodiernis Anglis redditur* to Smite; *quod idem ipſum eſt atque illud recentioris codicis Hattoniani,* SMITEN:.

MATTH. vii, 7. Lnuciað. *Lat.* Pulſate,] *H.* Lnyꝛꝛað:. *In Aldredi Gloſſâ interlin. habetur* Lnyꝛað ł cnyllað ȝe. *& in Verſione Iſlandicâ* Knyed a. *Ab his parum diſcrepat* ᚴᚾᚢᚹᚨᚴ. *quod in Lexico Runico eſt* Agitatio, concuſſio. *Eadem prorſus lectionis diverſitas conſpicitur in* VERSU 8. *proximè ſequente; nempe,* þam cnuciendum. *Lat.* Pulſanti] *C.* þam cnyꝛꝛendum:. *Ubi in Gloſſâ jam laudatâ pariter extat* Ðæm cnyꝛende ł cnyllende:.

Ibid. *verſu* 15. þaꝛniað eop ꝛnam —. *Lat.* Attendite à —] *H. hìc pro* Fꝛam (*quod Gothis eſt* FRAMA. *Islandis* Fyrer / *& Danis* For) *habet* pið. *qui tamen codex hoc* pið *alio ſenſu acceptum, de induſtriâ interdum averſatur. Exempla ſunt;* MATTH. xx, 13. pið anum peninȝe. *Lat.* Ex denario.] *H.* Foꝛ ænne pænıȝ:. *Sic,* MATTH. xxi, 19. pið þone peȝ. *Lat.* Secus viam] *H.* Be þa peiȝe:.

Ibid. *verſu* 26. Oꝛeꝛ ꝛand-ceoꝛel. *Lat.* Super arenam:] *C.* Oꝛeꝛ ꝛtanceoꝛel:. *Anglo-Saxonum* SAND *eſt* Arena; *at* STAN *propriè ſignificat* Lapidem, petram; *ut, verſu* 25. *præcedente. Alam.* Kiß *vel* kieß / *& Sax.* Leoꝛl-ꝛtan (*apud L. Noëllum*) *ſignificant* Glaream *vel* ſabulum. *Sed Germanorum* Kiſel-ſtein / *vel* keſel-ſteen / *eſt* Silex.

MATTH. viii, 26. Bebeað þam pinde ȝ þæȝe ꝛæ. *Lat.* Imperavit ventis & mari,] *C. addit,* þ hiȝ ꝛpiȝdon. *i. e.* ut tacerent. *Conf. Mar.* iv, 39.

MATTH. ix, 14. ȝ þuꝛ cpæðon. *i. e.* Et ſic dixerunt,] *B.* þuꝛꝛ cpeþende. *i. e.* Sic dicentes. *Utraque lectio eodem recidit. Vulg. Lat. habet* Dicentes.

Ibid. *verſu* 24. Nyꝛ ðiꝛ mæden ðeað ꝛoðlice. ac heo ꝛlæpð. *Lat.* Non eſt enim mortua *hæc* puella, ſed dormit.] *C.* — ðeað. ꝛoðlice heo ꝛlæpð. *i. e.* — mortua, verè, *vel* nam, dormit. SOÐLILE *non modò uſurpatur pro* Nam *vel* enim, *ſed etiam pro* Verè; *ut, Matth.* xiv, 33. *&* xxvi, 73. *Unde* Amen, *quod* Orationem *Dominicam claudit* (*Matth.* vi, 13.) *transfertur* Soðlice:. *Item, pro* Soð. Verè (*Matth.* xxvii, 54.) *habetur in cod. B.* Soðlice:. *Immò etiam, pro*

Soð. roð. Amen, amen (*Joh.* xiii, 16.) *occurrit* Soðlice *in codd. B. C. & H. Ambiguitate igitur vocis* Soðlice *deceptus, hìc lapsus est codicis C. librarius: qui & in errorem non minus crassum eâdem ambiguitate inductus, post* Soðlice. Enim (*Matth.* xviii, 11.) *posuit* Ic eop recge. *i. e.* Ego dico vobis; *perinde acsi Latinè scriptum esset*, Amen, dico vobis. *Nec alium errorem errâsse opinor codicis H. descriptorem: quippe qui substituerit* Gepiplice. Certè, *pro* Soðlice. Autem; *Joh.* xi, 13. *Hujusmodi plura facillimè observabit attentus lector.*

Ibid. *versu* 29. Sy inc æfter eoppum geleafan. *i. e.* Esto vobis *duobus* secundùm fidem vestram.] *Aliqui codd. pro* Eoppum. *habent* Incpun. *i. e.* Vestram duorum; *idq; rectè. Nos, qui receptam lectionem noluimus temerè deturbare, hìc cum exemplari impresso, ac codice Cantabrigiensi retinuimus* Eoppum: *Recurrat lector ad ea quæ de hoc* Incpun. *atque aliis etiam Pronominib. Dualib. notavimus in Observationib. nostris ad Textum Gothicum, pag.* 416.

MATTH. x, 22. Se byð hal. *Lat.* Hic salvus erit.] *C. addit* Amen.

Ibid. *versu* 26. Nyr roðlice nan þing dyhle þ ne purðe geputelod. ne nan dyhle þing —. *Lat.* Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; & occultum, —] *H.* — ne nan gehyd þing —. *i. e.* — & nihil occultum, —. *Noluit scilicet librarius ut* Opertum *&* Occultum *per idem* DYHLE *redderentur. Conf. Mar.* iv, 22. *& Luc.* viii, 17.

MATTH. xi, 23. On Sodoma-lande. *Lat.* In Sodomis; *ad verb.* In terrâ Sodomiticâ, Sodomorum, *vel* Sodomitarum] *C.* On Sodom. *sed B.* On Sodomum: *Versu proximè sequente pro* Terræ Sodomorum *habetur* Sodom-papa. *vel* Sodompapa. lande (*sic enim potiùs scribendum esset, quàm* Sodom-papalande. *quod prelo labente excusum est*) *q. d.* Sodomitarum terræ.

MATTH. xiii, 3. Sædepe. *i. e.* Seminator; *Anglicè* **Seedsman**] *C.* Sapepe. *H.* Sæpepe. *i. e.* Sator; *Anglicè* **Sower.**

Ibid. *versu* 48. Hig apuppon ut. *Lat.* Foràs miserunt.] *H.* Hig atorfedon ut: TORFIAN *est* Jactare: *unde* Navicula jactabatur *redditur Sax.* þæt scip pær totorfod. *Angl.* **The ship was tossed**; *Matth.* xiv, 24. *Ubi, pro* Totorfod *quod habetur in nostrâ Versione, habet Aldredus Glossator* Aporpen. *sicut pro* Aporpon. *in isthoc Contextu, cod. H. jam citatus ostendit* Atorfedon: *Conf. Mar.* xii, 41. Orcorfian (*Matth.* xxi, 35.) *&* Mid stanum orcorfian (*Matth.* xxiii, 37. *& Joh.* viii, 5.) *usurpantur pro* Lapidare. *Sic*, Substulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum, *transfertur* þa Iudeas namon stanas. þ hig polden hyne torfian. *Joh.* x, 31. *Quomodo etiam* Myd stanum getorfode *lego pro* Lapidib. obruti; *in Nathanis Judæi fabulosâ legatione* MS. §. 8. *Et de Achane, qui execranda spolia convaserat, eddem dicendi ratione affirmatur,* he peanð orcorfod mid stanum. *i. e.* Lapidatus, *vel* frequenti lapi-

dum

dum jactu ictúque interfectus, erat; *Basilii Reg. Monach.* §. 8.

MATTH. XIV, 9. Ge-unꝼet. *Lat.* Contristatus] *C.* Ge-unꝼotꝼud. *H.* Unbliðe:. *Pro* GE-UNRET *&* Ge-unꝼetan *substituuntur in cod. H.* Ge-unꝼot *atque* Unꝼotan. *Mar.* VI, 26. *Sed vice ejusdem* Ge-unꝼet *legitur in eodem cod. H.* Unȝeꝼot. *Mar.* X, 22. Ge-unꝼotꝼode *dicuntur qui* Contristati *sunt*; *Matth.* XVII, 23. UNBLIÐE *verò propriè significat* Illætabilem, minimè jucundum, lætum *aut* hilarem: *pro quo Belgæ similiter dicunt* Onblijde.

MATTH. XV, 20. Unþþoȝenum handum. *i. e.* Illotis manibus] *H.* Unþeꝼcen hande:. *Priori illi lectioni consonant Islandica* Med oþuegnum hondum/ *& Danica* Met wtone hender: *at hanc posteriorem imitantur Anglica* With unwaschen hands / *Alamannica* Mit vngewaschenen händen / *atque Belgica* Met onghewasschen handen. *Hujus generis est varians quoque lectio*, MATTH. XXVII, 24. *ubi* þþoh (*pro quo Gothus diceret* ψΥϪh *vel* ΠSψΥϪh) Lavit, *exprimitur in cod. H. per* þeoꝼc:. *Sic, in vet. Paraphrasi Willerami Francicâ video* Ich havo mine fuoze gethuagan *positum pro* Lavi pedes meos; *Cant.* V, 3. *at in Keronis Glossario pariter Francico extat*, Lavare, Waskan. *Saxonicum* ÐÞEAN *idem planè est cum Gothico* ψΥΛhΛN. Lavare: *unde*, Ut baptizarentur *exponitur* Ðæt hiȝ aþþeȝene þæꝼon. *Luc.* III, 12. ÞÆSCAN *quoque &* þacꝼan *significant* Lavare: *ut*, þohꝼun. (*& in cod. C.* þoxon. *vel, ut habet H.* þexon) *est* Lavabant; *Luc.* V, 2.

IBID. *versu* 25. Geꝼýlꝼt. *Lat.* Adjuva] *C.* Gemýltꝼa. *i. e.* Miserere: *nam versu* 22. *præced. legimus* Gemiltꝼa me. *pro* Miserere mei; *& mox versu* 32. Ic ȝemiltꝼiȝe. *pro* Misereor.

MATTH. XVI, 3. Hꝼeoh þeðeꝼ. *Lat.* Tempestas] *H.* Ren þeðeꝼ:. HREOH *est* Asper, austerus, *&c. unde* Mare iratum, sævum, exasperatum ac procellosum *vocatur* Hꝼeoh ꝼæ. *Joh.* VI, 18. *Hinc quoque* Procella, *sive* tempestas, *dicitur* Hꝼeohnýꝼꝼe. *e. g.* Geꝼmanuꝼ ꝼe Biꝼcop — æꝼeꝼt þæꝼ ꝼæꝼ. ⁊ æꝼteꝼ þam ðaꝼa Pelaȝianiꝼcan hꝼeohnýꝼꝼe — ȝeꝼtilde. *i. e.* Germanus Episcopus — primò maris, ac postea Pelagianorum tempestatem — sedavit; *Capitul. hist. Eccl. Bedæ, lib.* I. *cap.* 17. *Ab hoc non abludit Poëtæ illud, in Metamorph. lib.* XI.

Aspera crescit hyems; omníque à parte feroces
Bella gerunt venti, fretáque indignantia miscent.

Huc etiam facit quod Hꝼeoneꝼꝼe. Tempestas (*Luc.* VIII, 24.) *in cod. H. dicatur* Reðnýꝼꝼe. *q. d.* Sævitia. REN *idem valet quod Gothicum* ΚΙΓΝ. *nempe* Pluvia. *Conf. Cl. Junii Glossarium Got. in voce* ΚΙΓΝ:

IBID. *versu* 4. Him ꝼoꝼlætenum he ꝼeꝼde. *Lat.* Relictis illis, abiit.] *H.* þa ꝼeꝼde he ⁊ him ꝼoꝼleet. *i. e.* Tunc abiit, illósq; reliquit. HIM FORLÆTENUM *absolutè sumitur, ut Lat.* Relictis illis. *Nè autem lectori inexercitato*

tato imponat Saxonismus iste ab aliis, quantum vidi, nondum explicatè observatus; placuit exempla quædam in medium proferre. Him þa ȝyt ꝼꝼꝼecendum. *Lat.* Adhuc eo loquente; *Matth.* XVII, 5. Lecigydum hyꝼ leoꝼning-cnihtun. *Lat.* Convocatis discipulis suis; *Matth.* X, 1. Ut-adꝼyꝼenum þam deoꝼle. *Lat.* Ejecto dæmonio; *Matth.* IX, 33. *Hæc Masculinorum in utroque numero exempla sunt: sequuntur phrases aliquot terminationis Fœmininæ.* Apoꝼꝼenꝼe þæꝼe ꝼcytan. *Lat.* Rejectâ sindone; *Mar.* XIV, 52. Þinꝼe duꝼa belocenꝼe. *Lat.* Clauso ostio [tuo;] *Matth.* VI, 6. Up-ꝼꝼꝼungenꝼe ꝼunnan. *Lat.* Sole orto; *Matth.* XIII, 6. *Denique, sicut pro* Sole orto *habetur* Up-aꝼꝼꝼungenꝼe ꝼunnan. *Mar.* XVI, 2. *ita, pari prorsus absolutæ locutionis modo, pro* Ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, *in Versione Got. extat* ΑΤΗΚΚΙΝΝΑΝΔΙΝ ΣΗΝΝΙΝ: *Hujusmodi plura quivis facilè notabit.*

IBID. *versu* 14. Iohannem þone Fulluhteꝼ. *Lat.* Iohannem Baptistam,] O. & C. Fulluht peꝼ:. *Sax.* ꝼER *significat* Virum: *non tamen existimo Saxonum* ꝼeꝼ *è Latino* Vir *fuisse formatum; quum Gothis quoque* ΥΛΙΚ *sit* Vir. *Non desunt viri docti, qui mirè prædicant Scytharum linguæ vetustatem longè remotissimam; quiq; ipsum Græcismum Scythicæ fuisse originis non dubitant asseverare. Videant itaque Etymologi, num Gothicum* ΥΛΙΚ, *atque etiam Græcum* Ἀνὴρ, *revocari debeant ad Scythicum* Ἀιὸρ, *de quo sic Herodotus:* Τὰς Ἀμαζόνας καλέουσι Σκύθαι Ἀιορπατά· δύναται δὲ τὸ ὄνομα τοῦτο κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν Ἀνδροκτόνοι. Ἀιὸρ γὰρ καλέουσι τὸν ἄνδρα· τὸ δὲ Πατὰ, κτείνειν. *Sic ille, lib.* IV. *pag.* 259. *edit. Genev. an.* 1618. *Ubi hoc* Fulluht peꝼ *jam scripturus eram, subdubitare cœpi, annon potiùs scribendum esset* Fulluhtpeꝼ. *acsi* ꝼ *in vocem* Fulluhteꝼ *esset à librario obiter injectum. Hoc quidem in Anglo-Saxonicis non semel observavi admissum: e. g. in Menolog. Sax. pro* Leꝼullode. Baptizabat, *quod habetur in cod. Benedictino, scribitur* Leꝼulꝼade *in cod. Cottoniano; ad diem Septemb.* 21. *Re tamen paullò attentiùs perpensâ, conjicio forsan* Baptistam *dici posse* Fulluht-peꝼ *eodem sensu, quo* Agricola *dicitur Saxonicè* Æceꝼ-man (*in Ælfrici Glossario* MS.) *Belgicè* Acker-man / & *Anglicè* Husbandman. *Vocem* Man. *quatenus ea* Hominem & Virum *denotat, frequentissimè annexam esse quibusdam Masculinis hominum appellationibus, in linguis plerisque Septentrionalium, notius est quàm ut probatione egeat. Minùs itaque mirandum est si* ꝼeꝼ *eundem quoque usum aliquando sortiatur: præcipuè si inter se conferantur ea quæ leguntur in Matth.* VII, 24 & 26. *ob alias rationes notatu non indigna. Illic enim versu* 24. *pro Græcis* Ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, *ac Latinis* Assimilabitur viro sapienti; *habetur in Gothicis* ΓΛΛΕΙΚΩ ΪΝΑ ΥΛΙΚΑ ΕΚΩΑΛΜΜΑ. & *in Saxonicis,* Bið ȝelic þam piꝼan peꝼe:. *At mox versu* 26. *Græca* Ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, & *Latina* Similis erit vero stulto, *transferuntur Gothicè* ΓΛΛΕΙΚΩΑΛ ΜΑΝΝ ΑΥΛΛΑΜΜΑ. & *Anglo-Saxonicè,*

Se

ðe biþ ȝelic þam þyrȝan men :· *Hìc enim* Ἀνὴρ *&* Vir, *tam per* ꝟlıꝛ *&* þep. *quàm per* mannλ *&* Man *traducta cernuntur. Sin autem perplurima illa Nomina Masculina in* er (*& Saxonicè in* ene) *desinentia, quibus virorum officia &c. in linguâ Anglicâ, Germanicâ, &c. designantur, terminationem illam suam è* ꝟlıꝛ. þep. *aut aliquo simili, formatam acceperint; ista profectò, quæ à nobis modò adducuntur, è vestigio reddentur probabiliora. Anglis enim perinde est* Aratorem *dicere* Plowman / *ac* Plower: *&* Nautam *appellari Belgicè tam* Schipman *quàm* Schipper / *à Corn. Kiliano est affirmatum. Sed hoc ab aliis accuratiùs exploretur. Dijudicent quoque Etymologi, utrùm hujus loci sint* Hieþoþolim-þaþu (*Matth.* II, 3. *&* III, 5.) *sive* Hieþoþolima-þaþe (*Mar.* I, 5.) *i. e.* Hierosolymitani; *&* Sıȝel-þaþa (*in Menologii loco suprà citato, & Cædmonis Paraph. pag.* 64.) *i. e. si rectè capio,* Æthiopes; *atque etiam* Heoþon-þaþa. eoþð-þaþa *&* hel-þaþa (*in Serm. Cathol. citato in Bedæ hist. Eccles. lib.* IV. *cap.* I *&* 2.) *i. e.* Cœlestes, terrestres *&* infernales. (*Phil.* II, 10.) *istiusmodi; non pauca passim occurrentia. Definiant etiam solertes originationum indagatores, an legitimam inter se cognationem habere, atque huc spectare, censeantur Saxonicum* Rompaþe (*Bedæ hist. Eccles. l.* I. *c.* 3.) *Frisicum* Romera heren / *vel* heran (LL. *Fris. pagg.* 5, 45, *&c.*) *Islandicum* Romverier / *Danicum* Romere / *& Alamannicum* Römer (*Joh.* XI, 48.) *quibus omnibus significantur* Romani: *item, Sax.* Buþȝ-þaþu (*Matth.* XXI, 10.) *Fris.* Burch-heren (LL. *Fris. p.* 9.) *& Belg.* Burgeren / *quibus denotantur* Cives, municipes. *Sed de voce* Fulluhт þeþ *satìs supérque. Quum igitur in prosequendis istis, quorum exitum difficilius est invenire quàm principium, deprehendam me non modum solummodò, sed etiam destinatarum pagellarum limites transire; decretum est, in reliquis succinctissimè subnotandis, & chartæ & temporis angustiis parére. Hactenus quidem singula, è Saxonum nostrorum monumentis petita, habuit lector à nobis qualitercunque conversa Latinè, ac subinde illustrata: at in iis, quæ sequuntur, tentet ille demum sine cortice natare; propriìq; ingenii vires exerceat in variantium lectionum rationibus expiscandis.*

Ibid. *versu* 23. ȝ cpæð to Peтpe.] C. To Peтpe ȝ cpæð :· Ibid. *versu* 27. Aȝylт æȝhpylcum be hyr aȝenum peoпce :·] *H.* Aȝylт he æȝhpylcum men be hyr aȝenum mebe :·

MATTH. XVII, 20. Lelearan rpa] *H.* Lelearan rpa mycel rpa :·

MATTH. XVIII, 2. Lytlinȝ] *H.* Leonȝlinȝ :· Ibid. *versu* 27. Foпȝear him] *H. addit* eall :·

MATTH. XX, 20. Bearna] C. Suna :· Ibid. *versu* 22. Lyт nyton hpæт] *H.* Lyт nyton ȝe hpæт :· *Librarius accepit* Lyт *pro* Adhuc; *non autem, ut debuit, pro* Vos duo. Ibid. *versu* 25. þıte ȝe] C. þytoblice :·

MATTH. XXI, 8. Stпehton] *H.* Spnebbon :· Ibid. *versu* 22.

Ge beoð tiþa.] *H.* Eop beoð geteiðað:. *Conf. Joh.* v, 14. Ibid. *verſu* 32. Gelýfdon him.] *H.* Gehendon hine:.

MATTH. xxii, 2. Hýr ſuna gyfta.] *H.* Hýr ſuner bryðgyfte:. *Vide Mar.* xii, 25. *& Matth.* xxiv, 38.

MATTH. xxiii, 39. Ge ſecgeon. Oð gebletſod] *C.* Ge ſyngon. Siġ gebletſod. ſiġ gebletſod:.

MATTH. xxv, 6. Man hrýmde] *H.* Man cleopede:.

MATTH. xxvi, 18. Þýnce mine Eartho] *C.* Þeoðie mine Eartho:. Ibid. *verſu* 40. He gemette] *H.* Funde. *& ſic aliàs.* Ibid. *verſu* 65. Ge gehýrdon] *C.* Þe gehýrdon:. Nos *ponitur pro* Vos. Ibid. *verſ.* 69. An þeopen] *H.* An þara þeopa:. Ibid. *verſu* 71. Þýln] *H.* pealne. *ſed C.* Þynen:. *Vide Luc.* i, 38. *& Joh.* xviii, 16, 17.

MATTH. xxvii, 19. Fela ic hæbbe micel:.

MAR. i, 30. Hriðiġende] *H.* Hneriġende:. Ibid. *verſu* 35. Æfter] *H.* Æfter runne:. *Conf. Text. Gothicum.* Ibid. *verſu* 43. Bead] *Sic B. & C. ſed H. habet* Bæd. *& cod. O.* Bend:.

MAR. v, 10. Dýde] *O.* Dýdde. *ſed C.* Nýdde:. Ibid. *verſu* 37. Ænig ne fýlġean] *C.* Nænig ne fýliġean:.

MAR. vi, 29. Lic] *O.* Lichamon. *& C.* Lýchaman:. *Text. Got. habet* ΛΕΙΚ: Ibid. *verſu* 49. Unfæle] *C.* Unclæne:. Ibid. *verſu* 50. Nellen] *B.* Ne þurfon:. Ibid. *verſu* 56. Fnæd æthrinon] *C.* Fnæder æthrýnan morton:.

MAR. viii, 12. Geomriende] *H.* Reofrende:. *Conf. Luc.* x, 13. Ibid. *verſu* 38. þuldre] *C.* Rýce:.

MAR. ix, 23. Miht] *C.* þýlt:. Ibid. *verſu* 43. þanhal to life ġa.] *H.* þanhælde leofre:.

MAR. x, 15. Ne mæġ he] *C.* Ne ġæð he:.

MAR. xi, 8. Boġar] *O. & C.* Bocerar:. Ibid. *verſu* 26. Fæder þe on heofenum ýr:.] *O. B. & H.* Heofonlica Fæder:.

MAR. xii, 42. Stycar. þ ir feorðunġ penninġes:.] *Hæc è Gloſſis interlin. ſuppeditantur: omnes enim Verſionis noſtræ codices habent* Feorþlinġar *tantùm.*

MAR. xiv, 30. Þana] *H.* Loc. *ſicq; alibi paſſim. Conf. Joh.* xviii, 27. Ibid. *verſu* 59. þærlic] *H.* þar gelic:.

MAR. xv, 13. Hrýmdon] *H.* Cnætten:. *Sic Luc.* xxiii, 18 *&* 21. *pro* Hrýmde *ac* hrýmdon. *habentur in cod. H.* Cnette *atque* gnetten:.

MAR. xvi, 14. Ændlefene þa hi æt mete ſæton. *ſic cod. H.*] *Cæteri codd.*

codd. habent Tpelfum þaꝛ hi ætgæðeꝛe ſæton:· IBID. *verſu* 15. Faꝛað into eallne middan-eaꝛð.] *H.* Gað ſpa þið ſpa middan-eaꝛð:·

LUC. I, 20. Nu þu biſt] *H.* Nu abÿðſt:·

LUC. II, 10. Gefean] *H.* Bliſſe. *ſicq; alibi. Conf. Luc.* XXIII, 8. & XIX, 17. *ſed maximè Luc.* VI, 23. IBID. *verſu* 12. Hꝛæglum beþunden] C. Claþum beþunden:·

LUC. VII, 6. Hundꝛeð-mann] *H.* Hundꝛeðeſ ealdoꝛ:· IBID. *verſu* 8. Ic eom] *B.* Ic ne eom:· *Error.* IBID. *verſu* 44. Þæteꝛ. *ſic C. & H.*] *O.* Þæten. *& B.* Þætan. *quibus conſonat Gothicum* ᛉᚨᛏᛟ *hoc in loco uſurpatum. Conf. Luc.* VIII, 6.

LUC. IX, 8. Sume þan] *B.* Sume ſæðon:· *Confer præcedentia.* IBID. *verſu* 17. Þaꝛ beliſon] *C.* Þaꝛ læſðe þæꝛon. *ſed H.* Þaꝛ þæꝛe ⁊ ſÿlðe:· IBID. *verſu* 38. Anlica] *C.* Æneg a:· *Sic Angli dicunt* **Onely** / *ſed Belgæ* **Eenigh** / *pro Lat.* Unicus.

LUC. XI, 22. Oſeꝛſpið] *B.* Oſeꝛþinð:· IBID. *verſu* 46. Æ-gleaþum] *H.* Lage-piſen. *ſic pro* Æ-gleaþan *habet H.* Lage-piſan. *infrà verſu* 53. *at verſu* 52. Æ-gleaþum *ſcribitur in cod. H.* Lage gleaþe:·

LUC. XII, 6. Helflinge.] *C.* Ælflinge. *ſed H.* Halpenige:· IBID. *verſu* 23. Mett.] *Hoc acceptum fuit ex Aldredi Gloſſâ. Omnes hujus Verſionis codd. habent* Se lichama. *ſed perperam. Conf. proximè ſequentia.* IBID. *verſu* 33. Moððe] *H.* Mogðe:· IBID. *verſu* 39. Hiꝛeðeſ ealdoꝛ] *H.* Hiꝛeðeſ hlaſoꝛð:·

LUC. XIII, 7. Foꝛceoꝛſ hÿne. hþi oſþꝛicð] *H.* Foꝛſcꝛiſ hÿne. hþig oſeꝛſtꝛicð:· *Sic verſu* 9. *ſeq. pro* Leoꝛſ *habetur in cod. H.* Foꝛſcꝛiſ:· IBID. *verſu* 8. Meoxe.] *H.* Dunge:· *Conf. Luc.* XIV, 35. IBID. *verſu* 29. Noꝛð-dæle.] *H.* Suð-dæle:· *In H. igitur deeſt* Noꝛð-dæle. *ſicut* Suð-dæle *in reliquis codicib. deſideratur.*

LUC. XIV, 19. Getÿme] *C.* Getÿmðe:· IBID. *verſu* 21. Þanhale] *H.* Þanhæſtan:·

LUC. XV, 13. Feoꝛlen ꝛice.] *H.* Feoꝛlenden:· *At Luc.* XIX, 12. *pro* Fÿꝛlen land. *ſubſtituit idem cod. H.* Feꝛꝛen land:· IBID. *verſu* 17. Hÿꝛlinga] *O. B. & H.* Yꝛðlinga:· *Sic mox verſu* 19. *pro* Hÿꝛlingum. *quod in uno cod. C. occurrit, habent reliqui codd.* Yꝛðlingum. *ſcil.* Colonis, *pro* Mercenariis. IBID. *verſu* 25. He com] *H. addit* ham:·

LUC. XVI, 3. Geꝛeſſciꝛe] *H.* Geꝛeſſcÿpe:· *Conf. verſ.* 1, 2 & 4. *hujus tmematis.* IBID. *ver.* 10. Lÿtlum getꝛÿþe] *C.* Lÿtlum þingum getꝛeoþe:·

LUC.

LUC. XVII, 6. Spa ſeneper corn.] *H.* Spa micel ſpa an ſeneper corn:. *Huic ſimile eſt quod notavimus in Matth.* XVII, 20. IBID. *verſu* 15. Mærſigende] *H.* Heriende:. *Conf. Luc.* XXIV, 53. *&* XVI, 8.

LUC. XX, 14. Yrfe-peard] *H.* Earfednyme. *cui conſentaneum eſt Got.* ΑΚΒΙΝΠΜϹΑ. *quod hoc etiam in loco cernitur uſurpatum.* IBID. *verſu* 35. Of deadum] *H.* Of deaðe:. Ex morte *pro* Ex mortuis. IBID. *verſu* 46. Hlininga] *C.* Hleonunga. *ſed H.* Þenunge:. *Conf. Joh.* XIII, 2, 4. *& Matth.* XXVI, 17.

LUC. XXII, 11. Eaſtron pyrce] *C.* Eaſtron nyme:. *Cum priore concordat* Þæt ic pyrce Eaſtro. *quod reperitur Matth.* XXVI, 18. *Conf. quoque Joh.* XXII, 8. *Sed* Eaſtron nyman *non obſcurè adumbratur in* Corpus Domini to nimane / *quod lego in vett.* LL. *Friſ. pag.* 93. IBID. *verſu* 45. Unrotneſſe] *H.* Sarigneſſe:. *Vide quid ſuprà notatum eſt ad Matth.* XIV, 9. *& confer Joh.* XVI, 21, 22. *&* XXI, 17.

LUC. XXIII, 8. Mycelre tide] *H.* Langere tide:. *Vide Joh.* V, 6.

LUC. XXIV, 23. Gemettun.] *H.* Ne geſeagen:. *Omnino conſule verſ.* 24. *ſequentem.* IBID. *verſu* 51. He ferde fram hym. ⁊ pæſ fered on heofon.] *H.* He pente fram him. ⁊ he ſmat into heofene:. *Huic convenit Anglorum* He bolted / ſtroke / *vel* whipped / into an houſe / *pro* Subitò ferebatur in domum. *Vereor tamen nè librarius pro Lat.* ferebatur *legerit* feriebatur, *aut quid ei non abſimile.* IBID. *verſu* 52. Hig gehpurfon on Hieruſalem mid mycelum gefean.] *H.* Hig gecyrden into Hieruſalem mid muchelere bliſſe:. *Vide ſuprà cap.* II, 10. IBID. *verſu* 53. ⁊ hig pæron ſymle on þam temple. God herigende. ⁊ hyne eac bletſiende:.] *H.* ⁊ pæren æfre *in* ðare temple. heriende ⁊ bletſiende God:.

JOH. I, 1. On fruman] *B.* On frymðe. *ſed H.* On angynne æreſt:. IBID. *verſu* 15. Þe ic ſæde] *H.* Se þe ic of ſægde:.

JOH. II, 3. Geteorude.] *H.* Getrukede. *ſic Iſlandi dicunt* Þraut. *Mihi magìs placet Gloſſatorum* Geſcyrte *vel* geſceortade:. *pro* Defecit *vinum.*

JOH. IV, 22. Of Iudeum.] *H.* Myd Iudeum. *non prorſus ineptè. Gallus commodè diceret* D'entre les Juifs, *pro Gr.* Ἐκ τῶν Ἰουδαίων.

JOH. V, 2. Mere] *H.* Þæterſol:. IBID. Porticaſ:.] *H.* Infareſ:. *At mox verſu* 3. *pro* Portican *habetur in H.* Ingangaſ:. *Conf. Joh.* X, 23. IB. *ver.* 6. Lange tide] *C.* Lange hpyle:. *Conf. Luc.* XXIII, 8. *& Joh.* VII, 33.

JOH. VI, 2. Folc] *C.* Mænigeo. *Got.* ΜΑΝΑΓΕΙΝΣ: IB. *ver.* 25. Hpænne com þu] *H.* Hpanen com þu:. *Temerè ponitur* Unde *pro* Quando.

JOH.

JOH. VII, 17. Lecnæþð] *B.* Lecþemð:· *Vide sis Joh.* VIII, 29.

JOH. VIII, 54. Uþe Loð:·] *H.* Eoþþe Loð. *nempe*, Vester *substituitur pro* Noster. *Recurre ad ea quæ diximus ad hunc Johannis Textum, in Observat. ad Euangelia Got. pag.* 467.

JOH. X, 8. Ealle þa ðe comun.] *H.* Ealle ða ðe elleȝ hþu buton þuþh me cuman:· *Conf. verß.* 1 *&* 9. *hujus Capitis.* IBID. *versu* 16. þa] O. *&* *B.* þæȝe. *H.* þa hýðeþ:· *Interp. Got. habet* ψϗ: *De* þæȝe *vide Joh.* XII, 20. *&* XIV, 12. *Anglis Occidentalibus, Devoniensibus saltem,* **Thecke** / *vel* **Thicke** / *satis est notum.* IBID. *versu* 21. Ontýnan:·] *H.* Alihten ænð untýnen:· IBID. *versu* 32. Hænan:·] *H.* Stænen:· *Got. hìc usurpavit* STAINEIψ: *Conf. vers. sequentem, ubi omnes codd. retinent* Hæne:·

JOH. XII, 1. Apþehte:·] *H.* Apehte:· *De* Apþehte *consule Joh.* XI, 11. *atque de* Apehte *vide hujus cap.* XII, *verß.* 9 *&* 17. IBID. *versu* 3. Spæcce:·] *H.* Spetnýȝȝe:·

JOH. XIX, 17. ⁊ he ȝýlf bæþ] *B.* ⁊ bæþon. *H.* ⁊ bæþen:· Et bajulabant, *pro* Et ipse bajulabat. IBID. *versu* 29. Full eceðeȝ.] *H.* Full aiȝileȝ:· *In cod. H. habetur iterum* AISILES *pro* ELEDES *hoc ipso versu, itémq; versu hunc continuò excipiente.* Acetum *Belgis dicitur tam* Asijn / *quàm* Edick. IBID. *versu* 32. Ahanȝen þæȝ:·] *C.* Hanȝeðon:· *Num. Pluralis pro Singulari.*

JOH. XX, 7. On-ȝunðþon] *H. addit* Fþam þam oðþen. *explicativè.*

JOH. XXI, 17. Lþæð] *H.* Sæȝðe:· IBID. *versu* 25. Apþitene þæþon.] *H.* Leþþitene be heom ȝýlfe þæþen:·

Præter jam notatas Discrepantias, restant insuper aliquot millia Lectionum variantium, oræ libri, quo utor, appictarum accuratissimâ manu Junianâ: sed quæ operâ typographicâ omnino judicantur indignæ. Nonnullas tamen è recentiore Amplissimi Dom. Hattoni codice potissimùm depromptas, quæ hodiernæ Anglorum dialecti derivationem ab antiquâ illâ Anglo-Saxonum aliquantisper indicant, non gravabor jam allatis hìc cursim attexere. MATTH. V, 15. Unðeþ cýfe. *Lat.* Sub modio] *H.* Unðeþ cýpe:· Cupa, *vel* dolium, *est Hispanis* Cúba, *Gallis* Cuve, *Alamannis* **Kuffe** / *&* *Belgis* **Kuype**. *Hinc Anglorum* **Cooper** / Doliarius. IBID. *versu* 26. Feoþðlinȝ. *Lat.* Quadrans] *H.* Feþðýnȝ:· *Angli dicimus* **Farthing**. MATTH. VII, 15. On ȝeȝýþelum. *Lat.* In vestimentis] *C.* On ȝeȝýþlum. *H.* On Keþtlen:· *Anglicum* **Kertle** / *vel* **kirtle** / *est* Subminia. *Sic pro Gr.* — δύο χιτῶνας (*Matth.* X, 10.) *habetur in Versione Islandicâ,* — tuo Kyrtla; *in Danicâ,* — to Kiortle. MATTH. XVII, 19. Leþancaȝ. *Lat.* Cogitationes,] *C.* Leþohtaȝ. *Anglicè* **Thoughts**. *Huic astipulatur id quod lego in vett.* LL. *Fris. pag.* 163. Inda lesta dei schil God riuchta da heemlika tingh dera liodena / ende openberia da tochten der herten. In ultimo

die judicii judicabit Deus occulta hominum, & manifestabit cogitationes cordium. MATTH. xix, 4. þiꝼman. *Lat.* Fœmina] *H.* þimman. *Anglicè* **Woman.** *Conf. Mar.* x, 6. *Adhæc*, MAR. viii, 25. Beoꝼhtlice. *Lat.* Clarè.] *H.* Bꝼihtlice. *pro quo Angli dicunt* **Brightly.** *Sic, pro* Beoꝼht. Lucidum, *habet cod. H.* Bꝼiht (*Angl.* **Bright**) LUC. xi, 34. *atque pro* Beoꝼhtneſſe. Claritas, *oſtendit idem cod.* Bꝼehtnyſſe (*Angl.* **Brightnes**) JOH. v, 41. *Porrò*, JOH. xiii, 4. Linen hꝼæȝel. *Lat.* Linteum] *C.* Lynen hꝼæȝl. *H.* Linen ꝼail:. *Hinc* Amictorium *muliebre dicitur Anglis* **a Naile:** *ſicut* Velum templi *ab utroque Gloſſatore vocatur* þaȝ-hꝼæȝl templeſ. *Mar.* xv, 38. *Denique, in nuperioris notæ codice iſto H. aliquoties etiam planè deflectitur à primævo Saxoniſmo, in formulis loquendi: ut*, JOH. xv, 24. — Æȝðeꝼ ȝe me. ȝe minne Fæðeꝼ. *Lat.* — Et me & Patrem meum.] *H.* — Me ⁊ minne Fæðeꝼ:. *Sic*, MAR. x, 40. Nyſ hit na min to ſyllenne. *Lat.* Non eſt meum dare.] *Sic enim correximus è codice B. cui conſonat cod. C. qui exhibet* Syllanne *pro* Sylle *quod extat in exemplari H. atque etiam in impreſſo. Hìc obiter notent Saxonicas noſtras literas accuratiùs exculturi, omnino diſtinguendum eſſe inter Verborum Infinitiva communia, atque illa quæ, voculâ* to *præpoſitâ, deſinunt in* nne:. *De his ſic Ælfricus, in Grammaticâ Latino-Sax. pag.* 25. Quinque Participialia Verba veniunt à Verbo activo; *Amandi*, to Luꝼienne. *Amando*, Luꝼiȝende. *Amandum*, to Luꝼienne. *&c. Ubi pro* Luꝼienne *habetur in cod.* MS. *Cottoniano, quem contulit Cl. Junius*, Luꝼiȝenne. *& in* MS. *Deuſiano*, Luꝼiȝanne *atque* Luꝼianne. *Legimus quidem in Matth.* xix, 7. Hꝼi het Moyſeſ ſyllan hiþ-ȝeðaleſ bóc. *pro* Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii? *at*, þa behet he hyꝼe to ſyllenne ſꝼa hꝼæt ſꝼa heo hyne bæðe. *pro* Unde pollicitus eſt ei dare quodcumque poſtulâſſet ab eo; *Matth.* xiv, 7. *Ita, in vett.* LL. *Friſicis, pag.* 97. *video* **So ne moet hy to nene alter neen miſſa ſyonga / neen dada bifella:** *i. e.* Hoc in caſu non licet illi Miſſam ad altare aliquod canere, aliquóſve mortuos humo mandare, *ſive* ſepelire. *Sed pag.* 92. *conſpiciuntur ſequentia:* **So ne aegh him neen Preſter to bifellanne / — neen Pater noſter wr to ſyongane:** *i. e.* Hac in re non debet Sacerdos quiſpiam illum ſepulturæ tradere, — neque ſuper illum *Pater noſter* aliquod cantare. *In quibus luculentiſſima ſunt Saxoniſmi noſtri veſtigia. Sed hæc ulteriùs proſequendi nec otium eſt, nec animus. Quòd autem immenſam illam, quæ reliqua eſt, variationum farraginem, è diverſis ſcribendi rationibus ferè conſtantem, huc non aſportaverim; me ultrò excuſabit Lector, qui noverit unum aliquod vocabulum modis interdum viginti non minùs ſcriptum eſſe in hacce, quæ nobis præ manibus eſt, collatione. In rem penè incredibilem locupletiſſimi teſtes erunt ipſæ diſcrepantes vocis* Mænigeo *ſignificantis* Multitudinem, turbam, *lectiones, quas hìc ſubjicio.* Mænio. menio. mæniu. meniu. mænego. menego. mænigo.

me-

menigo. manegu. mænegu. menegu. mænigu. menigu. manige. manegeo. mænegeo. menegeo. mænigeo. mænygeo. menigeo. *Diversitatem non minori admiratione (dicámne, an risu?) excipiendam animadverti in quibusdam vocibus, pro quatuor codicum numero, quadrifariam uno eodémq; loco exaratis. Exempli gratiâ, pro Lat.* Fódit *habet cod.* O. Dielf. C. Dealf. *B.* Delf. *& H.* Dalf. *Matth.* xxv, 18. *Ita*, Pascentes *transfertur in cod.* O. Læspende. *in C.* Læspigende. *in B.* Læsgende. *atque in H.* Læsiende. *Mar.* v, 11. *Sed &* Ic puppe *in* O. Ic peoppe *in C.* Ic pyppe *in B. ac* Ic peppe *in cod. H. habetur pro* Ejiciam; *Joh.* vi, 37. *&c. Trivialia quidem hæc sunt; sed quæ tamen philosaxonibus suppeditabunt Specimen variantium quoque scriptionum, quæ passim inveniuntur in vetustis Saxonum nostrorum monumentis. Levibus hisce finem imponet gravissimi Quintiliani sententia*, Verùm orthographia quoque consuetudini servit, ideoque sæpe mutata est; *Instit. orat. lib.* I. *cap.* 12. *Et paulò pòst*; Fortasse enim sicut scribebant, loquebantur. *Addo; Et sicut loquebantur majores nostri, vocésq; suas variè pronunciabant; ita easdem, jam tum incultas, diversè admodum scriptis mandabant. Dum sermo erat legum expers, & scribæ quoque habebantur exleges: quilibet enim sibi canonas orthographicos pro suo arbitrio impunè fingebat.*

IV.

Interpretis ANGLO-SAXONICI, atque etiam *librariorum*, hallucinationes quædam variationésque, quibus utplurimùm temerè disceditur à vulgatâ LATINA Versione.

Superioribus Capitibus spe nostrâ diutiùs immorati sumus: quæ itaque nunc reliqua sunt, in pauciora contrahere, nósq; hinc protinus expedire decrevimus. In his quoque secuturi sumus Euangelistarum ordinem.

MATTH. xvii, 20. Fop hypa ungeleaffulnesse. *i. e.* Propter incredulitatem eorum; *vulg. Lat.* vestram. *Conf. Matth.* xiii, 58. *& Mar.* xvi, 14. HYRA *videtur extra Textum eliminâsse* Eoppe:. IBID. *versu* 27. Þu fintst ænne pecg. *vulg. Lat.* Invenies staterem. *Interpres haud dubiè legebat* Stateram *pro* Staterem: *nam* In stateris (*Gr.* Ἐν ζυγοῖς) *transfertur* On pegum. *Psal.* lxi, 9. *Est igitur* PECG *idem quod Lat.* Statera. *In Glossâ Aldredi occurrunt*, Invenies staterem. Ðu onfinder ł begetter staterem. Þ pæs feop tpymes ł uni:.

MATTH. XIX, 20. A juventute meâ *desideratur in Saxonicâ Versione*. *De hac clausulâ sic Lucas Brugensis:* Illud *à juventute meâ*, Epanorthotes sentit huc additum ex Marco & Lucâ. Nam quanquam Græca Syráq; illud, non minùs secundùm Marcum & Lucam, legant: Latina tamen exemplaria antiqua docere intelligit illud Græcè secundùm Matthæum Interpreti non lectum, nec Latinè proinde datum fuisse: ut certè etiam nostra antiqua Manuscripta illud omittunt. IBID. *versu* 25. Hpa mæȝ þiȝ ȝehealðan. *i. e.* Quis potest hoc servare? *Vulg. Lat. habet* Quis poterit salvus esse? *Forsan Interp. pro* Servari *alicubi legerit* Servare. *Conf. Mar.* X, 26. *& Luc.* XVIII, 26. *sed præcipuè Matth.* XIX, 20. *quò fortasse respexit quicunque hujus* þiȝ ȝehealðan *extitit auctor*.

MATTH. XXI, 5. Secȝað heahneȝȝe ðehtep. *Lat.* Dicite filiæ Sion. HEAHNESSE *est* Sublimitas, altitudo, fastigium, pinnaculum, *&c.* *Consule Luc.* II, 14. *Mar.* XI, 10. *Matth.* XXI, 9. *& Matth.* IV, 5. *item Mar.* XIII, 27. *Hinc* Steþn þæȝ on hehnýȝȝe ȝehýneð *occurrit pro* Vox in Ramâ audita est; *Matth.* II, 18. *sicq; in vetustâ Farmenni Glossâ Saxonicâ.* Hebraicum רָמָה, *inquit Hieronymus*, tam Aquila, quàm Symmachus & Theodotio, *Excelsum* sive *Sublime* interpretati sunt; *Comment. in Ezech.* XVI, 24. *Et ipse Hieronymus, in Comment. ad Matth.* II, 18. *his verbis idem confirmat*, Rama *Excelsum* interpretatur. SION *quinque modis exprimitur ab Interpretib. Psalmorum Davidis Saxonicis: quod indicatur in seqq. exemplis.* [I] Descendit in montem Sion *transfertur*, Aðune aȝtah on munte Sion. *Psal.* CXXXII, 3. *& alibi non semel.* [II] He ȝeceaȝ munt þæne ðune *ponitur pro* Elegit montem Sion; *Psal.* LXXVII, 74. *sicq; aliàs.* [III] Qui habitat in Sion *redditur, in cod. Collegii Trin. Cantabr. per* Se þe eaȝðað on beȝceapoðniȝȝe. *Psal.* IX, 11. [IV] Mittat tibi auxilium de Sion *vertitur*, He aȝende ðe ȝultum oȝ heahnýȝȝe. *Psal.* XIX, 2. *qualem in isthoc Matthæi loco Versionem quoque habemus.* [V] In portis filiæ Sion *transponitur* On ȝatum ðohtna ȝelaðunȝa. *Psal.* LXXII, 28. *In hisce describendis videor mihi Saxonicè repræsentâsse Hieronymi illa, quæ itidem lego in Comment. in Ezech.* XX, 40. *scil.* MONTEM SION aut ECCLESIAM intelligimus, quæ interpretatur *SPECULA*, & in ALTITUDINE sanctorum dogmatum constituta est: aut ipsum Dominum *&c.* *Nam præterquam quòd* Sion *transcribatur Saxonicè* Sion *(ut etiam Joh.* XII, 15.) Mons *quoque Saxonibus est* Dun. *&* Ecclesia *iisdem* Gelaðunȝ *dicitur; ita* Specula, *vel* Speculatio, *appellari potest* Beȝceapoðniȝȝe. *&* Altitudo *commodissimè nuncupatur* Heahnýȝȝe:. *De vocis* Sion *significatione sic porrò Hieronymus:* Sion arx Specula *(cui convenit Eusebii* Σκοπατήριον) interpretatur; *Comment. in Jer.* VI, 2. *Nec multo aliter Augustinus (de Genesi contra Manich. lib.* II. *cap.* 10.) *cujus verba sunt*, Sion, quamvis

vis ſit mons in terrâ, Speculationem tamen ſignificat: *&c.* *Sicq; iterum*, Civitas regis magni, ipſa eſt Sion ſpiritaliter: quod nomen Latinè interpretatum Speculatio eſt. Speculatur enim futuri ſeculi magnum bonum: quoniam illuc dirigitur ejus intentio; *Aug. de civ. Dei, lib.* XVII. *cap.* 16. *Huc itaque reſpexiſſe videtur Interp. Anglo-Saxonicus.* Sion *autem, quantum ego hæc ſcribens video, dicebatur* Specula, *quòd* הציבי לך צִיֻּנִים (*Jer.* XXXI, 21.) *tranferatur in vulg. Lat. Verſione*, Statue tibi ſpeculam; *Gr.* LXX. Στῆσον σεαυτὴν, Σιών· *ſic quoque Interp. Arabs. Conſulatur autem Schindleri Lex. in* צון *nec non Iſa.* XL, 9. *& Jer.* IV, 6. *Alii* Sion *potiùs dictum putant à* Siccitate, *quia* צָיוֹן Siccitatem, locum aridum *vel* ſitim *ſignificat Iſa.* XXV, 5. *&* XXXII, 2. IBID. *verſu* 21. Aheꝼe þe upp ⁊ ꝼeall innan þa ꝼæ. *i. e.* Attolle te, & cade in mare; *vulg. Lat.* Tolle, & jacta te in mare. *Interp. videtur legiſſe* Tolle te; *ſic enim de hac lectione Luc. Brugenſis: Tolle & jacta te in mare*] Ita vulgò legitur: quam lectionem eſſe depravatam, quanquam citra detrimentum ſententiæ, legendúmq; Imperativis paſſivis *Tollere & jactare in mare*, non ſolùm Græca loquuntur, ſed & ſimilia loca Mar. XI, 23. & Luc. XVII, 6. Quamvis ergo non ſuppetant exemplaria quæ ſcribant *Tollere & jactare*; tamen res eſt adeo clara, judicio Epanorthotæ, hanc eſſe Interpretis ſcripturam, ut ſine difficultate in Textum recipiendam putet, annotans literam *r* mutatam eſſe in *t*, ubi legitur *Tolle te*. *Hæc Lucas Brug. in var. lect. Lat. N. Teſtamenti.* IBID. *verſu* 43. Ꞓoꝼ bẏð æꝛbꝼoðen Ꞓoðeꝼ ꝼice. ⁊ bẏð ꝫeꝼealð þæꝼe þeoðe þe hẏꝼ eaꝼnað. *vulg. Lat.* Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. *Ubi* þe hẏꝼ eaꝼnað *tantumdem, ni fallor, valet ac* Qui eum merentur. *Nam* Hẏꝼ ꝼanðiꝫenðe *eſt* Tentantes eum; *Mar.* X, 2. *&* ꞒARNIAN. *ſive* ꝫe-eaꝼnian. *ſignificat* Mereri; mercede, præmio, laborum fructu ſe dignum præſtare: *Anglicè* **to Earn.** *Diverſitas iſthæc cognationem habet cum illo, quod lego in Prologo Regulæ Benedictinæ*, Ut mereamur eum, qui nos vocavit, in regno ſuo videre; *quod à Paraphraſte Saxonico redditur*, — þe ꝫe-eaꝼnian ꝥ þe hine. þe uꝼ ꝛo þam þeꝫe ꝫelaðoðe. on hiꝼ ꝼice ꝫeꝼeon móꝛon:· *Hujus etiam Regulæ Interp. Theotiſcus, teſte Kerone Monacho S. Galli, pro* Mereamur *pari ſorte poſuit* Kearneem: *unde Francicum* Arnunc Meritum *denotat; itémque Saxonicum* Ꞓaꝼnunꝫe:· Ðeꝼh ꝼancꝛi Ꞓuðbeꝼhꝛeꝼ eaꝼnunꝫa *eſt* Propter meritum S. Cuthberti, *in ipſâ coronide vetuſtiſſimi codicis Euangelici, quem Gloſſis perpetuis Aldredus Preſbyter interlineavit.*

MATTH. XXIV, 15. Þonne ꝫe ꝫeꝼeoð þa unꝼcununꝫe þæꝼe ꝛoꝼoꝼꝼennẏꝼꝼe þe ꝼe ꝼiꝛeꝫa ꝫecꝼæð Daniel. þa he ꝼꝛoð on haliꝫꝼe ꝼꝛoꝼe. *vulg. Lat.* Cùm ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele prophetâ, ſtantem in loco ſancto. *Interp. noſter, opinor, legebat* ſtante *pro* ſtantem:

nam He ꝼtoꝺ *videtur referri ad* Danielem. *Si enim Antecedens esset* unꝼcununꝫe. *dicendum esset* heo. *non* he. *ut Mar.* XIII, 14. *Hìc obiter monendi sunt philosaxones, qui legunt* Se ꝑiteꝫa ꝫecꝑæꝺ Daniel *pro* Dixit Daniel propheta, *nè in hujusmodi locutionibus Interpretem nostrum oscitantiæ, aut interpretationem ejus temerè insimulent inconditæ atque rudissimæ structuræ. Certè insolitæ hujus constructionis exempla afferri quoque possunt è reliquis Euangelistis. Nam Mar.* VI, 17. Propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, *redditur* Foꝛ þæꝛe Heꝛoꝺiaꝺiꝼcan hiꝼ bꝛoþoꝛ laꝼe Philippuꝼ. *i. e.* Propter Herodiadem fratris viduam Philippi. *Et statim, versu* 24. Caput Johannis Baptistæ, *vertitur per* Iohanneꝼ heaꝼoꝺ þæꝼ Fulluhteꝛeꝼ. *q. d.* Johannis caput Baptistæ. *Sic, Lucæ* III, 4. *legimus* On Iꝼaieꝼ bec þæꝼ ꝑiteꝫan. *ad verbum*, In Isaiæ libro prophetæ, *pro* In libro Isaiæ prophetæ. *Et posteà, cap.* VII, 33. Iohanneꝼ com ꝼe Fulluhteꝛe *occurrunt pro* Venit Johannes Baptista. *Denique, Joh.* I, 40. Andreas frater Simonis Petri *tranferuntur* Anꝺꝛeaꝼ Simoneꝼ bꝛoþuꝛ Peteꝛeꝼ. *q. d.* Andreas Simonis frater Petri: *quæ incautum lectorem facillimè poterint seducere. Hæc itaque de Substantivorum nominum per Appositionem convenientium disjunctione in nostro Saxonismo, semel monere placuit; nequis imprudens, ac majoribus intentus, in hisce minutiis turpiter hallucinetur. Atque hactenus paulò laxiùs illustravimus hujus etiam classis Observata in Euangelia Anglo-Saxonica. Cætera, pro paucarum, quæ supersunt, paginarum horarúmq; ratione, delibare, quàm possumus compendiosè, conabimur.*

MATTH. XXVI, 14. Iuꝺaꝼ ꝼe ꝑiþeꝛꝼaca. *vulg. Lat.* Judas Iscariotes. ꝑIÞERSAꞮA *aliquando denotat* Contradictorem: *ut*, Contradicit Cæsari, *Saxonicè redditur* Yꝼ þæꝼ Ɪaꝼeꝛeꝼ ꝑiꝺeꝛꝼaca. *Joh.* XIX, 12. *Aliquando* Apostatam *significat: unde* Withersake, Apostata, *legitur in antiquo quodam Glossario (è vett.* LL. *Saxonicis excerpto) quod publicum fecit Abr. Whelocus. Glossator, opinor, ob oculos habuit* LL. *politicas Canuti R. nam* §. 4. *lego* ꝑe beoꝺaꝺ ꝥ ꝑiþeꝛꝼacan ⁊ utlaꝫan Ɪoꝺeꝼ ⁊ manna. oꝼ eaꝛꝺe ꝫeꝑitan:· *Conf. Chronicon Jo. Bremtoni, col.* 923. *initio. Huic planè consentaneum est illud Mar.* XIV, 10. Ꝺa Iuꝺaꝼ Scaꝛioth. ꝥ iꝼ ꝑiꝺeꝛꝼaca. *i. e.* Tum Judas Scariotes (*vel* Iscariotes) hoc est, *vel* q. d. ꝑiꝺeꝛꝼaca:· *At quomodo Judæ proditoris cognomen ritè transferri potest per* ꝑiꝺeꝛꝼaca. *ego profectò nondum didici.* IBID. *versu* 29. Oꝼ þyꝼum eoꝛþlican ꝑine. *i. e.* De hoc vino terreno: *vulg. Lat.* De hoc genimine vitis. IBID. *versu* 56. Halꝫan ꝫeꝑꝛitu. *i. e.* Sacræ scripturæ: *vulg Lat.* Scripturæ *tantùm habet. Idem occurrit Mar.* XII, 24. *& Joh.* X, 35. *&* XVII, 12. *&* XIX, 24, 28. *&* XX, 9.

MATTH. XXVII, 7. *Pro Lat.* Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, *habetur in Versione Sax.* Hiꝫ ꝑoꝛhton þa ꝫemoꝛ. anꝺ ꝼmeaꝺon hu hiꝫ ꝼceolꝺon þæꝼ Hælenꝺeꝼ ꝑuꝛꝺ ateon. þa ꝫebohton hiꝫ ænne æceꝛ miꝺ þam

ꝼeo

ꝼeo tiꝛgel-pẏꝑhtena. *Ubi adduntur* ⁊ ꝼmeaðon *&c. i. e.* Et meditabantur, *vel* diſceptabant, quomodo diſponerent Domini pretium; *item*, Mið þam ꝼeo. *i. e.* Cum pecuniâ. ꝺMEÆꝺE (*in H.* Smæꝛðe) *reperitur Luc.* IX, 9. FEO, *vel* Feoh. *idem eſt cum Got.* ᚠᛖᚺᚾ: ᚠᛁᚪ. i. Pecunia: quia Pecunia dicitur à Pecude; *vett.* LL. *Friſ. pag.* 12. *Conſule Cl. Junii Gloſſarium Got. in* ᚠᛖᚺᚾ: *Porrò, illud* Tiꝛgel-pẏꝑhtena *non regitur à* ꝼeo. *ſed ab* æceꝑ. *de quâ inuſitatâ, confuſâ ac fraudulentâ conſtructione modò diximus ad Matth.* XXIV, 15.

MAR. II, 15. *Pro Lat.* Erant enim multi qui ſequebantur eum. [16.] Et Scribæ & Phariſæi videntes quia manducaret *&c. legimus Saxonicè*, Soꝺlice maneꝛa. þa þe him ꝼẏlıꝛꝺon. pæꝺon [16.] Bocepaꝛ ⁊ Faꝛiſei. ⁊ cpæꝺon. ꝑitoꝺlice he ẏtt *&c. q. d.* Multi enim, qui eum ſequebantur, erant Scribæ & Phariſæi: & dicebant, Profectò manducat ille *&c. Ante* cpæꝺon *videtur inſerendum eſſe* hiꝛ. *ut ſtatim hoc ipſo verſu. Sed locus eſt planè depravatus.*

MAR. III, 29. Qui autem blaſphemaverit in Spiritum ſanctum, *vertuntur Saxonicè* Soꝺlice ic eop ꝼecꝛe. Se þone halꝛan Gaꝛt bẏꝛmeꝑaꝺ. *q. d.* Ego autem dico vobis, *vel* Amen dico vobis, Qui *&c. Hujuſmodi aſſumenta, cujuſvis obſervationi obvia, poſthac præteribo.*

MAR. IV, 26. Sꝑẏlce man puꝑꝑe góꝺ ꝼæꝺ on hẏꝛ lanꝺ. ⁊ ꝼape. *vulg. Lat.* Quemadmodum ſi homo jaciat ſementem in terram, [27.] Et dormiat. *Interp. Sax. addidit* góꝺ. *i. e.* bonam (*de quo vide Matth.* XIII, 24.) *& pro* dormiat *ſubſtituit* ꝼape. *q. d.* ſeminet. *Fortè librarius dormitans, pro* ꝼlepe. ł ꝼlæpe. *ſcripſit* ꝼape:.

MAR. V, 7. Eala mæꝛa Dælenꝺ. Goꝺeꝛ ꝼunu. *vulg. Lat.* Jeſu fili Dei altiſſimi. *Puto Interpretem Saxonicum pro* altiſſimi, *legiſſe* altiſſime. *Conf. Luc.* VII, 28. IBID. *verſu* 22. þa com ꝼum oꝛ heah-ꝛeꝛamnunꝛum. *& in Aldredi Gloſſâ*, — ꝼum monn oꝛ heh-ꝼomnunꝛum. *vulg. Lat.* Venit quidam de archiſynagogis. *Interp. noſter de locis dictum autumavit, quod de perſonis erat intelligendum.* DEAH-GESAMNUNGE *ſignificat* Archiſynagogam (*ſi ſic dicere liceat*) *vel* Synagogam excelſam, *aut* ſupremam: *ut* Deah-ꝛeꝺl ẏlꝺan *eſt* Cathedra ſeniorum; *Pſal.* CVI (*ſecundùm Lat.*) *verſu* 32. *Sed* Archiſynagogus *tranſfertur propriè per* þæꝛe ꝛeꝛamnunꝛe ealꝺoꝛ. *q. d.* Synagogæ princeps, *ſive* præfectus; *Luc.* VIII, 41. *aut etiam per* Deah-ealꝺeꝛ. *ut mox Mar.* V, 38. *Eidem offenſaculo inpegit iterum Interp. in hoc Marci cap.* V. *verſu* 25. IBID. *ver.* 40. In-eoꝺon ꝛupienꝺe þaꝛ þæt mæꝺen pæꝛ. *q. d.* Ingrediebantur ſilentes ubi puella erat: *vulg. Lat.* Ingreditur ubi puella erat jacens. *Ni fallit conjectura, Interp. legebat* tacens *pro* jacens.

MAR. VI, 17. Foꝛ þæꝛe Deꝺoꝺiabẏꝛcan hiꝛ bꝺoꝺoꝛ laꝛe Philippuꝛ. *i. e.* Prop-

Propter Herodiadem viduam fratris ſui Philippi : *vulg. Lat.* Propter Herodiadem uxorem *&c.* LAFA *ſunt* Reliquiæ : *ut*, hiz namon þaſna hlaſa ȝ fixa laſa. (*Gothus diceret* ΛΛΙΒΩS. *ut Mar.* VIII, 8.) *i. e.* Subſtulerunt panum ac piſcium reliquias ; *infrà verſu* 43. *Unde* laſe beon *eſt* Supereſſe. *Et* Ic beo to laſe *ponitur pro* Reſto ; *Gram. Ælfrici*, *pag.* 25. *Sic*, *ejuſdem Grammaticæ pag.* 11. Superſtes *redditur per* Laf oððe oferlibbende :. *Atque hinc* Vidua *vocatur* Laſe. *cui apprimè convenit Anglicum* Relict / *eodem ſenſu uſurpatum*. *Si uxorem exprimere vellet Saxo*, *dicendum eſſet* For hir broður fife. *ut Luc.* III, 19. *De Herodiadis viduitate aliter atque aliter ſentiunt tam veteres quàm neoterici. Commentariorum ſcriptores ſunt conſulendi. Nos jam nunc vehementer protrudit Operarum importunitas.* IBID. *verſu* 20. And he heold hine on creaftene. ȝ he ȝehyrde þ he fela pundra porhte.. *vulg. Lat.* Et cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat. *Saxonica ſonant*, Et cuſtodiebat eum in carcere, & audiebat quòd multa fecerat miracula : *quæ poſtrema verba inconſideratè prorſus dicta ſunt de Johanne Baptiſtâ*, *qui* ſignum *dicitur* nullum feciſſe ; *Joh.* x, 41.

MAR. XI, 6. þa cwædon hiz. ſpa ſe Hælend unc bead. *vulg. Lat.* Qui dixerunt eis, ſicut præceperat illis Jeſus. *Saxonica ſonant* — ſicut præceperat nobis *duobus* Jeſus : *ſed quæ ad hunc locum non bene quadrant*. UNC *Duale eſſe Perſonæ primæ indicaverunt Obſervationes noſtræ in Verſionem Gothicam*, *ad Mar.* 1, 17. *Sed de tertiæ Perſonæ Dualibus nihil à nobis eſt hactenus compertum. Noſtris inceptis addant peritiores. Certè Gothicus Interp. hìc poſuit* ΪΨ ЄIS ЦЄΨПИ ΔN ΪM SΥΛSΥЄ ΛИΛBΛПΨ ΪM ΪЄSИS. *pro Gr.* Οἱ δὲ ἦσαν ἀνδρῖς χαλὰς συπλεήλαδε (ἀνδρῖς, *in tribus codd.* MSS. *at in cod. Bezæ vetuſtiſſimo reperitur* εἰρήνει ἀνδρῖς, *pro* συπλεήλαδε) ὁ Ἰησῦς. *Ubi tam Plurale quàm Duale* illis *effertur per* ΪM : *Conf. Textum Sax. Mar.* XVI, 12. IBID. *verſu* 13. Soðlice hit pær þær fic-treoper tima. *i. e.* Erat enim tempus fici : *vulg. Lat.* Non enim erat tempus ficorum ; *quæ ex diametro inter ſe pugnant*. *Neſcio an ſcriba pro* næf. non erat, *oſcitanter exaraverit* pær. erat ; *an verò Interp. temerè rejecerit Negativum* non : *quòd ipſi forſan iniquum*, *aut ſaltem indecorum videretur*, *ſicum eſſe maledictionis ictu ſideratam propter infœcunditatem ſive* ἀκαρπίαν, *etiam tunc quum non aderat tempus ficuum*. *Poſt omnes omnium hujus nodi ſolutiones*, *legantur doctiſſimi Johannis Lightfooti*, *viri in Talmudicis exercitatiſſimi*, *horæ Hebraicæ in Matth.* XXI, 19.

MAR. XIV, 14. Hpar ir min ȝyrt-huf. ȝ min ȝereorð. *vulg. Lat.* Ubi eſt refectio mea? *In quæ verba ſic Luc. Brugenſis* : A quibuſdam libris additur *& diverſorium meum*, quod ex Lucâ huc tranſcripſit ſciolus, ignorans ejuſdem rei alteram eſſe interpretationem. *Hanc tamen qualemcunque tranſcriptionem noſter haud dubiè imitatus eſt Interpres*. IBID. *verſu* 35. Lif hit beon mihte.

þ he

ꝥ he on þæꞃe ꝛiꝺe ꝼꞃam hẏm ȝeꝼiꝛe. *vulg. Lat.* Si fieri posset, transiret ab eo hora. *Versionis hujus Anglo-Saxonicæ auctor ob oculos habebat* horâ, *in casu sexto*; *pro* hora, *in primo: sonant enim Saxonica*, — ut eâ horâ ab illo transiret ille.

MAR. xvi, 8. ⁊ ꝼæꞃon aꝼæꞃeꝺe ꝼoꞃ þæꞃe ȝeꝼẏhꝛe (*sic codd. C. & B. at cæteri habent* ꝼẏhðe) þe hi ȝeꝼaꝼon. *i. e.* Et perterrefacti erant ob visionem, quam viderant: *vulg. Lat.* Invaserat enim eos tremor & pavor. *In Textu parallelo, Luc.* xxiv, 23. *extant* Hiȝ comon ⁊ ꝼæꝺun ꝥ hiȝ ȝeꝼaꝼun enȝla ȝeꝼihðe. *Lat.* Venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse.

LUC. i, 5. Oꝼ Abian ꝛune. *vulg. Lat.* De vice Abia. *Existimo Interpretem legisse* vico *pro* vice. *Conf. Mar.* i, 38. & vi, 36, 56. & viii, 26.

LUC. ii, 3. Anꝺ ealle hi eoꝺon. ⁊ ꝼẏnꝺeꞃlice ꝼeꞃꝺon. *vulg. Lat.* Et ibant omnes, ut profiterentur singuli. *Interp. videtur in animo habuisse* — & proficiscebantur, *vel* ut proficiscerentur, singuli. *Sax.* Faꞃan *nusquam non respondet Latino* Proficisci: *ut, Matth.* xxv, 14, 15. *&c.*

LUC. v, 38. Þonne beoð þa bẏꝛꝛa ȝehealꝺene. *vulg. Lat.* Et utraque conservantur. *Priùs diximus* (*in classe* I. *Observ. Sax. ad Mar.* ii, 22.) *aut Interpretem hìc legisse* Utres *pro* Utraque; *aut librarium, pro* Buꝛu. *scripsisse* Bẏꝛꝛa:.

LUC. vi, 22. Þonne eoꝼ men — ehꝛað. *i. e.* Cùm homines — persecuti vos fuerint: *vulg. Lat.* Cùm homines seperaverint vos. *Conf. Matth.* v, 11. & *Joh.* xv, 20. Ibid. *versu* 27. Ac ic eoꝼ ꝼecȝe. ꝼoꞃþam þe ȝe ȝehẏꞃað. *vulg. Lat.* Sed dico vobis, qui auditis. *Interp. pro* qui *ob oculos habuit* quia, *quod interdum vertitur* ꝼoꞃþam þe:. Ibid. *versu* 47. Ic him æꝛẏꝼe. Ostendam illi: *vulg. Lat.* Ostendam vobis. *Neminem video Saxoni hac in re suffragantem.*

LUC. vii, 24. Hꝼi ꝼeꞃꝺe ȝe on ꝼeꝼꝛenne ȝeꝼeon ꝥ hꞃeoꝺ —. [25.] Ac hꝼi ꝼeꞃꝺe ȝe ꝛo ȝeꝼeonne þone man —. [26.] Ac hꝼi ꝼeꞃꝺe ȝe þæne ꝼiꝛeȝan ȝeꝼeon. *q. d.* [24.] Quid, *vel* quare, existis in desertum visuri arundinem —? [25.] Sed quid, *vel* quare, existis ad videndum hominem —? [26.] Sed quid, *vel* quare, existis visuri prophetam? *In vulg. Lat. Versione habetur interrogandi signum post* videre, *in tribus hisce versiculis: ut*, Quid existis in desertum videre? *&c. Ob interrogationis hujus notæ, ut credere par est, defectum, mirè vitiavit hunc locum Interp. Saxonicus: qui etiam* Quid *accepit pro Adverbio* Cur, quare. *Huc refer Matth.* xi, 7, 8. *locum nempe parall. in quo retentæ sunt veteris editionis interpunctiones; sed quæ nec sensui conveniunt, nec depravationi medentur.*

LUC. viii, 23. Anꝺ hiȝ ꝼoꞃhꝛoꝺon. *i. e.* Et timuerunt, *vel* timore obstupuerunt: *vulg. Lat.* Et complebantur, & periclitabantur. *In Farmenni Glossâ ad Matth.* xiv, 27. *habetur* Ne ꝼoꞃhꝛað ȝe. *pro* Nolite timere: *ac versu* 30.

pro Timuit *ponitur* Fꝛohꝛaðe. *quod fortasse scribendum est* Foꝛhꝛaðe:.

LUC. IX, 39. Anð hẏne tẏꝛð ꝛlꝛt. *i. e.* Et infestat, *vel* dilacerat; & dilaniat, *vel* discerpit, eum: *vulg. Lat.* Et vix discedit dilanians eum. IBID. *ver.* 45. Ða þohꝛon hiꝝ þiꝛ poꝛð. *q. d.* Tum illi cogitabant verbum istud: *nam* Cogitavi vias *est* Ic þohꝛe peꝝaꝛ. *Psal.* CXVIII (*secundùm Lat.*) 59. *Conf. Matth.* I, 20. *Vulg. Lat. Interp. habet* At illi ignorabant verbum istud: *nec aliter alii, quos consulo, omnes.*

LUC. XII, 15. On ꝝẏꝛunꝝe. *i. e.* In avaritiâ: *vulg. Lat.* In abundantiâ. *Librarius hoc* ꝝẏꝛunꝝe *videtur huc transcripsisse è lineâ præcedenti. Lego in Aldredi Glossâ ad Luc.* XVI, 11. Mammona. ꝥ iꝛ Dipl ꝝiꝛꝛunꝝe:.

LUC. XV, 8. Ymbꝛtẏꝛeð. *q. d.* Circumagitat. *Fortè quoque hæc composita vox idem valet quod Belgica* Omstooten/ omwerpen/ *&c. i. e.* Prosternere, evertere: *siquidem vereor nè Aldredus, ex cujus Glossâ hoc* Ymbꝛtẏꝛeð *accepimus, pro Lat.* Everrit *legerit, cum aliis,* Evertit. *Certè omnes Versionis nostræ codd. exhibent* Apenꝛ. *i. e.* Evertit: *& pro* Everrit domum *habet recentior quædam Versio Anglica* MS. *à nobis antea laudata,* **Turneth up so doun hir hous**; *q. d.* Evertit domum suam. *Hoc mendum insigne altissimas in vulg. Lat. Versionis exemplaribus egit radices: quod* in omnibus, *inquit Erasmus,* exempl. Latinis inolevit, etiam vetustissimis. *Adeantur* L. *Brugensis var. lectiones Lat. N. Testamenti; item, D. Bernardi Tract. de gratiâ & lib. arbitrio; & neotericorum Annotationes ad hunc locum, passim.*

LUC. XVI, 11. Ðæꝛ eoþeꝛ ẏꝛ. *i. e.* Quod vestrum est (*ut versu proximo:*) *vulg. Lat.* Quod verum est. *Interp. itaque legebat* Vestrum *pro* Verum. *Vide* L. *Brugensem.* IBID. *versu* 20. Spẏðe ꝼoꝛþunðon. *q. d.* Gravissimè vulneratus: *vulg. Lat.* Ulceribus plenus. *Vero non absimile est Versionis hujus Saxonicæ auctorem legisse* Vulneribus *pro* Ulceribus, *in hoc versu: sicuti pro* Ulcera, *in quibusdam vetustis libris, (ut testatur* L. *Brugensis) est* Vulnera, *in versu proximè sequente; ubi & noster habet* ꝑunða. *i. e.* Vulnera. *Conf. Psal. Sax.* LXVIII, 31.

LUC. XIX, 48. Be hẏm ꝝehẏꝛðe ꝛecꝝan. *q. d.* De illo audiebat ex aliorum relatu: *vulg. Lat.* Audiens illum. *Vide Luc.* XXIII, 8.

LUC. XXI, 4. Ðeoꝛ ꝑuðeþe bꝛohꝛe oꝼ þam þe heo hæꝼðe. ealle hẏꝛe anðlẏꝼene. *q. d.* Hæc vidua attulit, ex eo quod habuit, omnem victum suum: *vulg. Lat.* Hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. *Conf. Mar.* XII, 44.

LUC. XXII, 51. Anð þa he æꝛhꝛan hẏꝛ eaꝛe. he hiꝛ ꝝehælðe. *i. e.* Et cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eam: *vulg. Lat.* — sanavit eum; *nempe* Malchum, *cujus auricula fuerat amputata. Sic in Gr. Contextu legimus* Καὶ ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ, ἰάσατο αὐτόν· *at in cod. illo Bezæ vetustissimo reperiuntur seqq.* Ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ ἀπεκατεστάθη τὸ οὖς αὐτοῦ.

JOH.

JOH. II, 24. Ne ȝeſputeloðe na —. *q. d.* Non manifeſtabat —: *vulg. Lat.* Non credebat —. *Vide Joh.* XIV, 21, 22.

JOH. III, 33. Goð iſ ſoðfæſtnyſ. *i. e.* Deus eſt veritas: *vulg. Lat.* Deus verax eſt. Verax *Saxonibus eſt* Soðfæſt. *ut Pſal. Sax.* LXXXV, 14. *Matth.* XXII, 16. *&c.*

JOH. VI, 30. Hpæt ðeſt þu to tacne. ꝥ pe ȝeſeon ⁊ ȝelyfon ꝥ þu hyt pyrce:· *Acſi legiſſet Interp.* Quod ergo tu facis ſignum, ut videamus & credamus, quòd tu id operaris? *pro* Quod ergo tu facis ſignum, ut videamus & credamus tibi? quid operaris? *Conf. Verſionem Æthiopicam in Bibl. Polyglottis.* IBID. *verſu* 64. Þa ȝelyfenðan. *i. e.* Credentes: *vulg. Lat.* Non credentes. *Quædam* MSS. *aſſerente* L. *Brugenſi, auferunt negationem* non. *Conſule eum.*

JOH. VII, 28. Ic hyne can. ⁊ ȝyf ic ſecȝe ꝥ ic hyne ne cunne. ic beo leaſ ⁊ eop ȝelic. *i. e.* Ego verò eum novi: & ſi dixero quod ipſum non nôrim, mendax ero & vobis ſimilis. *Hoc additamentum habetur quoque in Verſione quadam Anglicâ* MS. *ante* CCC. *annos, niſi fallor, exaratâ; ſed huc transfertur ex Joh.* VIII, 55.

JOH. IX, 2. Hpæt ſyngoðe þeſ oððe hyſ maȝaſ. *i. e.* Quid peccavit hic, aut parentes ejus? *vulg. Lat.* Quis peccavit, hic, aut parentes ejus? *Neſcio an Interp. viderit in ſuo exemplari* Quid *pro* Quis, *aut ſcriba incurioſus pro* Hpa *exaraverit* Hpæt:·

JOH. XII, 35. Nu ȝyt yſ lytel leoht on eop. *vulg. Lat.* Adhuc modicùm, lumen in vobis eſt. *Interpretem decepit ambiguitas vocis* modicùm, *quam ille non Adverbialiter, ut debuit, ſed Adjectivè ſumpſit. Aliàs Adverb.* Modicùm *transferri poterat per* Gehpæðe tið. *ut, Joh.* XIII, 33. *aut per* An lytel fyrſt. *ut, Joh.* XIV, 19. *aut ſaltem per* Ymbe alytel. *vel* lytel. *ut, Joh.* XVI, 16, 17, 18, 19. *In hoc ipſo errore verſatus eſt & Auguſtinus: quod conſtat ex ejus Expoſit. in Joh. Tract.* LII. *col.* 381.

JOH. XIV, 2. Ne ſæðe ic eop. hyt yſ litleſ pana ꝥ ic faſe —. *i. e. ſi rectè tapio,* Non dixiſſem vobis, Parum abeſt quin, *vel* deeſt ut, vadam —: *vulg. Lat.* Si quò minùs dixiſſem vobis: Quia vado —. *Verborum ordo manifeſtè turbatur: ſed confuſionis ratio non eſt adeò manifeſta.* IBID. *verſu* 33. Ge habbað heſiȝe byrðena. *i. e. ad verb.* Habebitis gravia onera (*ut Matth.* XXIII, 4.) *vulg. Lat.* Preſſuram (*Gr.* θλίψιν) habebitis. Preſſura *aliàs redditur* Oſþricceðnyſ. *i. e.* Oppreſſio; *Luc.* XXI, 23. *&* Heſiȝnyſſe. *i. e.* Mœſtitia, triſtitia; *Joh.* XVI, 21. *In Aldredi Gloſſis interlin. habentur* Heſiȝniſe *&* Oſerſuiðunȝe *pro* Preſſura; *ib. Joh.* XVI, 21. *Atque in Gloſſis Odoëni pariter interlinearib. occurrit* Oſerſpiðniſſe *pro eodem, in iſthoc Joh.* XVI, 33.

JOH. XVIII, 28. Þa ȝelæddon hi þænne Hælenð to Gaiphan. *i. e.* Adduxe-

runt ergo Jesum ad Caipham: *in vulg. Latinâ (à Romanis scil. correctoribus repurgatâ) est* — à Caiphâ. Multi libri antiqui, *inquit* L. *Brugensis*, legunt *ad Caipham*, qui vetus est error, quo etiam D. Augustinus, hunc locum tractans, falsus fuit. *Conf. Vallæ & Erasmi Annotata ad locum.*

JOH. XIX, 32. And bræcon æreſt ðæſ ſceancan þe mid hým ahangen þæſ. *q. d.* Et primò fregerunt crura ejus, qui cum ipso crucifixus erat: *vulg. Lat.* Et quidem primi fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. IBID. *versu* 42. Foꝛ ðæꝛa Iudea geaꝛcung. [ꝼoꝛðon neh] þæſ þa býꝛgene. *Sic quidem hunc locum correximus, illis* ꝼoꝛðon neh *ab Aldredo Glossatore suppeditatis, ut conveniret Versioni vulg. Lat.* Propter Parasceuen Judæorum, quia juxta erat monumentum. *Omnes codd. Sax. unà cum exemplari impresso, habent*, Foꝛðam þæꝛa Iudea geaꝛcung þæſ þid þa býꝛgene. *q. d.* Propterea quòd Judæorum Parasceue erat juxta monumentum.

Sunt præterea in hac nostrâ Sax. Versione voces atque phrases non paucæ, quarum usus mihi quidem non usquequaque arridet. Discernant otio ac suppellectile literariâ abundantes, an commodè usurpentur. Hujusmodi sunt, Mine ꝼugelaſ. *pro* Altilia mea; *Matth.* XXII, 4. *In Gl. Farmenni est* Mine ꝼóedel-ꝼluglaſ. *in Versione Angl.* MS. **My volatilis**. *Quære num Interpp. aliqui legerint* Alites *pro* Altilia. *Item*, Ælþeodigne. *pro* Proselytum; *Matth.* XXIII, 15. *Sic*, He dýſegað. *pro* Blasphemat; *Mar.* II, 7. *Et conf. Mar.* VII, 22. *& Luc.* XXII, 65. *Aliàs* Dýſegan *est* Ineptire. *Vide Luc.* XXIV, 25. *Sed pari prorsus ratione*; Þoꝼꝼung *est* Deliramentum; *Luc.* XXIV, 11. *&* Blasphemia; *Luc.* V, 21. *Sícque* Býſmeꝛian *est* Blasphemare; *Mar.* III, 28. *itémq*; Eludere; *Mar.* X, 34. *De aliis vocabulis, quib. Saxones* Blasphemiam *exprimunt, consule Matth.* XXVI, 65. *Luc.* XXIII, 39. *Joh.* X, 33, 36. *Porrò*, Ne mýnga. *pro* Nè repetas (*i. e.* exigas;) *Luc.* VI, 30. Lóde þæſtmaſ. *pro* Uberes fructus; *Luc.* XII, 16. Feðeꝛe. *pro* Cautionem (*i. e.* tabulas, syngrapham;) *Luc.* XVI, 6. *Et versu* 7. *legitur* Staꝼaſ. *pro* Litteras, *sive* cautionem. *Græcè utrobique est* Γράμμα· *&* Cautio *in Aldredi Glossis redditur* Hleaꝼ-geꝛꝛit. *q. d.* Leaꝼ-geꝛꝛit. Pugillares. *Denique*, Hýſ ꝼæðeꝛ. *pro* Pater ejus (*i. e.* Mendacii;) *Joh.* VIII, 44. *Vide Interpp. Syrum ac Arabem, in Bibl. Londinensibus.* Þæſ þe þe gehýꝛðon. *pro* Auditui nostro; *Joh.* XII, 38. *Gr.* Τῇ ἀκοῇ ἡμῶν· *Islandicè* Vorre Predikun / Prædicationi nostræ; *rectè. De Græci* Ἀκοὴ *significatu consule Matth.* IV, 24. *& Gal.* III, 5. *Sed hæc longè plura sunt, quàm ut hìc locum habere possint. Ut nihil dicam de redundantibus, itémq; defectivis aliquammultis, quæ hìc quoque notare, esset sterilem cassúmq; laborem suscipere.*

Mendæ, quas codicum MSS. *collatorum subsidio repurgavimus sunt hujusmodi. Pro* Yſ-*significante* Est, *substituimus è cod. C.* Yt *vulg. Lat.* Manducat; *Matth.*

IX, 11.

IX, 11. *Pro* Þæꝛ. Erat, *ſuppeditavit nobis idem cod. C.* Næꝛ. *i. e.* Non erat; *Matth.* XXII, 11. *Reſcripſimus, ex authoritate Gloſſarum Aldredi,* Þa eoꝼ peliꝫum. *vulg. Lat.* Væ vobis divitibus, *pro* Þa eoꝼ ꝑiteꝫum. *i. e.* Væ vobis Prophetis; *Luc.* VI, 24. *Pro* Hit æthꝼan. *i. e.* Tetigit illud, *nempe* veſtimentum, *ſeu* veſtimenti fimbriam; *poſuimus è cod. H.* Hine æthꝼan (*Got.* ATTAITꝬK ÏMMA) Tetigit eum, *ſcil.* Chriſtum; *Luc.* VIII, 47. *Expunximus* Foꝼnumen (*Luc.* XIII, *in fine verſûs* 32.) *in ejúſq; locum, è Gloſ. Aldredi, ſuffecimus* Ge-endod: *Interp. puto, legebat* Conſumor *pro* Conſummor. *Sed uſus hujus* Ge-endod. *tam hoc in loco, quàm Joh.* XVII, 23. *mihi parùm placet. Habebatur in impreſſo exempl.* Scÿꝼic *pro* Vitulo; *Luc.* XV, 23. *at nos, authoritate codicum C. B. & H. ſuffulti, ſcripſimus* Stÿꝼic. *quod Gothis eſt* STINK. *Anglis* Steer. *Porrò, pro* Menegu. *q. d.* Multitudines, *poſuimus* Mæꝫenu. *vulg. Lat.* Virtutes; *Mar.* XIII, 25. *Ubi Aldredi Gloſ. habet* Mæꝫna ł mæhto. *Interp. Gothicus* MAHTEIS: *Sic, pro* Sÿddan *reſcripſimus* Sÿllad. (*vulg. Lat.* Tradentes) *Luc.* XXI, 12. *Conf. Matth.* X, 17, 19. *& Mar.* XIII, 9, 11. *Atque pro* Þæꝛ acenneðan *ſupponitur* Þæꝛ an-cenneðan. *vulg. Lat.* Unigeniti; *Joh.* III, 18. *Vide verſ.* 16. *Hujuſmodi plura attigimus ſuprà, pag.* 493. *Cætera hìc adducere parùm refert. Elegantiarum quoque ſegetem non ignobilem notavi in hac Verſionum cognatarum bigâ: de quibus tamen tacere præſtat, quàm pauca dicere. Conati ſumus viam à dumis purgare, ut quilibet inoffenſiore pede ſibi flores colligat.*

Atque hæc ſunt, Lector, quæ tumultuariò congeſta, ac ſemel tantùm raptímq; utplurimùm exarata, typographo fruſtatim tradidimus è veſtigio imprimenda: adeo ut rarò licuit ad ea reviſere quæ ſcripſeramus, rariùs proſpicere iis quæ deinceps erant ſcribenda. Siquis itaque preli expertus fuit importunitatem, næ ille de his noſtris mitiùs judicabit. Non eſt dubium, quin in antiquatis corrigendis expoliendíſque, ipſe ſæpiùs erraverim. Si verò à Deo Opt. Max. denuò concedatur facultas has literas, in quas nuper admodum atque obiter incidi, recognoſcendi; dabitur quoque opportunitas ad limam revocandi hanc meam opellam, ejúſq; cruda recoquendi conſultiùs. Tu interim, mi Lector, μέμναϲο ἀπιϛεῖν· *atque hæc noſtra tibi ſuſpecta ſunto, niſi accedant idoneis authoritatibus munita. Chriſtiano certè homini longè eligibilius eſſe debet, ut errores ſui ab aliis caſtigentur, quàm ut aliis præbeant ii novas errandi occaſiones. Sed nolo prolixiori te Apologiâ obtundere. Nihil de ſtylo horridulo; nihil de Minutiarum jejunâ, atque de omnium inæquabili tractatione ſum porrò dicturus. Pudet enim profectò me toties excuſâſſe, & piget toties mihi incubuiſſe excuſandi neceſſitatem. Hiſce duabus populorum jam tum recèns è Paganiſmo electatorum Verſionibus Euangelicis finem imponent magni illius S. Scripturarum Interpretis,* Hieronymi, *verba; quæ hìc ſubjicimus.*

D. HIERONYMUS,

in epistolâ ad Heliodorum, quæ dicitur *Epitaphium Nepotiani*.

ANte resurrectionem Christi, notus tantùm in Judæâ erat Deus, in Israel magnum nomen ejus. Et ipsi qui noverant eum, tamen ad inferos trahebantur. Ubi tunc totius orbis homines, ab Indiâ usque ad BRITANNIAM, à rigidâ Septentrionis plagâ usque ad fervores Atlantici oceani, tam innumerabiles populi & tantarum gentium multitudines, Quàm variæ linguis, habitu tam vestris & armis, piscium ritu ac locustarum, & velut muscæ & culices conterebantur (absque notitiâ enim sui creatoris, omnis homo pecus est:) nunc passionem Christi & resurrectionem, cunctarum gentium & voces & literæ sonant. Taceo de Hebræis, Græcis & Latinis, quas nationes suæ crucis titulo Dominus dedicavit. Immortalem animam, & post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somniavit, Democritus non credidit, in consolationem damnationis suæ Socrates disputavit in carcere; Indus, Persa, GOTTHUS, Ægyptius philosophantur; Bessorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum inferiis homines immolabant, stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos. Et totius mundi una vox est CHRISTUS.

Hactenus Hieronymus, *Tom.* I. *pag.* 22. *edit. Basil. anno* 1565.

COR-

CORRIGENDA.

IN Textu *Gothico*, pag. 9. lin. 27. lege ïZVIS. p. 11. l. 6. ΨЄINΛIZЄ p. 21. l. 25. MIK p. 23. l. 22. ΛT ΛNΔΛNΛhTGΛ (conf. Append. ad Gloss. Got. pag. 419.) l. 31. ΠKΛNƗЄTN p. 24. l. 30. SΛISΛЄΠ p. 27. l. 18. VΛΛΔNƗNI p. 29. l. 32. SVIΓΛGΛNS p. 34. lin. 12. NINN NN p. 37. l. 11. ƗKΛM NhΨΛN Hoc NhΨΛN quoque conjunctim legendum videtur in sequentibus: p. 84. l. 13. & p. 93. l. 20. & p. 107. l. 11. & p. 157. l. 24. & p. 162. l. 1. & p. 163. l. 32. & p. 169. l. 28. & p. 172. l. 10 & 19. & p. 185. l. 12. & p. 201. l. 3. & p. 202. l. 22. & p. 206. l. 30. & p. 215. l. 9. & p. 217. l. 34. & p. 227. l. 31. & p. 232. l. 31. & p. 233. l. 16. & p. 304. l. 31. & p. 305. l. 23 & 27. & p. 309. l. 14. & p. 313. l. 8 & 18. & p. 314. l. 13. & p. 316. l. 10. & p. 318. l. 4. & p. 322. l. 20. & p. 328. l. 16. & p. 337. l. 2, 6 & 20. & p. 338. l. 16. & p. 339. l. 1. & p. 341. l. 8. & p. 351. l. 18. & p. 352. l. 12. & p. 370. l. 8. & p. 371. l. 8. P. 77. l. 25. ΛƗΛIΛIK p. 78. l. 7. ΛT MΛNKΓIN p. 89. l. 9. ïΓUIS p. 101. l. 17. SΛI-SX p. 103. l. 2. ΛΓΛX & l. 20. ΛNKΛKN p. 104. l. 1. ΨIS⊙ΛMMЄh p. 114. l. 21. ΨIS⊙IZNh ΨЄI & l. 23. ΨIS⊙Λh ΨЄI p. 116. l. 35. ΨIS⊙Λ-ΔNh p. 120. l. 15. NSVΛNKΠI p. 130. l. 25. ΓΛ-SVΛΛT: p. 132. l. 30. ΓXΨ p. 146. l. 33. ΓKЄIΠΛN p. 158. l. 8. ΓKЄIΠΛN p. 159. l. 19. VЄI-TVXΔIΨΛ p. 180. l. 15. ΔN SIS p. 207. l. 17. NS ΛNΓIN p. 216. l. 9. SΛISX p. 217. l. 23. ΨΛIïZЄ p. 218. l. 28. SΛISΛЄIΠ p. 228. l. 8. MIΨ-KXΔIΔЄΔNN p. 230. l. 7. KNNI p. 251. l. 14. TΛIhNNTЄ-hNNΔ & l. 17. NINNTЄhNNΔ p. 252. l. 4 & 5. TΛIhNN. GΛBΛI p. 254. l. 6. ƗIΓΓKΛΓNΛΨ p. 267. l. 13. ΛN ⊙ΛS p. 306. l. 20. ïΔΔ-GЄΔNNNh p. 307. l. 21. UЄΨNNNh p. 334. l. 31. ΛNΔΛNΓIBΛ p. 339. l. 2. ïΛIKNSΛNΛVMIΛM p. 348. l. 31. VISΛI p. 351. l. 6. ïN-ΔKXBNXΔΛ p. 358. l. 6. VЄINΛ-TKIVΛ p. 371. l. 32. GΛh ΨΛN p. 374. l. 16. ΛN NNh. Pro ïΛISNS ubique rescribe ïЄSNS. sicuti monitum in Observationibus Rev. Domini *Mareschalli*, pag. 405.

In Textu Anglo-Saxonico, *pag.* 1. *lin.* 25. *lege* ȝeȝtȝnȳnde *p.* 2. *l.* 33. ƒȝum-cenneðan *sicq*; *p.* 3. *l.* 30. mæȝȝe-ðæȝ *cum notâ scil. Connexionis*; *quæ tamen, cùm admitti possit aut respui pro correctoris arbitrio, indigna est quæ porrò notetur. P.* 23. *l.* 30. untȝumnȳȝȝa *p.* 28. *l.* 19. ȝoþlice *p.* 32. *l.* 21. ȝpȝæca *p.* 33. *l.* 18. hȳȝ *p.* 35. *l.* 26. þȳȝȝa lȳtȳlȝa *& l.* 34. he ƒoȝ *p.* 36. *l.* 24. *dele punctum post* ȝeȝeon *& sic rursus l.* 27. *p.* 38. *l.* 33. Soðom-þaȝa lande *Vide Observat. in Version. Sax. pag.* 546. *p.* 41. *l.* 25. Ǥóð *&* ȝóðum *&* ȝóð *sicq*; *alibi passim, quoties significatur* Bonus; *ut distinguatur à* Ǥoð. Deus. *Hæ tamen duæ voces nullâ sæpe notâ orthographicâ, sed nec literâ initiali, distinguuntur in vetustis Saxonum*

num monumentis manu exaratis: quod suprà quoque monitum est in Observat. pag. 509. *p.* 46. *l.* 24. ꝼoꝼ þam *p.* 59. *l.* 1. þa þæ ȝecomon *p.* 65. *l.* 14. æ laꝼeoꝼ *absque Connexione.* *p.* 66. *l.* 27. maꝼe. *p.* 115. *l.* 1. ꝼoꝼ þam *p.* 129. *l.* 12. ꝼunu. *p.* 135. *l.* 31. ꝺo ic. ꝥ *p.* 169. *l.* 8. *Præter Latinum Titulum Euangelii secundùm Lucam, habetur in primâ editione & Titulus Saxonicus, his verbis conceptus;* LUCAS BOC ÐÆS HALGAN GODSPELLERES. *id est,* Lucæ S. Euangelistæ liber. *Sed hæc non libenter admisit impressionis nostræ columna Anglo-Saxonica.* *p.* 205. *l.* 1. ȝeꝼyllede *p.* 218. *l.* 9. ȝeneoꝼian *p.* 243. *l.* 11. hyꝼ huꝼ *p.* 253. *l.* 22. neom *i. e.* ne eom *p.* 358. *l.* 12. *post* ȝe *scribe* ne *p.* 360. *l.* 9. ꝼoꝼþam

In Observationibus, pag. 391. *l.* 14. *lege* alꝺum. *p.* 392. *l.* 35. גוים; *p.* 396. *l.* 24. חקנו *l.* 26. דבר *p.* 398. *l.* 10. Ἰησοῦς *p.* 403. *l.* 23. *dele comma post* obiter *p.* 407. *l.* 1. blattæ, *p.* 410. *l.* 8. quâ *pro* quo *p.* 418. *l.* 3. anxiè *p.* 419. *l.* 31. exhibere Φαρισαῖοι *p.* 423. *l.* 13. LX *pro* XL *p.* 429. *l.* 23. εἰς *pro* εἰ *p.* 432. *l.* 11. trecentesimum *p.* 445. *l.* 9. Πόῤῥω *p.* 446. *l.* 24. Syriæ *p.* 448. *l.* 7. *post* Accus. *adde* interdum, *p.* 449. *l.* 33. καλαμῶνται *p.* 452. *l.* 21. IX *pro* XI *p.* 457. *l.* 2. ИИS: *& l.* 20. Ὠφελήσει *p.* 458. *l.* 24. Ἰωάννην *p.* 461. *l.* 10. þæꝼ *sicque l.* 13. *p.* 463. *l.* 12. *penè* *p.* 474. *l.* 3. δέξασόν *p.* 476. *l.* 26. δοῦλος *p.* 479. *l.* 6. δουλοσύνην *p.* 480. *l.* 36. *dele punctum post* transmisi *p.* 486. *l.* 1. *diligenter composuit, ac typis Oxoniensibus edi curavit anno* *p.* 488. *l.* 5. Alvredus *p.* 489. *l.* 34. Quatuor *p.* 497. *l.* 7. *scribe* 28 *pro* 18 *ibid. l.* 30 *&* 31. ΚΑΤΑCΧΥΝΘΗCΗ *p.* 503. *l.* 11. *at* pro *ac* *p.* 511. *l.* 19. *repetitos* *p.* 513. *l.* 25. pro *Mythologo* rescribe *Thesauro Mythologico* *p.* 518. *l.* 11. ЛЖЫИ.) *p.* 525. *l.* 13. Voor-lente *p.* 530. *l.* 33. post mæꝺene. adde, *sed* Maria *vocatur etiam* Fæmne. *i. e.* Virgo; *Luc.* 1, 27. *& Matth.* 1, 23 *p.* 531. *l.* 27. *dixerimus* *p.* 535. *l.* 18. scribe *pagis* pro *oppidis* *ib. l.* 30. post Tzierk. adde, *Discernant interim Belgæ, annon in Fris. Legum scripturam olim irrepserit* tz *pro* k: *nam pag.* 16. *lego* tzerckhou/ *at pag.* 106. kerckhoue *pro* Cœmiterio; *sic pag.* 15. *occurrit* Fan tzierkueghum/ *atque etiam* kercuei; *&c.* *p.* 539. *l.* 3. *soleant* *p.* 546. *l.* 38. *convasaverat* *p.* 552. *l.* 20. feriebat *pro* feriebatur *p.* 554. *l.* 17. post *desinunt* adde *utplurimùm* *p.* 558. *l.* 35. *poterunt* *p.* 559. *l.* 32. *impegit* *p.* 560. *l.* 3. sustulerunt *p.* 563. *l.* 32. *post* tristitia, *adde* gravitas *p.* 566. *l.* 10. (*nempe, in versu, quem è Virgilii Æneid. lib.* VIII. *desumpsit Hieronymus*) *pro* vestris *rescribe* vestis *Cætera, quæ in Latinis, aut Accentibus, aut Interpunctionib. hujus Opusculi varii admissa sunt, Lector humanus ultrò condonabit.*

NOTA. Gothica, Anglo-Saxonica & Runica, *quæ in Observationibus uspiam adducuntur, peculiaribus gaudent Punctis distinguentibus.*

FINIS.

GOTHICUM GLOSSARIUM,

Quo pleraque ARGENTEI Codicis Vocabula explicantur, atque ex Linguis cognatis illustrantur.

Præmittuntur ei GOTHICUM, RUNICUM, ANGLO-SAXONICUM, *aliáque*

ALPHABETA.

Operâ FRANCISCI JUNII F. F.

DORDRECHTI.

Typis & sumptibus JUNIANIS.

CIↃ IↃC LXV.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

D. MAGNO GABRIELI DE LA GARDIE,

COMITI DE LECKOU ET ARENSBURG,

DOMINO IN HABSAL, MAGNUSHOFF, ET HOYENDORP,

S. REGIÆ MAJESTATIS REGNIQUE SVECIÆ SENATORI ET CANCELLARIO,

WESTER-GOTHIÆ AC DALIÆ JUDICI PROVINCIALI, NEC NON ACADEMIÆ UPSALENSIS

CANCELLARIO.

MAGNE Comes, Comitum Princeps, quo Principe tuta eſt,
Tutoremque ſuum SVEDIA jure colit;
MAGNE, cui meritum poſuit Prudentia nomen,
Et præſaga Fides, fataque docta Themis.
Omen adimpleſti nuſquam niſi MAGNVS, in armis
Auxilio Regum, conſilioque domi;
Hic Ducis exemplar ſpectabile, Judicis illic;
Virtutiſque foro par in utroque decus;

Commiſſique ſimul vacat a moderamine Regni,
Non minor Aonidum gloria, duxq; choro.
Inclyta Lugdunum quondam, nunc Vpſala teſtis,
Vpſala præſidio quam bene freta Tuo!
Si poſt tot gravium feſſus molimina rerum
Jam tamen indulges otia parca Tibi;
Si ſtudii Tibi dulcis amor, ſi gloria Gentis
Tantillum, ac Pietas, demeruere moræ;
Accipe, quæ vigilata diu Tibi JVNIVS orſa
Texuit, antiquæ Relligionis opus.
Accipe SVEDORVM matris primordia linguæ,
[a]VVLFILA qua GOTTHOS ſacra docebat avos.
JVNIVS huic pietate æquus, præſtantior arte,
GOTTHORVM ſobolem priſtina ſacra docet.
SVEDIA, felicem te prædico, Vindice tali,
Grata, renaſcentes ſi veneraris avos.
Pro ſtupor! & memini, quot lucubrata lucernis
Pagina, quàm longis ſolibus, iſta fuit!
Nil vigil intactum, nil pernox cura reliquit,
Dum vix conſpicuas elicit arte notas.

[a] *Sozomenus Eccleſ. Hiſt. lib.* VI. *Cap.* 36. *Sub Theodoſio Imp.* (*cui* Ουλφίλαϊς) *& Jornandes Epiſcopus Ravennas* (*tempore Juſtiniani Imp.*) *de Getarum ſive Gothorum Origine Cap.* LI. *vocant hunc eorum* Pontificem *&* Primatem, qui eis dicitur & literas inſtituiſſe. *B. Iſidorus Archiepiſc. Hiſpal. Æra* CCCCXV. Tunc GVLFILAS eorum Epiſcopus Gothicas literas condidit, & ſcripturas Novi ac Veteris Teſtamenti in eandem linguam convertit. *Walafridus Strabo, qui ſub Ludovico Pio ſcripſit de reb. Eccleſ.* Vt hiſtoriæ teſtantur, ſtudioſi illius gentis (*ſcil. Gotthorum*) divinos libros in ſuæ locutionis (*quam eandem cum Theotiſca facit*) proprietatem tranſtulerunt; quorum adhuc MONVMENTA apud nonnullos habentur; *haud dubie de hoc* ARGENTEO COD. *loquens; ut ex reliquis patet.*

Haud

Haud ſecus Hippolyto quàm vitam [b] Epidauria fertur
Reſtituiſſe, diis invidioſa, manus;
Sic male diſjunctos, ſic JVNIVS ordinat artus,
Inque ſuum redigit diſſona membra locum.
Depulſoque ſitu, plus [c] *Cimmeriiſque tenebris*,
Vindicat in claram dædala texta diem.
Nec tamen hic ſtat cura Viri; ne lubricus error
Deviet, irradians avia cæca, cavet.
Ignaris dux ipſe viam, perque obſita ſentis
Teſqua novum pandit, [d] Gnoſſidos inſtar, iter.
Cimbrorumque rogos [e], perq; invia rudera luſtrat
Quicquid inacceſſa Scanzia rupe legit.
His Friſios, Celtaſq;, Britannis Saxonas addit,
Quæq; [f] ALRVNA illis vaticinatur anus.
Non ſe in tot vertat transformia corpora Proteus,
Quot populos linguas edocet ille ſuas.
O fortunatam te, SVEDIA, terque, quaterq;,
Hunc modo Theſaurum ſi reverenter habes!
At tu ſucceſſu ſtudii gratare ſecundo,
Indefeſſe Senex! quam petis, acta prope eſt.
Blandius aſpirant Zephyri tua vota ferentes,
Forſitan & votis fertiliora tuis.

[b] *Æſculapius*; *Virgil. Æneid.* VII. *in fine & ibi Serv. Ovid.* VI. *Faſtor.* v. 743. [c] *Juxta adagium, quod vide apud Eraſm. Tit. cæcutientia, qui id illuſtrat ex Strabone & Lactantio: a Cimbris petitum, unde & hæc alluſio.* [d] *Ariadnes, Ovid. Epiſt.* X, *& Metam.* VIII, 180. [e] *Inſcriptiones Runicas editas Hafniæ a Cl. V. Olao Wormio.* [f] *Ea vox Tacito reſtituenda Cap.* 8. *de mor. Germ. pro* Aurinia; *ac Jornandi Cap.* XXIV. *pro* Aliorumnas, *quas* magas mulieres patrio ſermone cognominatas *refert: a* ᚱᚢᚾᚨ, *(quod habet hoc Gloſſar. pag.* 284.) *& A-S.* pune, *myſterium. Vide & Wormii Literatur. Run. Cap.* III. *pag.* 16. *& ſeq.*

Jam tibi tranquillam se stravit Balthica Tethys:
Jam subit Holmiacum salva carina sinum.
Protinus appulsam MAGNVS solabitur Hospes,
Officio, dubium, lætior, anne libro.
Forsan & ostendet cupido nova munera Regi
Miranti varias insolitasque notas.
Forsan & exsertis gaudens Rex comiter ulnis
Indolis Augustæ pignora certa dabit.
Aurea cui voveo maturent stamina Parcæ,
Quo se Rege, brevi, munera digna probet.
Interea Hospitium, nec lautia differet ista,
Qua magis hospitibus nulla benigna, manus.
Teque Palatinis pluteis dignabitur Ille,
Quo propior Regi, Principe, nemo suo est.
Vtque Illum Musæ semper fovêre, coluntque,
Præsidio doctos non minus Ille fovet.
Neve tot impensas noctesque diesque labori,
Neve tot expensas præla querantur opes;
Neu detrimentum res sentiat, Ille cavebit:
Tu modo da nitidis, da nova pensa typis.
Seu libet *Otfrido* [g] fœdos abstergere nævos,
Sive polire notas, quas *Tatianus* [h] habet.
Edere ni potior *Glossaria* [i] *Francica* cura est,
Anglica [i] sive prius, *Saxonicumve* [i] placet.

[g] *Is Harmoniam Euangel. ad Lud. Pium Imp. scripsit rythmis Francicis, circa ann.* DCCCL. [h] *Hic alteram Græce, quæ circa idem tempus in sermonem item Francicum sive Theotiscum versa, amplissimisque Notis ab Autore nostro illustrata lucem, quam nondum vidit, expectat: uti & tria ista* iii *Glossaria ab eodem ex* MSS. *depromta, notisq; aucta; quorum tertium, Lexici ad instar concinnatum, a Rev. Doctiss. Politissimoq; V. Tho. Mareschallo atque Autori mihiq; amicissimo, efflagitatur.*

Hoc

Hoc ſibi depoſcat penſum MARESCHALLVS [k] & optet,
Quem dubito doctus ſit magis, anne pius.
Hic quam Saxonicis operam navavit amicam,
In reliquis tecum participare velit.
Quæ mea jam geſtit palam memorare Thalia,
Illa ſed ad præſens jam revocatur opus.
Hoc opus, hic quo ſe bellatrix SVEDIA jactet,
Quo venerabilior nullus in orbe, Liber.
Hæc de tot, GVSTAVE, ſacris Auguſta trophæis
Portio, nec titulis inficianda tuis,
Auſpicio haud potuit famæ meliore ſacrari,
Non Domino reddi dexteriore manu.
Salve ô eloquii memorabile pignus aviti,
Quodq; Lycaonio Regna ſub axe colant!
Quo toties tremuit [l] Romana tonante Poteſtas.
Hæc domitrix rerum linguaque, genſque fuit.
SCANZIA [m] de valido ducens munimine nomen
Inſula Codano gurgite ſepta jacet.
Illa genus, genus acre virûm vacuæ intulit Arcto.
Hinc GOTHVS [n] exorti, nos quoque BELGA ſumus.
Belgius hinc, Brennuſque, [o] Sacri velut agmine Veris,
Europæ [p] atque Aſiæ maxima regna domant.

[k] *Cujus hic quoque notas habes in textum Gothicum.* [l] *Juxta Catonis illud,* verba plus quam gladium,& voces quam manum hoſtes territare & in fugam vertere. *Hinc Ovid. v. Triſt. El.* XII, 55. Omnia ſunt Getici plena timore ſoni: *& Alibi,* Nomina ſunt ipſo pæne tremenda ſono. *Vide inf.* [m] *a* Scans/ *Belg.* Schans/ *Grot. in Prolegom. ad Procop.* [n] *Jornand. de Get. Cap.* IV. *init.* [o] *Juſtinus idem referens eadem utitur phraſi lib.* XXIV. *Cap.* V. *ubi vide Berneggeri notas.* [p] *Livius lib.* 38. *Cap.* 16. *& ſequ. De quibus Val. Flaccus lib.* VI. *init.* Verum ego nec numero memorem, nec nomine cunctos, Mille vel ora movens: neque enim plaga gentibus

At

At GOTHVS in partes late diffusus Eoas
Innumeris illic gentibus autor erat.
Hi Scythicas primi Filimero [q] Rege pruinas,
Litoraque Euxini [r] perdomuere maris:
Sauromatisque procul tota ditione fugatis
Cum regno linguas imposuere suas.
Hic ubi nunc etiam, post tot fera sæcula, [s] restat
Gotthica [t] Barbaricis mixta loquela sonis.
Hic quoque *de Ponto* tua *Tristia*, Naso, canebas,
Naso Tomitani fama siniſtra soli.
Qui Getico quod enim Vates sermone libellum
Scripseris, hoc Vatem sit puduisse pudor. [v]
Quod modo si dederis utinam supereſſe volumen,
Non tua tanti, Ovidi, Tristia pæne forent.
Adde quod immeritis crimen feritatis [u] inûsti,
Sævitiæque [u] gravem, Barbariæque [u] notam.

ulla Ditior. *Vnde apud Ovid.* III. *Trist. El.* IV, 48. *male scriptum puto* nomina pauca, *pro* rauca. *Vide Jornand. Cap.* IV. *init.* [q] *Jornand. Cap.* IV. *&* V. *in med. ubi* Filimer (*i. e. valde Augustus a Belg.* **veel** *&* **meer**) in terra Ovim (**ovin** *Island. hostis*) multas gentes subjugasse *fertur*. *Ovid. Trist. lib.* IV. *El.* VIII, 42. [r] *Lib.* IV. *Trist. El.* VIII, 42. Qua maris Euxini terra siniſtra jacet. [s] *Walafridus Strabo loco supra citato*: Et fidelium patrum ex relatione didicimus apud quasdam Scytharum gentes, maxime Tomitanos, eadem locutione (*Gothica sive Teutonica*) Divina hactenus celebrari Officia. [t] *Vbi Nasonis tempore* Graja fuit Getico mista loquela sono. v. *Trist. El.* II. [v] *Lib.* IV. *de Ponto El.* XV, 40. Ah pudet & Getico scripsi sermone libellum. [u] *Ipse lib.* V. *Trist. El.* VII, *v.* 46. vix sunt homines hoc nomine digni, Quamq; lupi, sævæ plus feritatis habent. Non metuunt leges, *&c. Ibid. El.* XII. *v.* 55. Omnia Barbariæ loca sunt vociſq; ferinæ. *Et El.* X. *v.* 28. Barbara turba, *qui mox v.* 36. stolidi Getæ, *de Ponto* I. *El.* VIII, 2. sævi; *ut & lib.* IV. *El.* VIII, 50. *El.* VI, 12. diri *Lib.* III. *El.* II. *&* XV, 40. *& El. ult.* 30. feri; *Alibi* infesti, *&* inhumani *sæpius dicuntur. Sed rectius* Marticolæ IV. *El.* XIV, 14. indomiti 1, 8, 12. *vide infra*.

Nil

Nil de promerita cupiam decerpere lauru,
Dummodo pace tua vera referre licet.
At meliora Getis vitæ moderamina Zeuta,[w]
Et pie Zamolxes,[w] & Dicenæe[w] dabas.
Teſtatur nitida numeroſus Horatius[x] ode
Caſtius hac quondam gente fuiſſe nihil.
Teſtificantur idem tot ſancta volumina legum,
Juſtitiæque tenax nunc &, ut ante, vigor.
Et Scytha Gnuriades[y] Anacharſis, Regia proles,
Ille tuus morum, Græcia, doctor, erat.
Quamlibet & mendax, nunquam tamen auſa negare es
Multum a finitimis te didiciſſe Getis;[z]
Longius egreſſi cum Thracia rura tenerent.[1]
Thrax etiam vates Orpheus ille fuit;[2]
Orpheus ille, Deum docuit qui mente colendum,[2]
Flexanima ſedans[2] Martia corda chely.
Thrax Sophos * Æſopus, Phrygia[3] licet ortus, habendus,
Æmulus Æſopo Thrax quoque[4] Phædrus, erant.

[w] *Jornand. de Get. Cap.* v. *in medio*. [w] *Idem Cap.* xi. *toto*. [x] *Is lib.* III. *Carm.* xxiv. Campeſtres melius Scythæ Vivunt, & rigidi Getæ. [y] *Diogenes Laertius in Vita ejus*. [z] *Tatianus in Orat. ad Græcos, qua probat*, quod omnia eorum ſtudia, quibus gloriantur, a Barbaris inventa ſint. [1] *Procopius lib.* III. *Gotth. verſionis Grotianæ pag.* 386. *& lib.* iv. *pag.* 420. [2] *Virgilio Æn.* vi. 645. Treicius Sacerdos; quia & Theologus fuit; etiam homines de feris & duris compoſuit, *ut notat ibi Servius. Epigr. Vet. in Catal. Virgil.* Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit, Doctaq; vitam voce temperavit, Moreſq; agreſtes expolivit Orpheus. * *Sic Phædro* κατ' ἐξοχὴν *dictus Fab.* 53. *&* 73. [3] *Teſte enim Strabone lib.* x. Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοι, Phryges Thracum coloni *erant*. [4] *Terſiſſimus Fabularum Æſopiarum imitator, nuper Vpſaliæ recuſus cum politiſſ. notis Cl. Jo. Schefferi, id de ſe eximie teſtatur in Prol. Lib.* III. Ego literatæ qui ſum propior Græciæ, Cur ſomno inerti deſeram patriæ decus? Threiſſa quum gens numeret auctores ſuos, *&c. quæ mellita prorſus.*

* *

Hac

Hac ſatus evehitur Maxminus origine Cæſar,
Sueſceret ut Gothico Roma domanda jugo.
In Latium cives cum deduxere Pelaſgi,[5]
Auſoniam linguis erudiêre novis.
Sed prius illi iidem[6] primævæ elementa loquelæ,
Dores &, a rigidis addidicere Scythis.
Quid? quod & haud alia diſtinguant voce parentes,[7]
Quotquot & humano corpore membra vides.[8]
Si qua tamen tacito mutarint ſæcula lapſu,
Mutatis eadem vis & origo manet.
Ad ſeriem gentemque redi, mea Muſa, relictam,
Non ſatis ampla cui Biſtonis[9] ora fuit.
Hic neque prona diu ſtiterat Victoria curſum;
Additur imperio trux quoque Daca novo.[10]
Te neque,[11] Dorpaneu, medius compeſcuit Iſter,
Quin ſuperata manus Mæſia ripa daret.
Nec vos clade ſuper, Poppæe, aut, Fuſce, fuiſtis,
A Victore, ducum cæſus uterque, Gotho.[12]
Hic ubi Semideûm proles caput extulit Anſes,[13]

5 *Dionyſius Halicarnaſſenſis ſub fin. lib.* I. *& init.* II. *Antiq. Rom.* 6 *Teſte Herodoto lib.* I. *cap.* 57. ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. *&c. Vide Cl. Salmaſii de Ling. Græcæ orig. cap.* I. 7 *E. Gr.* πάλης, fatter; ἄππα, ΑΤΤΑ; *Friſ.* haita; Μάλης, *Dor.* Μαλὰς moeder; φρατὴρ *Æol.* ΒΡΑΨΑΡ; θυγάτης, ΔΑΗΤΑΡ; *Belg.* doghter/ *&c.* 8 κεφαλὴ, kopff/ *Alam.* ΑΡΜS, *ab* ἀρμὸς, *Belg.* arm/ KINN, *B.* kinne *a* κινεῖν. ΓΙΓΡ, *B. & Angl.* finger/ *a* σφίγγειν. φελλὸς, ΓΙΛΛ, *B.* vel. γόνυ, KNIY, *B.* knie. πῶς ΓΑΤΗS, *Alam.* fuoz/ *nunc* foes. *B.* voet/ *&c. in hoc Gloſſario paſſim obvia.* 9 *Thracia; quæ ita & Ovidio.* 10 *Fornand. Cap.* XII. *init. ubi* Corillum Regem XL. annos in Dacia Gothis imperaſſe *tradit.* 11 *Fornand. Cap.* XIII. 12 *Id factum ſub Domitiano Imp. Fornande teſte ibid.* 13 *Fornand. ibid. & Cap. ſeq.* Jam proceres ſuos, non puros homines, ſed ſemideos, id eſt Anſes/ vocavere. *Belg.* Hanſen/ groote hanſen. *Vide Kil. Forte & hinc majo-*

In titulis quorum nobilis umbra manet. [14]
Quid Decios [15] cæſos, recidivaque Pergama [16] rurſus,
Latoæque [17] iterum templa cremata loquar?
Ipſe Valens [18] flammis ultricibus impius arſit,
Victorum [19] pœnis arma probante Deo.
Miſſus in Heſperias Alaricus [20] proruit Alpes,
Et Dominus Latio jura ducemque [21] dedit.
Ducta domum ſoror [22] eſt Athaulfo Cæſaris ultro:
Hac pax emta illi conditione placet.
Te Zeno [23] ſobolem ſibi, Theoderice, cooptat,
Ne *populi Princeps* [24] nomen inane feras.
Hirſutos [25] hinc Roma Patres ſimul utraque vidit,

majores per Germaniam Civitates **Hanſe-Steden** *dicuntur, q. d.* Ηρωοπόλεις, *ut Germ.* **Furſten-bergh**/ *i. e. Principum habitatio, vel urbs; apud Romanos* Baſilea; *i. e. Belg.* **Koninghs-bergh**/ Cæſareæ, Auguſtæq; *&* Σεβαστὰι *plurimæ. Vide tamen hic in* **HANSA**; *& Loccenii Antiq. Sued. lib.* II. *cap.* IV. [14] **Anſegiſel**/ *corrupte Anſigiſus, obſes Principis;* **Anſfrid**/ *ejus pax;* **Anſhelm**/ *ejus galea i. tutela.* **Anſwaer**/ *ejus cuſtos; unde* Anſuarii. [15] *Jornand. Cap.* XVIII. [16] [17] *Idem Cap.* XX. [18] *S. Aur. Victor in Epit. & inde Caſſiodorus in Chron.* lacrimabile bellum *vocant, ut & Oroſius lib.* VII. *Cap.* XXXIII. *Jornand. Cap.* XXVI. *in cujus lemmate hæc additur cauſa:* [19] Valens Imp. qui eos (*Gothos*) Arriana perfidia infici curarat, divina vindicta ab ipſis comburitur. [20] *Procop. lib.* I. *Vandal. Verſ. Grot. pag.* 8. *Jorn. Cap.* XXIX. *Oroſ.* III. 39. [21] Attalum e Senatoribus Romanis Imperatorem dixit. *Idem ibid. Procop.* [22] Placidia, Honorii Imp. Germana. *Sic enim leg. in lemmate Cap.* XXXI. *Jornandis.* [23] Theodoricus Oſtrogotharum Rex a Zenone Imp. Romam evocatur, ab eo adoptatur, Conſulatu & Equeſtri ſtatua donatur. Inſignia Regis Romanorum aſſumit. (*Scil. Italiâ jam devictâ*) *Sic habet lemma Cap.* LVII. *Ejuſdem.* [24] Deode *A-S. &* **Diet** *Belg.* **ΨΙΠΑΛ**, *populus; &* **ΚΙΚ**, *A-S.* ꝑic, *potens, princeps,* ἄρχων. *Hinc* Theoderic, *Belg.* **Dietrick**. *Vide Gloſſar. ſuis locis; & mea, ſi lubet, annotata ad Orationem Domini* XX. *linguis editam.* [25] *Ovid.* V. *Triſt. El.* VII. Non coma, non ulla barba reſecta manu, *de iiſdem, quos* Hirſutos Getas *vocat* I. *ex Ponto El.* VI. *Jornand. Cap.* XI. *Capillatos,* quod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc hodie ſuis cantionibus reminiſcuntur. *Sacerdotes a.* Pileatos *dixerat idem. Aimoinus de Geſt. Franc. lib.* I. *Cap.* IV. Cui (*Faramundo puta, quem* Crinitorum

 pri-

Atque frequens fastis lectus in Urbe Gothus.[26]
Tum quoque pars Asiam, Libyen[27] pars subdidit armis,
Ne qua esset Gothicus circulus orbe minor.
Non Asiæ Macetas[28] defendit adorea victæ,
Nec te Apennini mœnia, Roma, jugi.
Quod si Marticolæ tot bella, tot agmina gentis
Enumerem, numero sidera victa cadant.
Nec mihi si tot sint, Argo quot lumina, linguæ,
Mæoniique Senis nobile detur ebur,
Multiplices memorem natos hoc semine fœtus,
Semper humo prolem parturiente novam.
Haud secus ac pingui Ceres ubere consita glebæ
Germine centuplici luxuriare solet;
Aut veluti populosa novos examina Reges,
Deficiente cavo, vere sequuntur apes.
Ostrogothi hinc, Hunnique truces, & Alana juventus,
Burgundæque acies, Vandalicusque furor.
Oppida, Burgundus,[29] quod prima habitârit & arces,
Perque vagando plagas, Vandale,[30] nomen habes.
Tot procul undantes excepit Celta colonos,

primum facit Chron. MS. *Is. Vossii* τῷ πάνυ) filius successit Clodio crinitus: illo in tempore Francorum Reges criniti habebantur. *Late idem refert Agathias lib.* I. *in Excerptis Grot. p.* 532. [26] *Vide Chron. Cassiodori sub Theodosiis & seqq. Impp. & in Variis ejus.* [27] *Vandali scilicet, ejusdem, cum Gothis, originis. Procop. Vandal. lib.* I. *pag.* 12, 13. *Edit. Grot.* [28] *Sub Gallieno Imp.* Græcia, Macedonia, Pontus, Asia vastata est per Gothos, *Eutrop. lib.* IX. *init.* [29] *Isidor. lib.* IX. *Origin. Capp.* II. & IV. Ita nomen ex locis sumserunt, quia crebra per limites habitacula constituta, *Burgos* vulgo vocant. *Inde Burgundiones, q. d.* Burghwoners / *inquit Grot. in Prolegom. ad Procop. pag.* 25. [30] *a* Wandelen *Belg. i. e. ambulare, sedes mutare. Nam ex Scythia orti Hispanias Africamque usque pervagati sunt. Procop. ibid.*

Et

Et Pireneis arva propinqua jugis.
Hac ſerie ductos veneratur Iberia Reges, [31]
Crinitoſque [32] colunt Francica ſceptra Duces.
Nomina quod dubitare vetant Regumque [33] virûmque,
Quæque vagis fluviis indita, quæque locis.
Agnoſces Gothicæ totidem veſtigia linguæ,
Qua non ampla magis, fertiliorque fuit.
Quid quod & undiſono procul innatet inſula [34] ponto,
Cui glacies nomen, canaque bruma dedit,
Credita quæ pridem terrarum eſt ultima Thule,
Illa ubi tot ſæclis inviolata manet.
Armaque qua GOTTHVS toto circumtulit orbe,
Victoris meminit quælibet ora ſui.
Hinc Runis, Druadumq; [35] choris, hinc carmina [36] Bardis,
Queis modulabantur Martia geſta ducum. [37]
Laudibus his ætas rudis atque annalibus [37] uſa eſt;
His acuebatur vis generoſa modis. [37]

31 Corona Gothica por Don Diego Saavedra. *Grotius in Prolegom. & Onomaſtico ad Procop.* 32 *Vide ſupra ad num.* 25 33 Pharamond, *i. e.* Waermond / *unde* Warmond / *ut vulgo putatur. Sed, cum in Chron.* MS. *Voſſ. inveniam ſcriptum ſemper* Faramund, *potius derivem a* FARAN, *proficiſci, &* Mund / *tutor, patronus, q. d. Dux & aſſertor itineris, quod Franci tum aggreſſi erant.* Chlodio, *i. e. popularis, a* Leode, *Flandr.* Liederijck / *Holl.* Dietrijck. *Inde &* Chlodouechus, *ut in eod* MS. *ſcribitur; q. d. cuſtos populi; niſi cum Heroe noſtro malimus* Ludwigh / *pro* Clarus bello: *& ita reliqua fere Francica & Hiſpanica primorum Regum nomina merè Gothica.* 34 Yſland. 35 Druadum diſciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata exiſtimatur, *teſte Cæſare lib.* VI. Dry *ſane* magum *interpretatur Gloſſar. A-S.* Dry-cræft, magia. *Et ſic Plinius lib.* XVI. *Cap.* XLIV. Druidas Magos Gallis adpellari *tradens.* 36 *Heſychius,* Βαρδοὶ, ἀοιδοὶ παρὰ Γαλάταις, *ut recte leg. Noſter hic in* BARIA. *Hinc puto* Barditum *dictum.* 37 *Tacitus de mor. Germanorum Cap.* II. Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tuiſtonem deum, *&c. Tum Cap.* III. Sunt illis hæc carmina, quo-

Talibus attonitus, Peligne, haud falsa canebas,
Nomina vel solis esse tremenda sonis.
Hoc tibi jure damus, tenerorum lusor Amorum,[38]
Debueras alias exul adisse plagas;[39]
Nescit amare Getes, nisi bella, arcusque, facesque:
Hinc tibi trux visus, terribilisque fuit.[40]
Nunc tua Roma mihi trabeati regna Quirini
Jactet, & ante suas rustica bella casas.
Dardanios & avos, & Troas, & Ilion ingens,
Atque Anchisiaden, Arma, virumque canat.[41]
Fabula, præ gestis, mera sunt nugæque, GOTHORVM,
Tota nisi, ut forsan, fabula Troja fuit.
Palladium servet Capitoli immobile saxum,[42]
Quæque Penatigero signa relicta duci,[43]
Auspicioque Numæ delapsa ancilia cœlo,[44]
Iliacosque focos, Egeriæque sacrum.[45]
Quæque Sibyllarum lustranda volumina nulli,[46]
Quam cum portentis anxia Roma foret.
Majus in hoc uno lætare Volumine pignus,
SVEDIA, de spoliis tot superesse tibi.

quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos. *Idem Gothis tribuit Jornandes Cap.* XI. *Idem Carolo M. Eginhartus in vita ejus.* [38] *Sic se in Epitaphio suo vocat Trist. lib.* III. *Eleg.* III. *ad fin.* [39] Hostibus in mediis interq; pericula versor, *ex Ponto lib.* I. *El.* II. *v.* 15. Vivimus assiduis, expertes pacis, in armis, Dura pharetrato bella movente Geta. *Sic lego lib. eod. Eleg.* IX. *init.* [40] Truxque Getes armis; *&*, Nulla Getis toto gens est truculentior orbe; *in Epistolis ex Ponto lib.* I. *El.* VIII, 12. *&* IX, 15. *alterum lib.* II. *El.* VII. 2. *&* 30. [41] *Initium Æneidos Jureconsultis tritissimum, juxta L.* LXV. *de Verb. Oblig.* [42] *Hemistichium Maronis* IX. *Æneid. ubi de Euryalo.* [43] *Lib.* III. *Fastor. & Metam.* XIV. *Scil. Æneas.* [44] *Ovid. ibid. v.* 377. *& seq.* [45] *Livius lib.* I. *Cap.* XIV. [46] *Dionys. Halicarn. lib.* IV. *Livius lib.* III. *&* IV. *& passim. Onuphrius de Sibyllis.*

Judi-

Judice me, certans hoc pignore, SVEDIA, vinces
Quidquid Eleusis habet, castaque Vesta sacri.
Hæc dubiis meliora oracula consule somnis,
Delphica quosque tripus, Virgoque stertit anus.[47]
SVEDIA, si tantis gaudes Heroibus orta,
Læta nec heroos noscere sperne sonos.
Nec Tibi, SVEDORVM Decus, haud placitura putamus,
Cum sacra SCANZIGENIS tradita prima leges.
Nec fore, MAGNE, reor nomen tibi vile GOTHORVM,
Qui DALIAM Judex WISIGOTHOSQVE regis:
Neu quod tot bello partis, tot pace trophæis,
Hæc quoque nectamus laurea serta, tuis.
Fallor? an & pridem tumulos lustrare loquaces[48]
Te juvet, & nixo scandere saxa gradu;
Inclytaque acta ducum testantes visere colles,
Ardua virtutis semper amantis opus?
JVNIVS his chartis sensus Tibi pandet opertos,
Arcanas satagens enucleare notas.
Hæc obiter. Potior fuit illi cura, GOTHORVM,
Ductaque per socias, lingua vetusta, decem.[49]
Vtque suo juvet ore patres audire loquentes,
Hic Tibi, quod potuit tradere nemo, potest.
Tentavere quidem magno conamine multi,
Nec tamen indocti, nec sine laude, viri.[50]

47 Sibylla Cumæa *Æneid.* VI. *init.* Virgo Cumæa, *annosa facta Metamor.* XIV. *Fab.* IV. 48 *Inscriptiones Runicas a Cl. Wormio editas.* 49 *Invenies in hoc Glossario, præter Gothicam, Cimbricam, Cambro-Britannicam, Anglo-Saxonicam, Theotiscas varias, veterem Frisicam, Islandicam, Danicam, Germanicam, Belgicam, Anglicam, inter se collatas affinesq; linguas, ut cum Græca Hebraicam omittam.* 50 *Gelenius, Rhenanus, Freherus, Adr. Junius, &c. & ὁ θεῖος Grotius.* Verum

Verum illos ratio, ſucceſſus & ipſe, fefellit:
Soli JVNIADÆ palma relicta fuit.
Quod Pharos Ægypto, Tyriis Cynoſura carinis,
Parrhaſiæque faces, navita Suede, tuis,
(Audiat ipſe licet, dedit hæc qui ſidera mundo)
Hoc, hoc, MAGNE, Gothiis JVNIVS unus, erat.
JVNIVS è Francis, ut Tu quoque, finibus ortus,
Qui nec ab ingenuis degeneravit avis.
Si VOSSI memor eſt, & honorat SVEDIA nomen,
(Lucidius docto non micat orbe jubar.)
Tantus hic & tanti nec Avunculus eſſe Nepotis
Ignotus veſtris, neve latere, poteſt.
Ille Palatinis pluteis quæ promſerat ante,
Hic Tibi nunc cultu ſplendidiore refert.
Quique ſuo merito CODEX ARGENTEVS audit,
AVREVS ad dominas nunc redit ille manus.
Magna decent magnos ſi munera, nil Tibi majus,
MAGNE, nihil vel Te dignius orbis habet.

Ita cenſet, vovetque cùm Autoris tum ſuo nomine

EXCELLENTIÆ TVÆ

devotiſſimus

JANVS VLITIVS J. C.
Civitatis Ditioniſque Bredanæ Syndicus
& Archigrammateus.

LECTORI BENEVOLO

FRANCISCUS JUNIUS F. F.

S. P.

QUum jam olim, Obſervationes meas in Willeramum editurus, publicè profiteri non dubitaverim prorſus mihi valdè placere Scriptores uſitatâ Patribus noſtris linguâ nobiſcum agentes; ac tum quoque monuerim, per fore Philoteutonibus accommodatam eorum operam, qui ſuperioris inferioríſq; Germaniæ linguam Teutonicam, ſicuti & Anglicam in pleriſque Teutonizantem, cum antiquiſſimis Avorum monumentis fideli ſtudio contendent: non potui non cogitata reſumere & deſtinata magno niſu proſequi, ſimul ad manus meas perlatus eſt Argenteus codex, celeberrimum Sueo-Gothorum monumentum; ac magis etiamnum, ex quo MAGNUS florentiſſimi regni Cancellarius (divinâ dubio procul Providentiâ hanc ſummo Heroï mentem voluntatémq; inſpirante) præclari Codicis editionem cœpit urgere, atque ultrò viam ad exequenda deſtinata pandere. De auguſtâ interim ſpecie ac majeſtate libri plurimis retrò ſæculis noti ac vetuſtate miſerè vexati, de meâ itidem operâ in conſectandis comprehendendíſq; tenuibus fugientium literarum apicibus concinnandóq; gloſſario Gothico, licet multa nimiáq; ferè dixerit optimus ac mihi amiciſſimus Do^us Janus Vlitius, omnino tamen iis addendum videtur illud Joſephi Scaligeri epigrammatium, quo graphicè depingit pleniſſimam ſtomachi operam Lexica gloſſariáq; conficientium & eandem incudem diem noctémq; tundentium:

Si quem dura manet ſententia Judicis, olim
Damnatum ærumnis ſuppliciiſq; caput:
Hunc neque fabrili laſſent ergaſtula maſſâ,
Nec rigidas vexent foſſa metalla manus.
LEXICA *contexat. Nam cætera quid moror? omnes*
Pœnarum facies hic labor unus habet.

Humanæ certè cogitationes nequeunt ſatis abundéq; concipere, quantam curam diligentiámq; poſtulet hoc negotium; ac nemo rectiùs narraverit quot quantæq; moroſiſſimarum anxietatum difficultates circumſtent Onomaſticum aliquod molientem, quàm qui animum ſuum ad hoc ſcribendi genus appulit, quíq; operi

* * *

om-

omnibus fructuoso ipse manum quandoque admovit. Fatebitur is imprimis arduum esse linguas cum situ & squallore luctantes ex obscuris, attritis, ac semilaceris etiam membranis restituere; immensam priscarum vocum congeriem in operis totius apparatum conquirere, excerpere, in unum comportare, digerere; primam earum significationem virisimili conjecturâ indagare, genuinam orthographiam eruere, probabilem denique originationem ex hac priscæ acceptionis scriptionisq; ratione expiscari. Expertus quoque testabitur quàm ægrè nosmet ipsos ex hujus operæ difficultatibus evolvamus, cum post primum delectum opus retractaturi mendosa confusáq; reteximus, supervacua rescindimus; plurimis passim occurrentibus, quæ non tam circumcidenda sunt atque amputanda, quàm extrahenda & penitus tollenda. Verè denique memorabit quantum ubique scribendi rescribendíq; fastidium exsorbere cogamur, quotiescunque singulas cœptæ operæ partes exornare, dedolare, limare, perpolire, aggredimur. Sed redeo ad ea quæ conjunctiora sunt operi quod nunc tibi, mi Lector, exhibeo; ne videar qualemcunque industriam, importunus venditator, exaggeratâ verborum volubilitate auribus tuis inculcare, si exhaustos labores pluribus exequar. ARGENTEUM CODICEM, inclytum veteris linguæ Gothicæ monumentum, propè jam decurso ærumnosæ hujus vitæ spatio illustraturus, nihil æquè judicavi ex usu totius rei, quàm ut Gothicum aliquod glossarium, ordine alphabetico digestum, deproperarem. Vita nimirum jam præcipitans, me quoque hæc præcipitem penè coëgit evolvere. Ausúsq; sum velociter formatas elaboratásq; glossas, omissâ ulteriore consultatione, actutum emittere: sperans me gratiam veniámq; erratorum facilè impetraturum ab æquo judice, & qui non miratur hominem natum in errore versari. Glossarii nomen indidi hisce nostris commentationibus, propterea quòd non ubique Rectos casus Nominum (ut in Exegeticis fieri assolet) nec Verborum modum Infinitum semper adscripserim, sed plurimas voces in ordinem Alphabeticum retulerim, prout offeruntur in ipso contextu Gothico: quod tamen maximè locum habuit in Verbis & Nominibus semel tantùm aut rarissimè occurrentibus; neque enim semper expeditum erat ex residuis Argentei codicis fragmentis certam ubique Gothicarum declinationum conjugationúmq; analogiam, & cui tutò insisteremus, efformare. Plerisque interim locis, ex Argenteo codice adductis, adjecimus interpretationem Vulgatæ versionis Latinæ.

In allegandis quoque Argentei codicis locis oppidò quàm sumus copiosi, ut ex multâ citationum varietate Lector pleniùs deprehendat antiquam principis linguæ orthographiam in Verborum Nominúmq; inflexionibus, atque eâdem quoquè operâ qualemcunque syntaxeos Gothicæ rationem observet. In enarrandis adhæc explicandísq; vocabulis Gothicis, ad quasdam cognatarum linguarum amœnitates quandoque deflecto, veluti hac ratione occursurus tædio quod obstaturare solet Lectorem nimiâ Grammaticarum observationum copiâ fatigatum.

Im-

Immo & in etymologiarum indagatione perſæpè amplector originationem, minùs quidem probatam, ſed morale quid ad communis vitæ uſum comprehendentem: *Omnibus rebus, omnibúſq; ſermonibus*, inquit Seneca nat. quæſt. II, 59. *aliquid ſalutare miſcendum eſt*. Atque adeò quoque ex hujus præcepti ſententiâ apprimè hoc in loco ſalutare videtur, graviſſima Principis oratoris verba opponere iis, qui ludibrio habent etymologias qualemcunque rudi Patrum noſtrorum ſæculo Sapientiam tribuentes: *O vitæ Philoſophia dux, ô Virtutis indagatrix expultrixq; Vitiorum, quid non modò nos, ſed omnis vita hominum ſinè te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti. Tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocâſti. Tu eos inter ſe, primò domiciliis, deinde conjugiis, tum* LITERARUM ET VOCUM COMMUNIONE *junxiſti. Tu inventrix Legum. Tu magiſtra Morum & Diſciplinæ fuiſti. Ad Te confugimus; à Te opem petimus; Tibi nos, ut antea magnâ ex parte, ſic nunc penitùs totóſq; tradimus. Eſt autem unus dies benè & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. Cujus igitur potiùs opibus utamur, quàm tuis? quæ & Vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem Mortis ſuſtuliſti. At Philoſophia quidem, tantùm abeſt ut perinde, ac de Hominum vitâ merita eſt, laudetur; ut à multis etiam vituperetur. Vituperare quiſquam vitæ Parentem & hoc paricidio ſe inquinare audet? & tam impiè ingratus eſſe, ut eam accuſet, quam vereri deberet, etiamſi minùs percipere potuiſſet? Sed, ut opinor, hic error, & hæc indoctorum animis offuſa caligo eſt, quòd tam longè retrò reſpicere non poſſunt; nec eos,* A QUIBUS VITA HOMINUM INSTRUCTA PRIMO SIT, *fuiſſe Philoſophos arbitrantur*. Hæc Cicero circa initium libri Quinti Tuſculanarum quæſtionum. Licet verò plurimas originationes videar ad fontes Græcos retuliſſe, non tamen hoc ita velim accipi, quaſi potiſſimam linguæ ſuæ partem Patres noſtri hauſerint à Græcis; cùm veritati magis videatur conſentaneum veterem Græcam Scythicamq;, nec non ipſam quoque Gothicam ex vetere Scythicâ provenientem, à communi aliquâ origine promanâſſe, multíq; adeò viri longè doctiſſimi illam potiùs ex hac, quàm hanc ex illâ deſumptam cenſeant. Cæterùm his omiſſis, quæ benè longam, ſatis litigioſam, atque à propoſito noſtro alieniſſimam habent diſputationem, reliquum eſt ut in gratiam ſtudioſi Lectoris recenſeam varia, quæ in hoc opere citantur, monumenta Angloſaxonica, Francica, Cimbrica, &c.

ANGLOSAXONICA.

Ælfricus de Veteri ac Novo teſtamento, editus Londinii, Anno 1623, curâ & ſtudio Guiljelmi Liſlæi, qui & Anglicè tranſtulit. Ælfrici quoque Canones, Grammatica, Gloſſarium perſæpè in hiſce noſtris Commentationibus advocantur ad partes; nos de ſingulis agemus ſuo loco in *Canones*, in *gl* ſive *Gloſſarium*, & in *gr*, quo compendioſè *Grammaticam* denotamus.

Æquinoctium vernale, sive de Primo die sæculi. Descripsi ex MS Cottoniano; ipsum verò opusculum dividitur in Capita.

Albini vel Alcuini responsa ad interrogationes Sigewulphi presbyteri. Descripsi ex antiquo Hattonianæ bibliothecæ codice MS. Latinum horum Responsorum exemplar habes Micropresbytici paginâ 447.

Alvredus, Anglosaxonum rex inclytus, qui non minorem apud posteros ex reverentiâ Studiis exhibitâ quàm ex Regni administratione consecutus est famam, transtulit Bedæ historiam gentis Anglorum, Pastoralia magni Gregorii, Boëthium de Consolatione, Orosium, Soliloquia Augustini. Nos horum singula suo loco recensebimus.

Apulejus de Herbis, Anglosaxonicè. Videor mihi alicubi hoc Medicinale opusculum sub hoc nomine allegâsse; alibi semper dicitur Herbarius. quod vide.

Archajonomia, i. e. Antiquissimæ leges regum Anglosaxonicorum, prout olim ab iis latæ vulgatæq; sunt sermone tunc temporis vernaculo. Vide quæ nos infra dicimus in LL.

Augustini Soliloquia. Vide Soliloquia Augustini.

Basilii magni Regula monachica, versa Anglosaxonicè. Opus imperfectum. Dividitur in Capita. Descripsi ex perantiquis Hattonianæ bibliothecæ membranis. Latinum hujus Regulæ exemplar habes in Goldasti vett scriptoribus Paræneticis, paginâ 181.

Bedæ Historia ecclesiastica gentis Anglorum, unà cum Alvredi regis Anglosaxonicâ paraphrasi, edita est studio atque operâ Abrahami Wheloci. Cantabrigiæ, Anno 1643.

Boëthium de Consolatione Philosophiæ rex Alvredus transtulit paraphrasticè. Descripsi ex Bodlejanæ bibliothecæ codice manuscripto, ac postea contuli cum altero melioris notæ codice Cottoniano. Anglosaxonica paraphrasis non sequitur Latinum exemplar in libros & metra prosásq; distinctum, sed totum opus in Capita & Capitum sectiones dividitur.

Canones Ælfrici ad Wulphinum episcopum. Inseruit eos Archaionomiæ suæ Anglosaxonicolatinæ Abr. Whelocus, paginâ 127.

Colloquium monachicum Anglosaxonicè interlineatum. Depromptum ex Cottonianâ bibliothecâ.

Cottonianæ glossæ, vel Cottonianus euangeliorum codex interlineatus. Vide quæ dicimus in *Euangelicum codicem*.

Dialogi Gregorii magni jussu regis Alvredi translati sunt Anglosaxonicè à Warfrido vel Wærefritho episcopo Wigornienſi. Horum dialogorum fragmenta quædam transcripsi ex mutilo quodam codice Hattoniano. Integram interim horum Dialogorum versionem puto in Cottonianâ bibliothecâ nec non alibi quoque extare.

Euangelicum codicem Anglosaxonicum Londinii olim excusum Anno M. D. LXXI.

nunc

nunc recudi curavit Tho: Mareſchallus. Sunt & alii duo perantiqui codices Euangelici gloſſis interlinearibus illuſtrati, Cottonianus & Ruſhworthianus; quibus nos Cottonianarum Ruſhworthianarúmq; gloſſarum nomen indimus, quotieſcunque hujus illiúſve Euangeliſtæ verba penitiùs excutienda putamus. Quemadmodum autem Cottonianarum gloſſarum appellatio manifeſtè ſatis præ ſe fert nobilem, quam adornant & in quâ aſſervantur, bibliothecam; ita Ruſhworthiano codici nomen indit poſſeſſor J. Ruſhworth, degens in illo Juriſconſultorum collegio quod vulgò Lincolnienſe hoſpitium vocant. De tribus hiſce codicibus Euangelicis multa lectu digniſſima habent eruditæ ejuſdem Mareſchalli obſervationes in Euangelia Angloſaxonica.

Faſtorum Angloſaxonicorum fragmentum; ſæpiùs Martyrologium dixi; aliquando quoque (ac rectiùs fortaſſè) Menologium. Vide quæ dicimus in *Menologium*.

gl Ælfrici, eſt Gloſſarium in Cottonianâ Ælfrici grammaticâ manuſcriptâ ipſi Grammaticæ ſic adnexũ, ut cuivis liquere poſſit ipſum Ælfricum has gloſſas Grammaticæ ſuæ addidiſſe: & quemadmodum has gloſſas ex ipſo Cottonianæ grammaticæ codice MS deprompſi, ita paginas apographi noſtri, aliquid ex iis citaturus, ubíq; ſervavi.

gl R, eſt aliud copioſius ejuſdem Ælfrici gloſſarium; quod ego tamen à prædicto Ælfrici gloſſario diſtinguendum putavi, additâ R literâ, veluti deſcriptum ex membranis Rubenianis. Ex hiſce quoque gloſſis aliquid citaturus, obſervo paginas noſtri apographi; quod etiam fecit Guilj. Somnerus, qui hoc ipſum Gloſſarium unà cum Ælfrici grammaticâ Latinoſaxonicâ Lexico ſuo Latinoſaxonico ſubjunxit.

gr Ælfrici, mihi eſt Latinoſaxonica illa Ælfrici grammatica, quam Guilj. Somnerus (ut jam nunc dixi) unà cum Lexico ſuo Saxonicolatino & gloſſario R primus edidit Cantabrigiæ, Anno 1659.

Herbarius propriè dicitur Botanicus liber, i. e. Liber tradens quæcunque pertinent ad herbas. Hattonianâ itaque bibliothecâ ſuppeditante mihi antiquiſſimum codicem membranaceum, qui inſcribebatur quidem *Liber medicinalis*, ſed veluti ex profeſſo tradebat nomina, virtutes, proprietatéſq; herbarum, putavi peculiariore appellatione *Herbarii* nomen ei competere; ac magis etiam, poſteaquam comperi opus hoc Angloſaxonicum quàm proximè exprimere Apulejum de Herbis, aliquoties à variis editum; propiùs tamen accedere ad inſignem illum ac ſtupendæ antiquitatis codicem Apulejanum, quem habet inſtructiſſima propinqui mei Iſaaci Voſſii bibliotheca. Diſtinguitur hic liber in Capita & ſectiones.

Hexaëmeron S. Baſilii Angloſaxonicè tranſlatum deſcriptúmq; ex antiquiſſimo Hattonianæ bibliothecæ codice, diſtinguitur in Capita.

Hymnarium interlineatum, i. e. Hymni & Cantica veteris eccleſiæ cum interlineari tranſlatione Angloſaxonicâ. Deſcripſi ex bibliothecæ Cottonianæ gemino Codice manuſcripto.

LL Inæ regis, Alvredi, Edoardi, Ethelſtani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, Canuti, &c. nobis ſunt Leges regis Inæ, Alvredi, &c. Archajonomiam nempe, i. e.

perantiquas Angloſaxonicorum regum leges à ſe tranſlatas vulgavit olim Guilj. Lambardus; nobis tamen magis arridet antiqua verſio quam habet Joh. Bromton: neque ipſi tantùm ſequimur illam, ſed auctores quoque ſumus omnibus genuina venerandæ antiquitatis monumenta diligentibus, veterem potiùs horrentis incultíq; ſæculi verſionem amplecti, quàm novitiis atque in ſpeciem cultioribus temerè adhærere.

Lupi ſermo ad Anglos, quando Dani maximè perſecuti ſunt eos; quod fuit anno Milleſimo decimo quarto ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti. Deſcripſi hunc ſermonem ex tribus MSS inter ſe collatis; uno Cottoniano, altero Hattoniano, tertio Benedictino. Incidi quoque in quatuor alios ejuſdem Lupi ſermones, non in hoc tantùm comparatos ut miſerrimam Danicæ depopulationis faciem auditoribus proponerent, ſed ut ſimplicioribus prima Chriſtianæ religionis dogmata inculcarent, & perditè malos (quod vulgare eſt omnium ferè Homiliarum thema) ad emendationem vitæ ſtudiúmq; virtutis traducerent. Omnes interim ſermones Lupi in plures dividuntur ſectiones.

Martyrologium aliquando dixi illud Menologii fragmentum, quod alibi quoque Faſtos Angloſaxonicos nuncupavi. Vide quæ mox dicimus in *Menologium*.

Medicina ex quadrupedibus diſtinguitur in Capita & ſectiones. Deſcripſi hoc opuſculum ex eodem Hattonianæ bibliothecæ codice MS, ex quo exſcriptus eſt iſte Liber medicinalis quem propriè magis Herbarium dici poſſe judicamus.

Menologium propriè vocant Computū quo Sancti & Martyres referuntur ad certos cujuſque menſis dies. Ex talis Menologii fragmento duplici, uno Cottoniano, altero Benedictino, excerpſi non nulla quæ mihi maximè tunc temporis arridebant. Aliquando quidem in hoc Gothicarum gloſſarum opere Faſtos Angloſaxonicos dixi, alibi verò Martyrologiū vocavi, ſed commodiorem verioremq; puto Menologii appellationem.

Nathanis Judæi legatio fabuloſa, diviſa in capita, & deſcripta ex antiquis publicæ Cantabrigienſis bibliothecæ membranis.

Nicodemi pſeudo-euangelium, diſtinctum in capita, & deſcriptum ex publicæ Cantabrigienſis bibliothecæ codice manuſcripto.

Oroſium Angloſaxonicè tranſtulit rex Alvredus. Hæc tamen verſio, quam ex MS Cottoniano deſcripſi, Librorum capitúmq; diſtinctionem habet multum diverſam ab eâ quàm Oroſii editio Latina ſequitur.

Paſtorale opus Gregorii magni, paraphraſticè tranſlatum à rege Alvredo, deſcripſi ex mutilo codice MS bibliothecæ Cottonianæ; contuli cum optimæ notæ codice Hattoniano, ac fœdas Cottoniani codicis lacunas ex eo ſupplevi. Hæc paraphraſis Angloſaxonica diſtinguitur in Capita & Capitum ſectiones.

Peccatorum medicinam, in XVI capita diſtinctam, deſcripſi ex Cottonianæ bibliothecæ codice MS.

Proverbiorum Salomonis gloſſas interlineares deſcripſi ex MS bibliothecæ Cottonianæ, ſervato Capitum ordine.

Pſal-

Psalterium Anglosaxonicè interlineatum edidit Joh. Spelmannus, Henrici filius. Londini, 1640. Subinde quoque allego & alterum Psalmorum Anglosaxonicè interlineatorum codicem manuscriptum, notæ melioris, quem penes me nunc habeo ex bibliothecâ propinqui mei Isaaci Vossii.

Regula Benedicti paraphrasticè translata. Libellus est quantivis pretii, descriptus ex vetustissimo Cottonianę bibliothecę MS. Aliquando etiam cito Regulam Benedicti Anglosaxonicè interlineatam, atque ex ejusdem bibliothecæ codice MS desumptam.

Scintillarius vel Liber scintillarum in Titulos digestus & Anglosaxonicè interlineatus. Excerpsi paucula quædam tantâ cum curâ glossata, ut non putem uspiam reperiri aliam aliquam interlineationem pari studio judicióq; elaboratam.

Soliloquia Augustini, sive Flores ex D. Augustini Soliloquiorum libro selecti à rege Alvredo. Depromptum est opusculum hoc ex bibliothecâ Cottonianâ, distinguitúrq; in Capita.

Somniorum diversitas, cum interpretamento Somniorum plus minus trecentorum. Descripsi ex Cottonianæ bibliothecæ codice manuscripto.

FRANCICA.

Annonis archiepiscopi Colonienſis vita rhythmicè ante quingentos plus minus annos conscripta. Martinus Opitius primus eam vulgavit, Dantisci, 1639.

Chartarum & instrumentorum veterum Alamannicorum Centuria, quam edidit Melchior Goldastus Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte 1.

Glossaria aliquot Francica (quorum pars major hactenus inedita) in unum veluti corpus congerentes ac Notis illustrantes, singulis eorum Nomina indidimus è tredecim primis Alphabeti elementis desumpta; quo promptiùs expeditiúsq; inter se discerni atque in Teutonicis nostris Commentationibus possent allegari. Et quoniam in toto Gothici glossarii opere passim occurrit jam nunc memorata Francicorū glossariorum denominatio citatióq;, breviter quoque hoc in loco totius operis specimen Lectori exhibendum putavi. gl A nunc primùm ex bibliothecâ propinqui mei Vossii prodit. gl B similiter ex eadem bibliothecâ in lucem protrahitur. gl C cum Appendice ejusdem bibliothecæ exigua pars est. gl D cum Appendice inde quoque provenit. gl E itidem descripsimus ex membranis ejusdem Vossii. gl F ex eâdem penu librariâ deprompsimus. gl G est Ruodeperti magistri S. Galli epistola VII. Edidit eam Goldastus Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte 1. paginâ 88. gl H complectitur Hrabani Mauri, abbatis Fuldensis, glossas Latinobarbaricas de Partibus humani corporis. Edidit eas Goldastus Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte 1. paginâ 9. gl J exponit Juristarum terminos metricè: invenitúrq; in Gemmâ gemmarum Suollis editâ per Petrum Os de Bredâ. gl K exhibet nobis Keronis monachi glossas à Goldasto editas Alamannicarum antiquitatum Tomo II, parte 1. paginâ 94. gl L continet glossas ex perantiquâ psalmorum versione Theotiscâ

tiscâ collectas à Justo Lipsio. gl M tradit Theotiscam herbarum nomenclaturam, M s Macro antiquâ manu ad oram adscriptam. Ex bibliothecâ Vossianâ. gl N recenset Francica nomina quæ Mensibus ac Ventis imposuit Imp. Carolus magnus. Ex Eginharto de vitâ & gestis magni Caroli. Harum omnium Glossarum editionem, gratiâ divina commodam præbente occasionem, quàm maturrimè accelerabimus.

Hymni aliquot Francicè interlineati. Hos XXVI antiquæ ecclesiæ Alamannicæ hymnos descripsimus ex membranis Vossianis.

Otfridi euangelica historia octingentis ab hinc annis Theotiscè conscripta, Basileæ. 1571.

Rhythmus de S. Annone. Vide Annonis vita.

Tatiani harmonia euangelica Latino-Francica cum nostris ad eam Annotatis, Deo vitam viréq; largiente, propediem prælo subjicietur.

Tyrolis regis Scotorum Paræneſis ad filium. Goldastus retulit inter Paræneticos veteres.

Willerami abbatis Francicam paraphrasin in Canticum canticorum edidit Raphelengius, Anno 1598. Sæpè quoque remittimus Lectorem ad nostras in Willeramum Observationes, editas Amstelodami, Anno 1655.

Winsbekii Paræneſis ad filium, & Winsbekiæ ad filiam, referuntur à Goldasto inter Paræneticos veteres.

CIMBRICA.

Cimbricarum antiquitatum nihil quicquam vidi, præter ea quæ publici juris fecit Olaus Wormius. Runicum lexicon. Fastos Danicos. Monumenta Danica. Duplicem regum Danicorum seriem. Runicam literaturam, & in eâ Epinicium Egilli skallagrimi, & Epicedium regis Regneri Lodbrog. Quod verò ad alias Septentrionis dialectos attinet, pauciſſima & valde tenuia earum monumenta pervenerunt ad manus meas; ex quibus tamen conjecturam facio, vetus Borealium idioma claram in pleriſque facem prælucere Angloſaxonica Alamannicáq; ſtudia tractantibus; atque adeò ipſos quoque Septentrionales vice versâ plurimum lucis ex veteribus Angloſaxonum Alamannarúmq; monumentis poſſe mutuari. Exſurgant modò Septentrionis alumni Teutonéſq; qui mutuas in excolendâ linguâ nobili conferant operas, laborémq; minimè degenerem pari jugo ſuſcipere non exhorreſcant.

ἴσχε ὦ φίλ' ἦλιε.

ALPHA-

ALPHABETUM
Gothicum, Runicum, &c.



Rgenteus codex, qui reliquis omnibus Teutonicis antiquitatibus fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit nomenq́; abſtulit, Literis utitur viginti & quinque; quarum Figuram ac Poteſtatem pro virili Philoteutonibus tradere conabor, ne quid neceſſarii ſubſidii requirant lecturi Monumentum multorum antehac elogiis celebratum, plurium deinde votis expetitum, ac tandem nutu auſpicioq́; incomparabilis Herois, nomine ac re Magni, publici juris factum. Tu interim, Lector, benè precare tantæ Virtuti, & ſupplex ora Deum opt. max. ut Celſiſſimo viro animum publico addictum augeat, animoq́; iſti quem longiſſimum habet vita progreſſum largiatur.

Prædictas quinque & viginti Literas ita notat codex Argenteus : 𐌰. 𐌱. 𐌲. 𐌳. 𐌴. 𐌵. 𐌶. h. ı *vel* ï. 𐌺. 𐌻. 𐌼. 𐌽. 𐌾. 𐌿. 𐍀. 𐍁. 𐍂. 𐍃. 𐍄. 𐍈. 𐍉. 𐍊. 𐍋. *Et quoniam earum Nomina nuſquam, quod ſciam, tradidit Antiquitas, proximum eſt ut ab earum Notatione ſtatim tranſeamus ad earum Poteſtatem inveſtigandam ex collatione cum linguâ Græcâ nec non cum iis linguis quas ex Gothicâ traductas eſſe conſtat. Cum Græcâ quidem; quòd pleraſque Gothici alphabeti Literas à Græcis petitas eſſe liqueat, quodq́; longè maxima ſermonis Gothici pars variam quandam antiquæ Græciæ dialectum præ ſe ferat. Cum aliis verò ex vetere Gothicâ traducibus, Angloſaxonicâ nempe, Cimbricâ, & Alamannicâ; quòd veriſimile ſit eas priſcam avitæ linguæ pronuntiationem in multis retinuiſſe.*

𐌰 *reſpondet Latino* A. 𐌰𐌳𐌰𐌼, Adam; *Luc.* III, 38. 𐌰𐍄𐍄𐌰 𐌽𐌰𐍃𐌰𐍂 𐌰𐌱𐍂𐌰𐌷𐌰𐌼 ïST: Pater noſter Abraham eſt; *Joh.* VIII, 39. 𐌰𐌲𐍂𐌽𐌳𐌹𐍈𐌰, Abyſſum; *Luc.* VIII, 31. 𐌰𐌹𐌷 𐍅𐌰𐌻𐌳𐌰𐌽𐌲𐌽𐌹: Habeo poteſtatem; *Joh.* XIX, 10. 𐌰𐌹𐌲𐌹𐌽𐌹𐍃 𐌼𐌴𐌹𐌽𐌹𐍃 𐍃𐌰 𐌷𐌰𐌻𐌱𐌰𐍄𐌰: Bonorum meorum dimidium; *Luc.* XIX, 8. 𐌰𐌹𐍆𐌽 ïNSANDGANDS:

Legationem mittens; *Luc.* XIV, 32. 𐌰𐌹𐌺 𐌽𐌷𐍄𐍅𐌾𐍂𐌽 𐌽𐍃𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐌳𐍃: Diluculo valdè surgens; *Marc.* I, 35. 𐌰𐌺𐌺𐍃 𐌱𐌰𐌻𐌾𐍈𐌹𐍃: Ager sanguinis; *Matth.* XXVII, 8. 𐌰𐍄 𐌹̈𐍃𐍄 𐌰𐍃𐌰𐌽𐍃: Adest messis; *Marc.* IV, 29.

𐌱 *respondet Latino* B. 𐌱𐌰𐌺𐌰𐌱𐌱𐌰𐍃, Barabbas; *Marc.* XV, 7. 𐌱𐌰𐌹-𐌰𐌹𐌻𐌶𐌰𐌱𐌽𐌰, Beëlzebul; *Matth.* X, 25. 𐌱𐌰𐌳𐌼𐍃 𐌽𐌱𐌹𐌻𐌰: Arbor mala; *Matth.* VII, 17. 𐌱𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽 𐌰𐌺𐌺𐌰𐌽: Ferre fructum; *Joh.* XV, 4. 𐌱𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽, Parere; *Luc.* I, 57. 𐌱𐌰𐌺𐌼, Gremium, sinus; *Luc.* VI, 38. 𐌱𐌰𐌺𐌽, Puer; *Luc.* I, 8. 𐌱𐌰𐌽𐌺𐌴𐍃, Civitas; *Matth.* V, 35. 𐌱𐌹𐌳-𐍄𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍅𐌰𐌺𐍈: Inventus est: *Luc.* XV, 24. 𐌱𐌹𐌳𐌲𐌰𐌽, Orare; *Matth.* VI, 5. 𐌱𐌰𐌹𐌽𐌳𐍃, Cœcus; *Joh.* IX, 20. 𐌱𐌺𐌹𐌳𐌳𐌰𐌽, Adducere; *Joh.* X, 16. 𐌱𐌺𐌽𐌽𐌰 𐌱𐌰𐌻𐌾𐍈𐌹𐍃: Fons sanguinis; *Marc.* V, 29.

𐌳 *respondet Græco* Γ *& figurâ & potestate, sicuti videre est in* 𐌳𐌰𐌹𐌰𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽, Gehennam; *Matth.* V, 29. 𐌳𐌰𐌻𐌴𐌹𐌻𐌰𐌹𐌰, Galilæa; *Marc.* I, 39. 𐌳𐌰𐍶𐌰𐌽𐌵𐍅𐌰𐌻𐌰𐌺𐌹𐍈, Gazophylacio; *Joh.* VIII, 20. 𐌱𐌰𐌽𐌰𐌹𐌽𐌰𐌹𐌺-𐌳𐌰𐌹𐍃, Boanerges; *Marc.* III, 17. 𐌰𐌳𐌳𐌹𐌰𐌽𐍃 𐌳𐌰𐌱𐌺𐌹𐌴𐌻: Angelus Gabriël; *Luc.* I, 26. 𐌳𐌰𐌳𐌳𐌰𐌽, Ambulare; *Joh.* VII, 1. 𐌳𐌰𐌺𐌰𐍃, Domus; *Marc.* III, 25. 𐌳𐌰𐌽𐌺𐌰𐌹, Tristes; *Matth.* VI, 16. 𐌳𐍈𐌰𐍃, Bonus, benignus; *Luc.* VI, 32. 𐌳𐍈𐌰𐌰𐌺𐌽𐌽𐌰𐍃, Nobilis; *Luc.* XIX, 12. 𐌳𐌺𐌴𐌹-𐌿𐌰𐌽, Comprehendere; *Marc.* XIV, 48. 𐌳𐌺𐌴𐍄𐌰𐌽, Flere; *Luc.* VI, 25. 𐌳𐌽𐌰𐌲𐌹, Sacerdos; *Luc.* I, 5. *Videtur autem hoc* 𐌳 *in Gothico alphabeto occupare locum quem* C *tenet in alphabeto Latino, propter singularem affinitatem literarem* C, G, K. *unde proprium nomen* Cajus *vel Gajus, Græcis est* Κάϊος. *Græcum quoque* κράββατος *Latinis est* Grabatum, *&c.*

𐌰 *respondet Latino* D. *ita* 𐌰𐌻𐍅𐌴𐌹𐌰 *est* David; *Marc.* XII, 36. 𐌰𐌻𐌹-𐌼𐍶𐌽𐌰𐌺𐍈𐍃, Dæmonia habentes; *Matth.* VIII, 28. 𐌰𐌹𐌰𐌱𐌽𐌻𐌰𐌽𐍃, Diabolus; *Luc.* IV, 3. 𐌰𐌹𐌳𐌹𐌼𐌽𐍃, Didymus; *Joh.* XI, 16. 𐌰𐌺𐌰𐌺𐌼𐌰𐌽𐍃, Drachmæ; *Luc.* XV, 8. 𐌰𐌻𐍈𐍃, Dies; *Joh.* IX, 4. 𐌰𐌽𐌷𐍄𐌰𐌺, Filia; *Matth.* IX, 18. 𐌰𐌽𐌽𐌴𐌹𐌽𐍃, Baptismus; *Luc.* XX, 4. 𐌰𐌽𐌺, Ostium; *Joh.* X, 7. 𐌰𐌽𐍄𐍃, Mortuus; *Marc.* IX, 26. 𐌰𐍶𐌼𐌲𐌰𐌽 𐍃𐌹𐌺 𐌽𐍃-𐍅𐌰𐌽𐌺𐌷𐍄𐌰𐌽𐌰: Justificare semet ipsum; *Luc.* X, 29. 𐌰𐌺𐌰𐍃𐍄𐌺, Potus; *Joh.* VI, 55. 𐌰𐌺𐌰𐌽𐌷𐍃𐌽𐍶𐍃, Fragmenta; *Joh.* VI, 12. 𐌰𐌺𐌹𐍄𐌺𐌰𐌽, Bibere; *Marc.* X, 38. 𐌰𐌺𐌹𐌽𐍃𐌰𐌽, Cadere; *Luc.* XVI, 17. 𐌰𐌽𐌻𐍈𐍃, Festus dies; *Joh.* VI, 4. 𐌰𐌽𐌼𐌱𐍃, Mutus; *Luc.* I, 22.

𐌴 *respondet Latino* E. *ita* 𐌴𐍃𐌰𐌹̈𐌰𐍃 *est* Esaïas; *Marci* VII, 6. *&, quod mirere, constanter eandem ubique scripturam retinet Argenteus codex quotiescunque*

hujus

hujus prophetæ nomen occurrit: nam in aliis nominibus propriis ab E *inchoantibus, Gothi vel præmittunt* h, *vel* E *mutant in diphthongum* ΛI. *unde quoque* Elias *eidem codici eſt* hELIAS *Lucæ* IX, 8. *ac paſſim alibi. at pro* Heliſæus *Lucæ* IV, 27. *ſcribitur* hΛILEISΛNΔ: *pro* Eliſabeth *Lucæ capite Primo pluries ſcribitur* ΛILEISΛBΛIψ: *in illâ denique genealogiâ quam D. Lucas habet capite Tertio manifeſta paſſim Gothici hujus idiotiſmi veſtigia elucent in* ΛINRS. ΛINRK. ΛIBΛIK, *pro* Ἐνὰς, Ἐνὰχ, Ἐβὲρ, *&c. Declinavit nempe maſcula gens illud grandioris ac ſonoræ pronuntiationis vitium, quod ob frequentiorem tenuis literæ concurſum* πολυίψιλον *vocabant Grammatici veteres. Neque tantùm in propriis nominibus* ΛI *pro* E *ſubſtituerunt Gothi, verùm etiam in compluribus nominibus ſubſtantivis ac verbis retinuerunt* Λ *loco illius* E *quod Angloſaxonibus perfamiliare. Ita* ΛRGIΛNS *dixere pro Angloſaxonico* enȝel, Angelus. ΛRIS *pro* eȝe, Timor. ΛLEϘE *pro* ele, Oleum. ΛNΔBΛhTS *pro* embihtmon, Miniſter. ΛNΔEIS *pro* ende, Finis. ΛKIΛN *pro* eꝑian, Arare. ΛSNEIS *pro* eꝑne, Mercenarius, *&c.*

Þ *reſpondet Latino* F *vel* PH. *ita* ÞΛΛΛIT *eſt* Phaleg; *Luc.* III, 35. ÞΛNNEΛ, Phanuël; *Luc.* II, 36. ÞΛKEISΛINS, Phariſæus; *Luc.* XVIII, 10. ÞILIPPUS, Philippus; *Joh.* VI, 7. ÞΛGINR, Gaudeo; *Joh.* XI, 15. ÞΛRK ïST: Utile eſt, conducit; *Luc.* XIV, 35. ÞΛIhN, Divitiæ, poſſeſſiones; *Marc.* X, 22. ÞΛIKRNNGE, Mons; *Luc.* III, 5. ÞΛN, Dominus; *Matth.* X, 25. ÞEKGΛNS, Inſidiatores; *Luc.* XX, 20. ÞIGΛN, Odiſſe; *Joh.* VII, 7. ÞILhΛN. RΛÞILhΛN, Sepelire; *Matth.* VIII, 21 *&* 22 ÞILAIRKΛ ϒLIΔEΔGINS: Spelunca latronum; *Marc.* XI, 17. ÞRN, Ignis; *Marc.* IX, 44.

G *licet in plurimis Argentei codicis locis videri poſſit idem olim ſonuiſſe quod tertium hujus Alphabeti elementum, frequenter tamen crediderim enuntiatum ut* J *conſonum; quomodo & ipſum* G *ante* E *vel* I *pronuntiant Franco-Galli. neque enim fortè temerè factum dixerim, quòd Argenteo codici* GRTΛ *eſt* ἰᾶται. *Matth.* V, 8. ΛIψΛIIEΛGR, εὐαγγέλιον. *Marc.* I, 1. GNΔΛIEI, Ἰδουμαῖοι. *Joh.* XI, 45. GNΔΛS, Ἰδοὺς. *Joh.* XII, 4. GΛEIKNS, Ἰάειρος. *Marc.* V, 22. GΛNNINS, Ἰωνὰ. *Luc.* III, 24. ïSKΛRGRTES, Ἰσκαριώτης. *Joh.* XIV, 22. KΛGΛÞΛS, Καϊάφας. *Joh.* XVIII, 14. MΛRGΛ, Μαρία. *Marc.* XVI, 1. ΛSSΛRGΛN, ἀσσαρίῳ. *Matth.* X, 29. SKΛNKNGRNR, σκορπίων. *Luc.* X, 19. *Quibus adde quòd paſſim obviam terminationem Infinitivorum Gothicorum in* GΛN *deſinentium Angloſaxones plerumque mutant in* ian: *cujus rei exempla paſſim occurrent Angloſaxonica monumenta non niſi leviter ac*

primis tantùm labiis delibantibus.

h *respondet Latino* H. *ita* **hELEI** *est* Heli; *Luc.* III, 23. **hER**, Her; *Luc.* III, 28. **hERRDES SA TAITRARKES**: Herodes tetrarcha; *Luc.* III, 19. *Adspirationem interim omittunt Gothi in isthac solemnis acclamationis formulâ quam, servatâ voce Hebræâ,* Hosanna *dicunt Euangelistæ: legas enim Marci* XI, 9. **RSANNA** *pro* ὡσαννά. *Minimè tamen eos ab hac adspiratâ literâ abhorruisse discimus ex immensâ copiâ vocabulorum ab eâ inchoantium, adeò quidem ut eam quoque consonantibus* **A. N. R.** *juxta patriæ consuetudinis usum præmiserint: ita* **hAhGANdANS** *sunt* Ridentes; *Luc.* VI, 25. **hAIBS** *vel* **hAIFS**, Panis; *Luc.* IV, 3. *Joh.* VI, 33 *&* 35. **hAINE**, Collis; *Luc.* III, 5. **hAIVA**, Monumentum sepulchrale; *Matth.* XXVII, 60. **hANPANdS. nShANPANdS**, Exiliens; *Marc.* X, 50. **hANTS**, Sors; *Luc.* I, 9. **hEIBIdA**, Suscepit; *Luc.* I, 54. **hEIdnMEI**, Sinistra; *Matth.* VI, 3. **hEWRASTAKEINS**, Scenopegia; *Joh.* VII, 2. **hAIFTNS**, Fur; *Joh.* X, 1. **hAIGANS WRINS**: Tabernacula tria; *Marc.* IX, 5. **hAInMANS**, Aures; *Marc.* VII, 35. **hNAIVEIW SIK SIABA**: Humiliat se ipsum; *Luc.* XVIII, 14. **hNASUGAIM VASTGRM**: Mollibus vestimentis; *Luc.* VII, 25. **hNEIVAN**, Declinare; *Luc.* IX, 12. **hRAINS**, Mundus, purus; *Matth.* VIII, 3. **hRAIVA ANBRNR RAGNK**: Turturum par; *Luc.* II, 24. **hRAMGIW**, Crucifigite; *Joh.* XIX, 6. **hRRPGAN**, Clamare; *Marc.* X, 47. **hRRT**, Tectum; *Matth.* VIII, 8. **hRNRRA**, Virgam; *Marc.* VI, 8. **hRNKIdA hANA**: Cantavit gallus; *Matth.* XXVI, 74. *Sed video me, pulchrâ quadam specie antiquitatis captum, ulteriùs processisse quàm instituti nostri ratio postulat; eoq; parciùs posthac istiusmodi exemplis insistam.*

ï *vel* **I** *referunt* Latinum I. *Sed prius illud* **ï**, *gemino in vertice puncto conspicuum, est litera initialis vel ipsius vocis, vel novæ in mediâ voce syllabæ: alterum verò* **I**, *in medio vel fine vocabulorum occurrens nullisq; supernotatum punctis, putandum est ad præcedentem aliquam Consonam vel Diphthongum arctè adeò adhærere, ut novæ syllabæ principium esse nequeat. Exempli gratiâ: Cum divus humani generis Sospitator dicit* Johannis XV, 1; **ïK ïM VEINATKIN WATA SNNGEINR**: Ego sum vitis illa vera; *prioris* **ï** *exempla præbent duo prima monosyllaba* **ïK ïM**. *alterius verò* **I** *exempla tria suppeditant tertium quintumq; hujus periodi vocabulum: & bis quidem pertinet ad Diphthongum* **EI**, *semel autem innexum est mediæ syllabæ* **TKIN**. *Ac punctati quidem* **ï** *plurima passim exemplа in singulis ferè Argentei codicis paginis occurrunt, & valdè conspicuum est quotiescunque in primâ*

primâ vocabulorum fronte collocatur: medii verò, quod rariùs occurrit ac minùs emicat, exempla ſunt 𐌰𐍆𐌰𐌽𐌹𐌰𐌹, Vexati; *Matth.* IX, 36. 𐌰𐌻𐌻𐌰𐌹𐌼, Omnium; *Luc. IV*, 20. 𐍈𐌰𐌹𐍄𐌴, Qui; *Marc.* IX, 1. 𐌲𐌻𐌹𐌱𐌽𐌶𐌰𐌽𐌳 𐍈𐌽𐌺 𐌰𐌹𐌺𐍈𐌰𐌹: Æquabunt te ſolo; *Luc.* XIX, 44. 𐌲𐌻𐌹𐌳𐌳𐌶𐌰 𐍃𐌹𐌺 𐌼𐌰𐌽𐌰𐌲𐌴𐌹: Convenit turba; *Marc. III*, 20. 𐌰𐍄𐌹𐌳𐌳𐌶𐌰 𐌳𐌰𐌻𐌰𐍈: Deſcendit; *Matth. VII*, 25. 𐌽𐍃𐌹𐌳𐌳𐌶𐌰, Abiit, exivit; *Marc. II*, 12. 𐌴𐍃𐌰𐌹𐌰𐍃, Eſaïas; *Marc. VII*, 6. 𐌿𐌹𐍈𐌹𐍈 𐌰𐌽 𐌰𐌽𐌳𐌰𐌺𐌰𐌹𐌹𐌽: Dicit Andreæ; *Joh.* XII, 22. 𐌴𐍃𐌰𐌴𐌹𐌹𐌽𐍃, Eſaïæ; *Joh.* XII, 38. 𐌷𐌰𐌹𐌻𐌴𐌹𐌹𐌽𐍃, Eliæ; *Luc.* I, 17. *Sed quoniam in duobus hiſce Genitivis ingrato quodam hiatu concurſus* I *geminati offendit aures, interpoſito* 𐌶 *duritiem hanc emollire ſtuduerunt. unde* 𐌰𐌱𐌹𐌶𐌹𐌽𐍃 *pro Genitivo* Abiæ *occurrit Lucæ* I, 5. *imò & pro Dativo* Eliæ *legas* 𐌷𐌴𐌻𐌹𐌶𐌹𐌽 *Marci IX*, 5. *& Lucæ* IX, 33. *Quod verò hanc literæ* 𐌹 *punctationem à Græcis deſumpſerint Gothi, comprehendimus ex communi receptoq; ſcribendi uſu quo etiamnum hodie* γραῦς *eſt* Anus. δαΐς, Fax, tæda. δμωΐς, Famula. ὄϊς, Ovis. ωρωΐ, Manè, *&c. nam longè ſe olim latiùs extendiſſe hanc punctandi rationem oſtendunt propinqui mei Iſaaci Voſſii perantiquæ membranæ Gloſſarii Græcolatini, capitalibus Græcis literis exarati, in quibus* ΪΛΗΘΥΪΑ *exponitur* Nixa. ΝΗΡΕΪΔΕΣ, Veneriæ. ΪΣΙΣ, Iſis. ΪΔΡΩΣ, Sudor. ΪΕΡΕΥΣ, Sacerdos. ΪΕΡΟΜΝΗΜΟΝ, Pontifex. ΪΚΤΕΡΟΣ, Aurugo. ΪΠΠΟΪΑΤΡΟΣ, Mulomedicus. ΪΣΟΣ, Æqualis. ΪΣΤΙΑ, Vela. ΪΧΝΟΣ, Veſtigium. ΪΧΘΥΕΣ, Piſces. ΜΗΤΡΥΪΑ, Noberca. ΜΥΪΑ, Muſca. ΟΪΣΤΟΣ, Sagitta. ΥΪΟΣ, Filius, *&c.*

𐌺 *reſpondet Latino atque Angloſaxonico* C. *Omnes etenim voces quas Angloſaxones paſſim à* L, *rariſſimè verò à* 𐌺 *inchoant, Gothi ſemper ſcribunt per* 𐌺. *ita* 𐌺𐌰𐌹𐍃𐌰𐌺 *codici Argenteo Lucæ II*, 1. *eſt* Cæſar. *item* 𐌺𐌰𐌹𐍃𐌰𐌺𐌹𐌰, Cæſarea; *Marc. VIII*, 27. 𐌺𐌰𐌽𐌰𐌽𐌴𐌹𐍄𐌴𐍃, Cananæus; *Marc. III*, 18. 𐌺𐌰𐍆𐌰𐌺𐌽𐌰𐌿𐌼, Capharnaum; *Matth.* XI, 23. 𐌺𐍅𐌺𐌴𐌹𐌽𐌰𐌹𐌽𐌼, Cyrenæum; *Marc.* XV, 21. 𐌺𐌰𐌲𐌰𐍆𐌰𐍃, Caïphas; *Joh. XVIII*, 14. 𐌺𐌰𐌹𐌳𐌺𐍂𐌽 𐍈𐍇 𐌺𐌹𐌽𐌽𐍂𐌽, Cedrum torrentem; *Joh. XVIII*, 1. *ita denique Angloſaxonicum* capa *eſt* 𐌺𐌰𐌺, Cura, ſollicitudo. capcæpn *eſt* 𐌺𐌰𐍂𐌺𐌰𐌺, Carcer. cann *eſt* 𐌺𐌰𐌽𐌽, Novi, ſcio. ceac *eſt* 𐌺𐌰𐌽𐌺, Urceus. cealð *eſt* 𐌺𐌰𐌻𐌳, Frigus, frigidus. ceapian *eſt* 𐌺𐌰𐌽𐌽𐍂𐌽, Negotiari. cinn *eſt* 𐌺𐌹𐌽𐌽, Mentum. cynn *eſt* 𐌺𐌽𐌽, Genus, generatio. cyrran *eſt* 𐌺𐌽𐌺𐌲𐌰𐌽, Oſculari. cytel *eſt* 𐌺𐌰𐍄𐌹𐌻, Cacabus. cneop *eſt* 𐌺𐌽𐌹𐍅, Genu. copn *eſt* 𐌺𐌰𐌽𐌺𐌽𐍇, Granum. cuð *eſt* 𐌺𐌽𐌽𐍃, Notus.

𐌻 *& figurâ refert capitalem illam Græcorum literam quam* λάμβδα *nuncupant, ac poteſtate reſpondet eidem* Λ *& Latino* L. *Argenteo itaque codici* 𐌻𐌻𐌹𐍅𐍅𐌹 *eſt*

Levi; *Marc. II*, 14. ΛΛΙΓΛΙϗΝ, Legio; *Marc.* V, 9. ΛΛΜΛΙΚ, Lamech; *Luc. III*, 36. ΛΛΖΛΚΗS, Lazarus; *Joh. XII*, 1. ΛϗΔ, Lot; *Luc. XVII*, 29. ΛϒSΛΝΙΛΝ, Lysaniâ. *Luc. III*, 1. ΛΛΠϜ, Folia; *Marc. XI*, 13. ΛΛΠΝ, Merces; *Matth. VI*, 1. ΛϵΙΚ, Corpus; *Matth.* V, 29. ΛϵΙΤΙΛ, Pusillus; *Luc.* XIX, 3. ΛΙϐΛΙΝS, Vita; *Joh.* XIV, 6. ΛΙΓϏ, Lectus; *Matth.* IX, 2. ΛΙΠϐΛ, Dilectus; *Marc.* I, 11. ΛΙΠΓΝ, Mendacium; *Joh. VIII*, 44. ΛΙΠhΛΨ, Lux, lumen; *Joh.* VIII, 12. ΛΠΚΛϏΝ, Lucerna; *Matth.* VI, 22. ΛΠSTϑΠS, Concupiscentiæ, *Marc.* IV, 19.

Μ *respondet Latino* M. ΜΛΛϵΙΛΙϵΛ, Malaleël; *Luc.* III, 37. ΜΛΛΚΗS, Malchus; *Joh.* XVIII, 10. ΜΛϏϑΛ SϗΜΛΓΔΛΛϵΝϵ: Maria Magdalene; *Matth.* XXVII, 56. ΜΛϏΨΛ, Martha; *Joh.* XI, 20. ΜΛΨΨΛΙΠ, Matthæum; *Matth.* IX, 9. ΜϗSϵS, Moses; *Matth.* VIII, 4. ΜΛΓΛΨ, Virgo; *Luc.* I, 27. ΜΛΓϑΛΠ, Possum; *Matth.* IX, 28. ΜΛΓΠΛΛ, Puerulus; *Joh.* VI, 9. ΜΛΓΗS, Puer; *Luc.* II, 43. ΜΛhTS, Potentia; *Matth.* VI, 13. ΜΛΛΜ, Arena; *Matth.* VII, 26. ΜΛΜΜϗΝΙΝ SΚΛΛΚΙΝϗΝ: Mammonæ servire; *Matth.* VI, 24. ΜΛΝΝΛ ΜΛΤΙΔϵΔΗΝ: Manna manducaverunt; *Joh.* VI, 31. ΜΛΝΝΛ, Homo; *Luc.* XX, 9. ΜΛϒΙ, Puella; *Luc.* VIII, 54. *&c.*

Ν *respondet Latino* N. ΝΛϵΝ *est* Naïn; *Luc.* VII, 11. ΝΛΙΜΛΝ SΛ SΛΠϏ: Naaman Syrus; *Luc.* IV, 37. ΝΛΚϗϏ, Nachor; *Luc.* III, 34. ΝΛΨΛΝ, Nathan; *Luc.* III, 31. ΝΛΠϵΛ, Noë; *Luc.* XVII, 26. ΝΛΖΛΚΛΙΨ, Nazareth; *Marc.* I, 9. ΝΛΖϗΚΛΙΝS, Nazaræus; *Marc. X*, 47. ΝΙΚΛΠΔϵΜΗS, Nicodemus; *Joh.* VII, 50. ΝΛΛΤ, Commissura vestis; *Luc.* V, 36. ΝΛhTS, Nox, *Joh.* IX, 4. ΝΛΜϗ, Nomen; *Matth.* VI, 9. ΝΛΚΔΛΝSΠΙSTIKϵINIS ϐΛΛSΛΝIS ΠΠΝΔ: Nardipistici unguenti libram; *Joh.* XII, 3. ΝΛSϑΛΠΔ, Salvator; *Luc.* II, 11. ΝΛTI, Rete; *Marc.* I, 16. ΝΛUΛΨS, Nudus; *Marc.* XIV, 52. ΝΛΠS, Mortuus; *Luc.* VII, 12. *&c.*

Ϗ *nunquam non respondet* O *Latino, sive sit Interjectio & solitariè ponatur, sive sit initialis litera Propriæ alicujus vel Appellativæ vocis. Interjectio* Ϗ *aliquando significat Indignationem, exprimitq; Græcum* ὦ. *ut* Ϗ ΚΠΝΝΙ ΠΝΓΛΛΛΠϐϑΛΝΔϗ: O generatio incredula; *Marc.* IX, 19. *Aliquando verò denotat Insultationem irrisionemq;, ac pro* ὀυὰ *usurpatur.* Ϗ SΛ ΓΛΤΛΙΚΛΝΔS Ψϗ ΛΛh: Vah qui destruis templum; *Marc.* XV, 29. *Initiale verò* Ϗ *similiter valere*

lere O *Latinum*, *discimus ex sequentibus*. ϩⲃⲉⲓⲁ *est* Obed; *Luc.* III, 32. ϩⲥⲁⲛⲛⲁ ⲓ̈ⲛ ⲏⲁⲛⲏⲓⲥⲧϩⲁⲙ: Hosanna in excelsis; *Marc.* XI, 10. ϩⲅⲁⲛⲁⲥ ⲅϩⲯ: Timens Deum; *Luc.* XVIII, 2. *Ut ut verò vetustissimi Gothorum innumeras voces concinnè satis in* ϩ *terminaverint (quam eorum terminationem exinde retinuerunt Theotisci, ac secuti sunt Hispani atq; Itali) videntur tamen ipsum illud* ϩ, *ut obscurum nimis, rarissimè in vocabulorum initiis adhibuisse, & initiale* ϩ *juxta aversati atque* ⲉ. *nam, sicuti supra monuimus, omnia ferè vocabula Anglosaxonica*, ⲉ *initiale habentia, Gothis ut plurimùm ab* ⲁ *vel* ⲁⲓ *inchoari; ita quoque hoc in loco monendum iisdem Gothis ubique ferè* ⲛ, *sæpiùs tamen* ⲁⲛ *usurpari pro initiali* O *Anglosaxonico. Ita Anglosaxonum* oꝼeꝛ, Supra, *Argenteo codici est* ⲛⲉⲁⲕ. oꝼꝛ, Sæpè, *est* ⲛⲉⲧϩ. olꝼenꝺ, Camelus, *est* ⲛⲁⲃⲁⲛⲁ. *At* ⲁⲛ *habes in* ⲁⲛⲏⲛ *pro* oꝼn, Clibanus, fornax. ⲁⲛⲏⲥ *pro* ox, Bos. ⲁⲛⲕⲕϩⲉ *pro* oꝛc, Genus vasis. ⲁⲛⲕⲧⲓⲅⲁⲕⲁⲥ *pro* oꝛceaꝛꝺ *vel* oꝛcꝫyꝛꝺ, Hortus, *&c.*

Π *& figurâ refert capitalem illam literam Græcam quam* Pi *appellant, & potestate respondet eidem, sicuti &* Latino P. *unde Argenteo codici* ⲡⲁⲓⲧⲕⲏⲥ *est* Petrus; *Marc.* III, 16. ⲡⲁⲛⲛⲧⲓⲁⲛ ⲡⲉⲓⲗⲁⲧⲁⲛ ⲁⲛⲁⲉⲛⲗⲏⲛⲛ ⲓ̈ⲛⲁ: Pontio Pilato tradiderunt eum; *Matth. XXVII*, 2. ⲡⲁⲕⲁⲕⲗⲉⲧⲏⲥ, Paracletus; *Joh. XIV*, 26. ⲡⲁⲕⲁⲥⲕⲁⲓⲩⲉ, Parasceve; *Marc. XV*, 42. ⲡⲁⲥⲕⲁ, Pascha; *Luc.* II, 41. ⲡⲕⲁⲛⲉⲧⲉⲥ, Propheta; *Marc.* VI, 15. ⲡⲁⲛⲕⲡⲁⲛⲕⲁⲓ ϩⲁⲏ ⲃⲏⲥⲥⲁⲛⲙ ⲅⲁⲩⲁⲥⲓⲁⲥ ⲩⲁⲥ: Purpurâ & bysso induebatur; *Luc.* XVI, 19. ⲡⲏⲛⲁ̀ ⲃⲁⲗⲥⲁⲛⲓⲥ ⲉⲓⲗⲏⲅⲁⲗⲁⲛⲃⲓⲥ: Libram unguenti pretiosi; *Joh.* XII, 3.

⊙ *putatur exprimere illud* Q *quod Græci ignorant, & cujus loco Anglosaxones plurimùm usurpant* cp. *ita* cpacian *iis est* Tremere. cpealm, Pestilentia, lues. cpen, Mulier. cpencan, Extinguere. cpeꝛn *vel* cpyꝛn, Mola. cpeðan, Dicere, loqui. cpic, Vivus. cpinan, Tabescere, *&c. quorum pleraque Cimbri exprimunt per* ⲣⲛ. *Latini, Franci, Franco-Galli, Itali, Hispani, Angli, Dani, superiores atq; inferiores Germani utuntur literâ* Q *ante* V, *fatenturq; potestatem duarum literarum* C *&* V, *vel (quod eodem recidit)* K *&* V *complecti. Quamobrem quoque viri longè doctissimi censent perperam scribi* Quis, quia, quum, *pro* Qis, qia, qum: *supervacuum enim putant* V *adscribere literæ ipsum illud* V *comprehendenti; nisi fortè sequatur adhuc* V *alterum. Cæterùm nos hæc aliis discutienda relinquimus; contenti hoc in loco monuisse, quomodo* Latinum Qu *in Novo fœdere soleat reddi.* Quadrans *nimirum est* κοδράντης *Matth. V*, 26. *sicuti &* Marc. *XII*, 42. Quartus, *nomen proprium est* Κούαρτος, *Rom. XVI*, 23. *Plura id genus*

genus in scriptoribus Græcis passim occurrunt, quæ referre supersedeo. Utrum verò Gothicum ⊙ *omni ex parte respondeat literæ* Q, *nondum satis mihi liquet; quoniam Argenteus codex non pauca legenti suppeditat vocabula quæ huic literæ non tam videntur tribuere duriorem illum sonum quem* Q *habet, quàm leniorem aliquam adspirationem qualis deprehenditur in Anglosaxonico* hp, *vel Anglico* **wh**. *Ita pro* ⲁⲁⲅⲁⲟⲁⲙⲙⲉⲏ, Quotidie, *Anglosaxones dicunt* dæghpamlice. *atque ubi Argenteus codex Lucæ XIX*, 47 *habet*, ⲩⲁⲥ ⲗⲁⲓⲥⲅⲁⲛⲁⲥ ⲁⲁⲅⲁⲟⲁⲙⲙⲉⲏ ⲓ̈ⲛ ⲯⲓⲍⲁⲓ ⲁⲗⲏ: Erat docens quotidie in templo; *legas in translatione Anglosaxonicâ*, he pær dæghpamlice on ðam temple læpende; *Pro* ⊙ⲁⲛ, Quando, *Anglosaxones* hpænne *dicunt*, *Angli* **when**. *atque ubi Lucæ XVII*, 20 *legimus* ⲉⲕⲁⲓⲏⲁⲛⲁⲥ ⲯⲁⲛ ⲉⲕⲁⲙ ⲉⲁⲕⲉⲓⲥⲁⲓⲛⲙ. ⊙ⲁⲛ ⲙⲓⲙⲓⲯ ⲯⲓⲛⲁ ⲁⲛⲅⲁⲕⲁⲓ ⲅϫⲯⲥ: Interrogatus autem à Pharisæis, Quando venit regnum Dei? *Anglosaxonica versio habet*, Ða acrodon hine ða Farirei hpænne Godes rice come. *Anglica*, **Then demanded of him the Pharisees when the kingdom of God should come**. *Pro* ⊙ⲁⲕ, Ubi, *Anglosaxones* hpar, *Angli* **where** *dicunt*. *unde illud Argentei codicis Lucæ* XVII, 17; ⲯⲁⲓ ⲛⲓⲛⲛ ⊙ⲁⲕ, Novem ubi? *Anglosaxonica translatio reddit*, hpar rynd ða nigone. *Anglica*, **Where are the nine**? *Pro* ⊙ⲁⲯⲁⲕ, Quid *vel* Utrum, *de duobus*, *Anglosaxones* hpæðer *dicunt*, *Angli* **whether**. *unde Lucæ* V, 23; ⊙ⲁⲯⲁⲕ ⲓ̈ⲥⲧ ⲁⲍⲉⲧⲓⲍϫ ⲙⲓⲯⲁⲛ: Quid est faciliùs dicere? *Anglosax.* hpæðer ir eðre to cpeðenne. *Angl.* **Whether is easier to say**? *Pro* ⊙ⲓⲗⲉⲓⲕⲥ, Quis, qualis, *quod habet Argenteus codex Matth.* VIII, 27; *Anglosaxones dicunt* hpilc. *Angli* **which**. *Pro* ⊙ⲁⲓⲧ, Frumentum, *Anglosaxones dicunt* hpæt. *Angli* **wheat**. *Ita Johannis* XII, 24; ⊙ⲁⲓⲧⲉⲓⲥ ⲕⲁⲛⲕⲛϫ, Frumenti granum, *in translatione Anglosaxonicâ redditur* hpætene corn. *in Anglicâ*, **wheat corn**. *Pro* ⊙ⲉⲓⲧⲁ, Albus, *quod occurrit Lucæ* IX, 29. *Anglosaxones dicunt* hpit *vel* hpita. *Angli* **white**. *Scoti (quod etiam huc facere videtur)* **quhyte** *scribunt*. *Ita Gawinus Douglas episcopus Dunkellensis, uberrimi vir ingenii, in prologo* IX *Æneid. translationis illius Virgilianæ quam edidit anno* M D LII. **The black craw thinkis his awin birdis quhyte**. *Iidem quoque Scoti pro Anglosaxonico* hpelp, Catulus, *scribunt* **quhalp**. *pro* hpiðer, Quò? **quhether**. *pro* hpær, Ubi, **quhair**. *pro* hpæt, Quid? **quhat**. *pro* hpile, Dum, **quhile**. *pro* hpy, Quare? **quhy**. *pro* hpilc, Qualis? **quhilk**, *&c.* *Pro* ⊙ⲉⲓⲗⲁ, Hora, spatium temporis, *quod passim habet Argenteus codex*, *Anglosaxones dicunt* hpile. *Angli* **while**. *Unde eidem quoque codici Argenteo Marci* IV, 17 ⊙ⲉⲓⲗⲁⲟⲁⲓⲕⲃⲁⲓ *vocantur* Temporales, *i. e. ad tempus tantùm credentes*. *Anglosaxonicæ versioni isthoc in loco* unrtaðolfærte, *alibi verò* hpil-

hpilpendlice *dicuntur*. *atque ut* hpilpendlic *istud est à* hpil, Momentum temporis, *&* pendan, Mutari, unde veneras redire: *ita quoque* ⊙ЄIΛΑΚΑIΚΒΑI *dicti à præcedente* ⊙ЄIΛΑ, *& illo* ⊙ΑΚΒΑΝ *vel* ⊙ΑIΚΒΑΝ *quod Argenteo codici est* Ire, præterire, transire. *& pro quo Anglosaxones* hpeopꝼan *vel* hpẏpꝼan, *Theotisci* uuerben *vel* huuarben *dicunt. Ab eodem interim* ⊙ΑΚΒΑΝ *ipsi quoque posteriores Sueogothi (quod mihi hoc in loco palmarium est) deprehenduntur* Commune populi concilium warb *vel* warph *dixisse, & ipsi quoque priscam hanc literam in* W *commutantes. Omnino vide Glossarium in* ⊙ΑIΚΒΑΝ. *Cæterùm ut hæc, meo quidem judicio, satis evincunt Gothicum* ⊙ *in vocabulorum initio leniorem olim habuisse pronuntiationem, ita quoque eundem ei sonum in medio vel fine vocabulorum tribuet, quisquis animum suum intendet in verbum* SΑI⊙ΑΝ *vel* ΓΑSΑI⊙ΑΝ, Videre, *sicuti & in ejus Præt. perf.* ΓΑSΑ⊙, Vidit, *quod occurrit Marc.* I, 10. *& Luc.* I, 22. *ubi Anglosaxonica translatio habet* ȝeꝼeah, *Theotisca* gisah. *Belgica denique* sach *vel* gesach. *neque enim leniorem hanc terminationem Præteriti perfecti servâssent idiomata ex vetustissimâ linguâ traducta, si finale illud* ⊙ *potestatem habuisset* Q *literæ, prout nunc eam pronuntiamus. Fortassè quoque antiquam literæ* Q *pronuntiationem vel potestatem nonnihil illustrat, quod Anglosaxonicum* cpic, Vivus *in glossis Alamannicis frequenter scribitur* quic / quec / chuich / qhuecc / *&c.* quicca fe / Animalia; *gl Lipsii.* quecselver / Humectum, quod vulgo vocant Argentum vivum; *gl D*, 14. archuicche / Refoveat; *gl B*, 46. auur erquhichit / Redivivum; *gl C*, 15. qhuec mardaro. fleisc quecchaz / Caro viva; *gl B*, 11. *Plura his similia mox adferemus in literâ* U.

K *respondet Latino* R. ΚΑΒΒΑΝΝΕI, Rabboni; *Marc.* X, 51. ΚΑΒΒΕI ΚΑΒΒΕI, Rabbi Rabbi; *Marc.* XIV, 45. ΚΑΓΑΝ, Ragau; *Luc.* III, 35. ΚΑΓΙΝΕIS ΓΝΑS, Decurio nobilis; *Marc.* XV, 53. ΚΑhΝΕIΨ ΜΑΝΥI: Computat sumptus; *Luc.* XIV, 38. ΚΑhΝIΨS ΥΑS ΜIΨ ΝΝSIΒGΑIΜ: Reputatus est cum iniquis; *Marc.* XV, 28. ΚΑIhΤΑΒΑ, Rectè; *Luc.* VII, 43. ΚΑΚΑ, ῥακὰ, Convitium in stuporem; *Matth.* V, 22. ΚΑSΤΑ ΑIΝΑ: Miliare unum; *Matth.* V, 41. ΚΑΨΓΧΝ ΝSΓIꝼ: Rationem redde; *Luc.* XVI, 2. ΚΑΨIΖΧ ÏST: Facilius est; *Luc.* XVIII, 25. ΚΑΝΠGΑΝ ΑhSΑ: Vellere spicas; *Marc.* II, 2. ΚΑΝS, Arundo; *Luc.* VII, 24. ΚΑΖΑΑ, Loquela, sermo; *Matth.* XXVI, 73. ΚΑΖΝ, Domus; *Marc.* XI, 17. ΚΝꝼΑΝS ΑΤΤΑΝ: Rufi patrem; *Marc.* XV, 21.

S *respondet Latino* S. SΑΒΒΑΤΧ, Sabbatum; *Marc.* II, 17. SΑΜΑ-

 ΚIΑ,

ᚱᛁᛅ, Samaria; *Luc.* XVII, 11. ᛋᚨᛏᚨᚾᚨᛋ, Satanas; *Marc.* III, 23. ᛋᚨᚾᛏᚨᚾᛘᚨ, Sodoma; *Luc.* XVII, 29. ᛋᚨᚾᛚᚨᚾᛘᛦᚾ, Salomon; *Matth.* VI, 29. ᛋᚨᚿᚴ, Syrus; *Luc.* IV, 27. ᛋᛖᚨᛁᚴᚿᚨᚨᛏᛦᚱ, Spiculator; *Marc.* VI, 27. ᛋᛁᛦᚾ, Sion; *Joh.* XII, 15. ᛋᛘᚨᛁᛦᚾ, Simeon; *Luc.* II, 25. ᛋᚨᛏ ᛁᛏᚨᚾ: Implere ventrem; *Luc.* XV, 16. ᛋᚨᛁᚨᚾ, Serere; *Marc.* IV, 3. ᛋᚨᛁᛟᚨᚾ, Videre; *Luc.* VII, 24. ᛋᚨᛁᛘᚨᚨᚨ, Anima; *Luc.* I, 46. ᛋᚨᚨᛒᛦᚾ, Unguere; *Marc.* XIV, 8. ᛋᚨᚨᛏ, Sal; *Marc.* IX, 15. ᛋᚨᚾᛏᚴᚨᚾ, Mittere; *Luc.* XX, 11. ᛋᚨᚿᚿ, Redemptio; *Luc.* X, 45. ᛋᚨᚿᚴᚴᚨ, Dolor, triſtitia; *Joh.* XVI, 20. *&c.*

ᛏ *reſpondet Latino* T. ᛏᚨᛁᛏᚴᚨᚱᚴᛖᛋ, Tetrarcha; *Luc.* IX, 7. ᛏᚨ-ᚨᛖᛁᛘᚨ, Talitha; *Marc.* V, 41. ᛏᛖᛁᛒᚨᛁᚴᛁᚿᛋ, Tiberius; *Luc.* III, 1. ᛏᚨᚱᚨᚨ ᚺᚨᚿᛒᛁᛏᛁᛋ: Capilli capitis; *Matth.* X, 30. ᛏᚨᚱᚴᛁᛏᚨ, Lachrymatus eſt; *Joh.* XI, 35. ᛏᚨᚺᚴᚨᚿᛏᛋ ᛁᚿᚨ: Diſcerpens eum; *Marc.* IX, 26. ᛏᚨᛁᚺᛋᛘᛦ, Dextra; *Matth.* VI, 3. ᛏᚨᛁᚴᚿᛋ, Signum; *Luc.* II, 12. ᛏᚨᛁᚿᛋ, Palmes; *Joh.* XV, 4. ᛏᚨᚨᛉᚴᚨᚿᛏ, Præceptor; *Luc.* V, 5. ᛏᚨᚿᚴᚨᚾ, Agere, facere; *Matth.* VI, 1. *&c.*

ᚦ *reſpondet Latino* TH, *Græco* Θ, *Angloſaxonico* Ð. ᚦᚨᛏᛏᚨᛁᚿᛋ, Thaddæus; *Marc.* III, 18. ᚦᛁᚨᚿᛖᛁᚨᚿᛋ, Theophilus; *Luc.* I, 3. ᚦᚨᚴᛁᚿᛋ ᛋᚿᚿᚨᚿᛋ: Tharæ filii; *Luc.* III, 34. ᚦᛦᛘᚨᛋ, Thomas; *Joh.* XI, 16. ᚦᛘᛁᚨᛘᛁᚿᛋ ᛟᛖᛁᚨᛚᛁ: Incenſi horâ; *Luc.* I, 10. ᚦᚨᚱᚴᚨᚾ, Cogitare; *Luc.* V, 21. ᚦᚨᚺᚨᚿᛏᛋ, Tacens; *Luc.* I, 20. ᚦᚨᛁᚺ, Proficiebat; *Luc.* II, 52. ᚦᚨᛁᚱᚴᛋ ᚿᛖᚦᚨᛦᛋ: Foramen acus; *Marc.* X, 25. ᚦᚨᚱᛖ, Neceſſe habeo; *Luc.* XIV, 18. ᚦᚨᚿᚴᛒᚿᚿ ᛁᛞᚴᛖᛁᚱᛦᛋ: Indigent pœnitentiâ; *Luc.* XV, 7. ᚦᚨᚿᚴᚿᚴᚿᛋ, Spinæ; *Marc.* IV, 7. ᚦᚨᚿᚴᛋᛖᛁᚦ, Sitit; *Joh.* VI, 35. ᚦᚨᚿᚴᛋᚿᛋ, Aridus; *Luc.* VI, 6. *&c.*

ᚿ *reſpondet Latino* U. *Ita* ᚿᛖ *Gothis eſt* Sub: *unde* ᚿᛖ ᛋᚴᚨᛞᚨᚿ ᛁᛋ: Sub umbrâ ejus; *Marc.* IV, 32. ᚿᛖᚨᚱ *eſt* Super: *unde* ᚿᛖᚨᚱᚨᛋᛋᚨᚿ ᚺᚨᛒᚨᚿᛞ ᚺᚨᚨᛁᛒᛖ: Abundant panibus; *Luc.* XV, 17. ᚿᛖᚨᚱᚴᚿᛞ-ᚴᚨᛘ ᚨᛏᛏᛁᛒᚨᛞᚨ: Principibus ſacerdotum tradetur; *Marc.* X, 33. ᚿᛖᚨᚱᛘᛖᚨᛁ: Titulus; *Marc.* XV, 26. ᚿᛖᚨᚱᛋᛏᛁᚴᚿᚿ ᚦᚨᛁ ᚦᚨᚿᚴᚿ-ᚴᚿᛋ: Aſcenderunt ſpinæ; *Marc.* IV, 7. ᚿᚿ *in compoſitione eſt Negativum: unde* ᚿᚿᚨᛏᛖᛁᚿ *eſt* Sinè timore; *Luc.* I, 74. ᚿᚿᛒᚨᛁᚴᚨᚿᛞᛋ, Non ferens fructum; *Luc.* III, 9. ᚿᚿᛒᚨᚱᚿᚨᚺᛋ, Qui ſinè liberis eſt; *Luc.* XX, 28. ᚿᚿᛒᚴᚿᚴᚴᚨᛁ, Inutiles; *Luc.* XVII, 10. ᚿᚿᚺᚨᛁᚨᚨᚿᛋ, Malè habentes; *Luc.* V, 31. ᚿᚿᚴᚨᚱᚴᚨᚿᛋ, Securi; *Marc.* IV, 15. ᚿᚿᚨᛖᛞᚨᛁ, Pau-

Pauperes; *Matth.* XI, 5. ᚾᚾᛊ᛫ᛚ, Nequam; *Matth.* VI, 23. ᚾᚾᛊᚠ᛫ᚴᛊ, Sinè honore; *Marc.* VI, 4. ᚾᚾᚾᛊᛚᚨᛁᛊᛁᚠᛊ, Qui non didicit; *Joh.* VII, 15. *&c.*

ᚢ *Nescio quod nomen prisca gens Gothorum indiderit huic literæ. Potestas verò ejus videtur eadem cum sequente* ᚠ. *Nisi fortè aliud inter utramque discriminis in sono putemus observâsse Anglosaxones atque Alamannos; quorum hi pleraque voces Gothicas ab hac literâ incipientes, ut plurimùm à* q *vel* qh *vel* ch *inchoant; illi verò à* cp. ᚢᛁᚾᚷ *certè, item* ᚢ᛫ᛁᚾᛊ *vel* ᚢ᛫ᚾᛊ *Argenteo codici passim vocatur* Mulier, femina. *Anglosaxones* cpen *dicunt; Alamanni* quena *vel* chuena. *ita legimus Hymno XIX,* 6; angil forachunidit chuenom / Angelus prædicit mulieribus. ᚢᛁᚦᚨᚾ *Argenteo codici est* Dicere. *Anglosaxones* cpe᛫ðan *dicunt; Alamanni* queden / *ac sæpiùs* chueden / qhueden / quheden *scribunt, initiale* q *diversis modis adspirantes.* Dicere, qhuuedan. Dicit, qhunidit. Dicam, qhuidu. Dixi, qhuad ih. Dicat, qhuede. Dicens, qhuedanti. Dicto versu, kachuetanu verse / *&c. Kero.* Benedicimus te; uuelaquhedemes thih. *Hymn. XXVI,* 12. Refello, ferqhuido. Renuit, ferquhat. *gl C,* 15. Adserit, qhuidit. festinot. *gl C,* 3. Condictum, samanqhuit. *gl B,* 7. Præfatus, foraquhetan. *gl C,* 11. Sententia, kaqhuit. *Kero.* Multifariè, manegen quhitin. *gl C,* 6. Tropus, mez quhitio. *gl C,* 20. Verborum tenus, so so quhidu. *gl C,* 21. Verbi gratiâ, so so quhido. *Appendix glossarii C.* ᚢᛁᛗᚨᚾ *Argenteo codici est* Venire. *Anglosaxones* cuman *dicunt. Alamanni* comen / quemen / chuemen / qhumen / *similiter variè.* Venire, qhuueman. Veni, qhuuam. Venerunt, qhuamun. Venite, qhuemat / *&c. Kero.* Pervenit, qhuam. *Hymn. XX,* 3. Venisti, chuami. *Hymn.* VI, 4. Adveniat regnum tuum, az quheme richi dinaz. *Hymn.* II, 7. Advena, chuuemaner. *gl B,* 1. Venturus, chumftiger. *Hymn.* I, 7. VI, 1. XXVI, 8. Posteritas, aftarchumft. *gl B,* 38. naqhumft, Successio. *gl B,* 49. Prodeunti, furiquhementi. *gl C,* 13. ᚢᛚᛁᚴᚾᛊ *Argenteo codici est* Mola. *Anglosaxones* cpe᛫n *dicunt. Alamanni* chuuern. ᚠᚱᚳᚢᛁᛊᛏᚷᚨᚾ *Argenteo codici est* Perdere, dissipare, consumere. *Teutones* quisten / verquisten *dicunt.*

Cæterùm sicuti ex jam dictis manifestum est ᚢ *initiale Anglosaxonibus per* cp, *Alamannis verò per* ch *vel* q *aspiratum exprimi, ita quoque discimus ex sequentibus illud ipsum* ᚢ *quandoque etiam in medio vocum Anglosaxonibus persæpè valere* c, *Alamannis verò* c *vel* ch. *Ita* ᚾᚳᚢᛚᚦᛊ, Nudus, *Anglosaxonibus est* nacod. *Alamannis* naccot / nachet / nahhut. *Similiter* ᚳᚢᛁᛉᛁ, Securis, *Anglosaxonibus dicitur* acaxe. *Alamannis* acus / achus. *Manifestè quoque* ᚢ *illud in mediis vocibus refert potestatem duplicis* V. *neque enim video quomodo aliter aut accipi aut legi possint* ᚾᚳᚢᛚᚦᛊ *&* ᚳᚢᛁᛉᛁ. *item* ᚠᚴᚳᛁᚢᚷ, Prava; *Luc.* III, 5.

ΓΛΥΙΠΝΧΑΛ, Revixit; *Luc.* XV, 35. ΣΠΓΥΠΝ, Mergebantur; *Luc.* V, 7. ΣΤΙΓΥΛΝ ΑΠ ΥΙΓΛΝΝΛ, Committere bellum, inire prælium; *Luc.* XIV, 31. ΓΛΥΠΜΨΛ, Synagoga; *Joh.* XVIII, 20. *quod manifestè est ex* ΓΛΥΙΜΛΝ, Convenire, congregare.

Υ *respondet Anglosaxonico* ƿ, *vel duplici* V. *Aliquando etiam exprimit Græcum* υ ψιλὸν, V tenue. *Anglosaxonicum* ƿ *exprimit in principio, medio, & fine quorundam vocabulorum Gothicorum. In principio: ut* ΥΛΙΛΛ, Benè; *Marc.* VII, 6. ΥΛΙΚΨΣ, Dignus; *Matth.* VIII, 8. ΥΛΠΚΚΘΛΝ, Operari; *Joh.* IX, 4. ΥΕΓΣ, Motus; *Matth. VIII*, 24. ΥΕΙΝ, Vinum; *Luc.* V, 37. ΥΙΓΣ, Via; *Joh.* XIV, 6. ΥΙΛΘΛ, Voluntas; *Matth.* VI, 10. ΥΙΝΑΣ, Ventus; *Marc. IV*, 39. ΥΙΝΤΚΠΣ, Hyems; *Joh.* X, 22. ΥΙΤΛΝ, Scire; *Marc. VII*, 24. ΥΧΑΣ, Dæmoniacus, *propriè* Rabidus, furibundus; *Marc.* 5, 18. ΥΚΧΗΘΛΝ, Accusare; *Luc. VI*, 7. ΥΠΛΕΣ, Lupus; *Joh.* X, 12. ΥΠΛΨΠΣ, Gloria; *Matth. VI*, 13. *Compluria quæ hoc in loco, prout occurrebant, congessi exempla, cum similibus atque idem significantibus vocabulis Anglosaxonicis contendam, ut ex earum comparatione liqueat Gothorum* Υ *respondere Anglosaxonico* ƿ, *ac simul etiam ex pauculis hisce deprehendat Lector miram Anglosaxonicæ linguæ cum Gothicâ vetere convenientiam: siquidem* pel *vel* pell *Anglosaxonibus est* Benè: peoꞃð. puꞃð. pyꞃð, Insignis, omni honore dignus. peoꞃcan. pyꞃcan, Operari. peȝan, Movere. pin, Vinum. peȝ, Via, pilla. Voluntas. pinð, Ventus. pinteꞃ, Hyems. pitan, Scire. poð, Insanus. pꞃeȝan, Accusare. pulƒ, Lupus. pulðoꞃ, Gloria, *&c. Locum quoque habet hæc litera in medio vocum Gothicarum, & in fine. In medio: ut* ΑΛΥΕΙΑ, David; *Marc.* XII, 36. ΛΛΙΥΥΙ, Levi; *Luc.* V, 27. ΒΛΝΑΥΘΛΝ, Innuere; *Luc.* I, 22. ΜΛΝΥΘΛΝ, Parare, præparare; *Luc.* I, 17. ΛΓΓΥΠ ΑΛΠΚ, Angusta porta; *Matth.* VII, 14. ΣΙΓΓΥΛΝ ΒΧΚΧΣ: Legere librum; *Luc.* IV, 16. ΝΙ ΨΛΤΛ ΠΣΣΠΓΓΥΠΑ: Nec hoc legistis? *Luc.* VI, 3. ΣΥΠΜΣΛ, Natatorium; *Joh.* IX, 7. *In fine: ut* ΛΙΥ, In æternum; *Joh.* X, 28. ΕΚΛΙΥ, Semen; *Marc.* IV, 27. ΥΛΠΚΣΤΥ, Opus; *Marc.* XIV, 16. *Joh.* VI, 29. *Restat nunc ut quibusdam quoque exemplis ostendamus Gothicum* Υ *in mediis quandoque vocibus vim Græci* υ *obtinere. Ita* ΨΠΜΙΛΜΙΝΣ *ponitur pro* θυμιάματος, *Luc.* I, 10. ΒΥΣΣΛΜΜΙ *pro* βύσσῳ, *Luc.* XVI, 19. ΣΠΥΚΕΙΑΛΝΣ *pro* σπυρίδας, *Marc. VIII*, 8. ΚΥΚΕΙΝΛΙΛΠ *pro* Κυρηνίου, *Luc.* II, 2. ΛΥΣΛΝΙΛΠΣ *pro* Λυσανίου, *Luc.* III, 1. ΣΥΜΛΙΧΝ *pro* Συμεὼν, *Luc.* II, 25. ΣΥΝΛΓΧΓΕΝ *pro* συναγωγὴν, *Marc.* I, 21. ΤΥΚΙΜ *pro* Τύρῳ. *Matth. XI*, 22. *Non est interim cur aliquis arbitretur Gothos penuriâ literarum adactos uni literæ duplicem tribuisse potestatem,*

quum

quum ex allatis manifestum sit eos in patrii sermonis vocabulis constanter Ƿ *pro* Vau *vel Anglosaxonico* ƿ *usurpâsse: in exteris verò, Græcis præsertim, adhibuisse* Ƿ *loco Græci* υ, *vel capitalis ejus* Y, *propterea quòd viderent figuram patrii* Ƿ *quàm proximè accedere ad hanc Pythagoræ literam.*

X *codici Argenteo non est* X *Latinorum vel* Ξ *Græcorum, sed exprimit Græcum* χ, *ac figurâ proximè refert Latinum* X *capitale, nisi quod sit aliquantò exilius atque incultius. Occurrit passim in compendiosâ voce* Christus, *quæ constat literis duabus* XS, *superductâ lineolâ. & quamvis* Zacharias *codici Argenteo Lucæ capite Primo aliquoties scribatur* ZAKARIAS, *ejusdem tamen Euangelii cap. III, 2 legas* ZAXARIÏNS SNNAN. *quamvis etiam* Pascha *codici Argenteo sæpiùs dicatur* PASKA, *Johannis tamen VI, 4. sicuti & XVIII, 28 & 29* PASXA *scribitur. in quibus tamen locis illud ipsum* X *valde exile est ac solitò negligentius pingitur, tanquam alienum. nam pro suo Gothos non agnovisse, vel ex eo liquere potest, quòd* χ *Græcum alibi frequenter mutent in* K. *Ita* TAITKAKKOS *scribunt pro* τελώνης, *Luc.* IX, 7. ZAKKAINS *pro* Ζακχαῖος, *Luc.* XIX, 2. KANKAZEIN *pro* χωλάζειν, *Luc. XII*, 13. TKAKANNEITIDANS LANDIS *pro* Τραχανίτιδος χώρας, *Luc. III*, 1. *Scripturi verò nomina in quibus necessarium videbatur* ξ *Græcum adhibere, omisso eo, usurpârunt* KS *ejus loco. quomodo* AKEAKSAD *Luc. III*, 3 *est* Ἀφαξάδ. *Marci quoque XV*, 21 ALAIKSANDRANS *est* Ἀλεξάνδρου.

Z *respondet Græco capitali* Ζ *& figurâ & potestate. unde & Lucæ capite Primo aliquoties occurrit* ZAKARIAS *pro* Ζαχαρίας. *Quamvis non tantùm peregrinum* Zachariæ *vocabulum, atque alia id genus nomina propria, ab hac literâ inchoaverint Gothi, sed eâ quoque utantur in medio vocabulorum merè Gothicorum. quomodo Argenteo codici* AIKZGANDS *est* Seductor; *Matth.* XXVII, 63. AZETIZA. AZITIZA, Facilius; *Matth.* IX, 5. *&* *Marc.* X, 25. BATIZA, Melius; *Luc.* V, 39. FRODAZANS, Prudentiores; *Luc.* XVI, 8. GNHIZA, Junior; *Luc.* XV, 12. HAZGAN, Laudare; *Luc.* XIX, 37. HNZD, Thesaurus; *Matth.* VI, 21. IZVIS, Vos; *Matth.* V, 30. MAIZA, Major; *Luc.* VII, 28. MANAGIZA, Plus, abundantius; *Marc.* XII, 33. *Joh.* X, 10. MAKZGAN, Scandalizare; *Matth.* V, 29. KAVIZA, Facilius; *Luc.* XVIII, 25. KAZDA, Loquela; *Matth.* XXVI, 23. KAZN, Domus; *Marc.* XI, 15. *&c.*

Anonymus quidam vir doctus, cujus commentariolum de Literis & linguâ Getarum sive Gothorum edidit Bon. Vulcanius Lugduni Batavorum anno CIↃ IↃ XCVII,

addit huic Alphabeto literam H, *veluti inventam sibi in Argenteo codice Marci XIV*, 51. *vultq; eam figurâ & potestate respondere Græco* ἦτα *capitali. Ego tamen & complures mecum viri oculati nusquam ibi, quod affirmat vir doctus,* ΓΚΗΠΕΝ *scriptum invenimus, sed* ΓΚΙΠΠΝ ΪS ΨΛΙ ϬΠΓΓΛΛΗΔЄIS. *Hoc obiter præmonendum putavi; quoniam interest meâ ne quis, viri docti authoritate inductus, arbitretur me nimis indiligenter, ne dicam oscitanter, Gothicarum literarum numerum ac potestatem ex Argenteo codice tradidisse.*

Injectâ interim Commentarioli hujus mentione, oportunè quoque venit in mentem ejus epistolæ quam super Authore præfati opusculi pluribusque aliis rebus huc spectantibus olim ad me dedit magnus ille ac multæ lectionis Antistes JACOBUS USSERIUS *Archiepiscopus Armachanus totiusq; Hiberniæ Primas, &c.*

Viro cl. Francisco Junio Franciſci filio Jacobus Armachanus salutem.

A Bonaventurâ Vulcanio editi habentur viri cujusdam docti Anonymi commentarioli duo: in literas Gothicas, ex vetustissimo quodam Codice argenteo (ut eum vocat) sumptas, unus; in alphabetum Gothicum (quod Gothicum tamen omnino non est) & Notas Lombardicas in alio quodã vetustissimo codice repertas, alter.

Argenteus ille codex membranaceus, qui quatuor Evangelia aureis & argenteis literis Gothicè descripta continebat, ad Werdeni sive Werdinensis monasterii bibliothecam pertinuit, in regione Bergensi quatuor ferè à Coloniâ Germanicis miliaribus distantis. Inde ex VI° Matthæi & I° Marci capitulo ab Arnoldo Mercatore nonnulla descripta, Inscriptionum suarum corpori (pag. CXLVII & CXLVIII) inseruit Gruterus.

In-

Indidemque Orationem Dominicam cum aliis quibuſdam particulis, ab Antonio Morillono tranſſcriptam, in Gotodanica ſua Joh. Goropius Becanus (Originum Antverpian. lib. VII, pag. 739. 740. & 750.) retulit: quorum cum iis, quæ à Vulcanio ſunt edita, collatione factâ, oborta mihi aliquando eſt ſuſpicio, non alium eruditi illius in literas Gothicas commentarioli authorem fuiſſe, quàm Antonium ipſum Morillonum, qui Antonio Perrenoto Cardinali Granvellano à bibliothecâ fuit & Latinis epiſtolis.

Neque verò ad alium quàm ad Cardinalem illum ea verba ſpectâſſe ſum opinatus, quæ in ſecundi Commentarioli principio leguntur: *Quemadmodum Dominatio veſtra monet, ita eſt. Omnino enim præſens opuſculum interpres eſt alterius operis, nempe Vocabularii*, &c. quamquam authorem ſimul cùm Domino ſuo plurimùm à vero hîc aberraviſſe, nullum ſit dubium: quum Codicem illum à Notarum, ſive Romanæ ſcripturæ compendiorum, collectaneis, quæ Tyronis ac Senecæ nominibus inſignita Gruterus poſtea in lucem edidit, nihil differre deprehenderimus. Ut fruſtra author hic ſibi perſuaſerit, ad aliud aliquod opus referenda iſta fuiſſe; *cujus uſus fuerit, aulicos legatos, qui Gothi erant, docere Lombardicè, ut intra Italiam cum principibus Italicis poſſent perorare.*

Codicem alium Gothicum aureis argenteiſq; characteribus papyro exaratum, & non Evangelia tantùm, ſed univerſum etiam Novum Teſtamentum, complectentem, in bibliothecâ Hermanni Comitis Newenarii extitiſſe, Philippus Marnixius

Do-

Dominus Sanct-Aldegundius (apud Sibrandum Lubberti de princip. Christianorum dogmatum lib. 3. cap. 7.) confirmat; in quo Orationis Dominicæ idem quod in libro Werdinensi habebatur initium; *Atta unsar thu in himina*, &c. Cujusmodi Novum Testamentum ad suas etiam manus perveniſſe Matalius Metellus Sequanus (apud Suffridum Petrum, Præfat. in Scriptor. Frisiæ Decad.) est testatus. Ubi & illud notandum; Orationem Dominicam Gothicam doxologia illâ concludi, quæ in vetere Latinâ Bibliorum editione desideratur. Ut ex Græco fonte Gothicam istam Novi Testamenti versionem derivatam esse appareat, & ex ipsius Wulfilæ primævâ traductione descriptam. Hunc enim primum literas apud Gothos inveniſſe, & Scripturas sacras in eorum linguam convertisse, Socrates, Sozomenus, Isidorus Hispalensis (in Gothorum Chronico) & Martyrii Nicetæ scriptor (apud Simeonem Metaphrastam, die 15° Septembris) nos docent: quorum postremus (cum Sixto Senense, libro IV° Bibliothecæ sanctæ) *ex Græco* translationem illam fuisse factam, expressè indicat.

Quò referendus est & ille Walafridi Strabi locus, De rebus Ecclesiasticis cap. 7°; *Et, ut Historiæ testantur, postmodum studiosi illius* [Gothorum] *gentis divinos libros in suæ locutionis proprietatem transtulerunt: quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quasdam Scytharum gentes, maximè Tomitanos, eâdem locutione divina hactenus celebrari officia.* Et quod à Josepho Scaligero est additum (Canon. Isagog. libro 3. pag. 138.) *Gothos etiamnum in iisdem regionibus degere sub*

ſub Præcopenſi Tatarorum dynaſtâ, & utrumque Teſtamentum, iiſdem literis quas excogitavit Wulfila, conſcriptum, & eâdem linguâ quâ tempore Ovidii utebantur interpretatum, legere. Quæ eò à me adducta ſunt omnia, ut, quâ ratione Gothicam ex Græcâ ſcriptionem Wulfilas efformaverit, in priore illo Commentariolo declarari ſubindicarem. De quo integrum tamen tibi judicium relinquo. VALE.

Londini. v Nonas Julias, anno æræ
Chriſtianæ M DC LI.

Argenteus codex unico puncto denotat ſenſum imperfectum; at perfectum concludit punctis duobus.

Præcipuæ ejuſdem Codicis abbreviaturæ ſunt in vocibus ᚠᚢᚺ. ᚴᛟᛉ. ïᚢᛁ-ᛋᚢᛋ. ᚷᚱᛁᛋᛏᚢᛋ. *ſiquidem pro iis paſſim occurrit* ᚠᚢ. ᚴᛉ. ᛁᛋ. ᚷᛋ, *lineolâ omnibus ubique ſuperinductâ. Nos harum vocum rectos obliquóſq; caſus integrè damus, ne quid moretur legentes.*

Idem denique Codex lineolam ſuperſcribit literis, quibus numeros exprimunt Gothi. Nos, omiſſâ lineolâ, puncto hinc inde adjecto diſcernimus eas à reliquo contextu; ne ſingularum numeralium literarum, etiam earum quæ ſemel tantùm aut bis in toto Codice occurrunt, peculiares typi forent exſculpendi.

Atque hæc quidem potiſſima ſunt quæ de Gothico alphabeto præmonſtranda præmonendáq; videbantur. Proximum eſt ut nonnulla quoque de Runis addam ex Runicâ literaturâ Olai Wormii, nec non ex ejuſdem Faſtis Danicis.

RUnicarum literarum, juxta Romani alphabeti ſeriem diſpoſitarum, Nomen, Figura, Poteſtas.

Aar, *pingitur* ᚨ, *& valet A.*

Biarkan, *pingitur* B, *& valet B.*

Kneſol, *pingitur* ᛁ, *& valet C.*

Duſs, *pingitur* ᚦ *vel* ᛋ, *& valent D.*

Stungen Jis, *pingitur* ᛇ, *& valet E.*

Fie, *pingitur* ᚠ, *& valet F.*

Stungen Kaun, *pingitur* ᚡ, *& valet G.*

Hagl, *pingitur* ᚼ, *& valet H.*

Jis, *pingitur* ᛁ, *& valet I.*

Kaun, *pingitur* ᚴ, *& valet K.*

Lagur, *pingitur* ᛚ, *& valet L.*

Madur, *pingitur* ᛘ, *& valet M.*

Naud, *pingitur* ᚾ, *& valet N.*

Oys, *pingitur* ᚬ, *& valet O.*

Stungen Birk, *pingitur* ᛒ, *& valet P.*

Kaun *in Runicis monumentis supplet locum Latini* Q; *sed rarissimè occurrit. Sæpiùs abhibent* ᚴᚢ *ejus loco.*

Ridhr, *pingitur* ᚱ *vel* ᛅ, *& valent R. Prior nota locum habet in vocabulorum principio & medio & fine quandoque, posterior verò in fine tantùm.*

Sol, *pingitur* ᛋ, *& valet S.*

Tyr, *pingitur* ᛏ *vel* ᛐ, *& valent T.*

Ur, *pingitur* ᚢ, *& valet U vocale.*

Stungen Fie, *pingitur* ᚠ, *& valet V consonum; quod quidam* Vau *nuncupant. aliis est W.*

. . . . . *Runica monumenta* ᛭ᛋ *usurpant pro X.*

Stungen Ur, *pingitur* ᚤ, *& valet Y.*

Stungen Dufs, *pingitur* ᚦ, *& valet TH.*

Cimbri veteres omnes literas majusculo ductuum tenore delineabant, eóque nullas agnoscebant Capitales literas. In hujus verò Alphabeti notatione illas tantùm communes maximéq; receptas Runarum figuras, ex multiplici earum varietate, Lectori exhibuimus, quibus veterum Danorum Fasti ab Olao Worm editi consignantur; nisi quòd

quòd in literâ Kaun *denotandâ prætulimus antiquiorem illam Figuram, quam ipse Wormius servavit in exprimendâ Potestate literæ* Q, *cujusque genuinam ac verè antiquam delineationem exhibet nobis illud* Stungen Kaun *quod ipse Wormius ait respondere Latino* G.

In iisdem quoque Fastis ac Runicâ literaturâ idem Wormius observat complures literas, aliquam Potestatis convenientiam habentes, frequenter ita permutari ut una suppleat vicem alterius; atque adeò duplex tripléxve quandoque sit valor unius literæ.

Latini certè C *persæpè Potestatem habet* ᛁ, *ut in* ᛚᚢᛁᛁᚨᚾᚢᛋ, Lucianus. ᛘᚨᚱᛁᚾᛚᛚᚢᛋ, Marcellinus. ᚠᛁᚾᛁᚾᛁᚢᛋ, Vincentius. *Quandoque tamen & pro* T *ponitur, præsertim ubi* T *ut* C *pronuntiatur, quemadmodum patet ex penultimâ syllabâ nominis proximè præcedentis: pari quoque ratione scribebant* ᚹᚢᛁᚾᛁᚨᚾᚢᛋ, Quintianus. ᛘᚨᚱᛁᚨ ᚾᚠᛁᛒᛁᚨᚠᚨ, Maria Egiptiaca. *Nonnunquam pro* S *ponitur; sicuti videmus in* ᚠᚢᛁ, gus, *i. Dei*

Sicuti verò hæc litera ᛁ *aliarum subinde literarum locum supplet, ita & aliæ hujus.* ᚹ *certè pro* ᛁ *ponitur in* ᚹᚨᚾᚢᛋᚢᛋ, Canutus. ᚹᚨᚱᚨᚾᚨ, Corona. ᚹᛚᚨᚱᚨ, Clara. *Item* ᛋ *pro* ᛁ *ponitur in* ᚹᚱᚢᛋᛁᛋ, Crucis; *nam Fasti in mense Majo scribunt* ᚹᚱᚢᛋᛁᛋ ᛘᚾᛋᛋᚨ, Crusis messa, *pro Crucis festum.*

D *sortitum est duplicem Notationem.* ᛋ *scilicet &* ᚦ. *Ita* ᛋᚨᚼᛋ, dahs *est Dies.* ᚹᚢᛁᚾᛋᛁᛚᛘᛁᛋ, Quindilmis. ᚨᚦᚱᛁᚨᚾᚢᛋ, Adrianus. ᚨᛚᚼᛋᚨᚾᚨᚾᚦᛋ, Alexander.

Quamvis etiam T *duplicem invenerit Figuram,* ᛏ *videlicet ac* ᛋ, *aliquando tamen ejus loco* ᚦ *ponitur, ut in* ᚠᚾᚱᚦᚱᚢᚦᛁᛋ, Gertrudis. *quod punctatum valet* TH. *Ita* ᚨᚠᚨᚦᚨ *est* Agatha. ᛘᚨᚦᚾᚢᛋ, Matheus, *&c.*

De ᛁ *quod quandoque pro* T *ponitur, ante diximus.*

ᚠ *maximâ ex parte Potestatem obtinet* Vau *Latini, sive* V *consoni: ita* ᚠᛁᛋᚢᛋ *est* Vitus. ᚠᚾᚱᚠᚨᛋᛁᚢᛋ, Gervasius.

X *Danis vetustioribus erat litera peregrina, non habens peculiarem Figuram vel Notam simplicem. Quotiescunque tamen in vocibus Græcis Latinisve occurrebat, exprimebant eam per* ᚼᛋ. *Ita* ᛋᛁᚨᚼᛋᛋᚨᚾ *scribebant pro* Siaxtan. ᚠᚾᛚᚼᛋ *pro* Felix, *&c.*

Nec prætereundum, quòd ᚢ *finale plerumque absorbet Vocalem quam includit: ut in* ᚹᚢᛘᛒᚢ, Kumbr. *Cujus priscæ consuetudinis plura passim exempla suppe-*

ditat Runicum lexicon Wormii.

Quoniam tamen constat Runas olim fuisse pauciores, ac non nisi serò ad hunc Latini alphabeti modum fuisse redactas; pretium operæ facturus videor si earum quoque Runarum numerum atque ordinem radidero, qui in vetustissimarum Legum codicibus invenitur, quemque nobis Aureorum numerorum notæ sicuti & literarum Dominicalium progressus in antiquissimis Fastis exhibet, quem denique in veterum computatione servari videmus.

Priscæ igitur sexdecim Runæ constanter olim tenuerunt hanc Notationem, Appellationem, Seriem;

ᚠ.	Fie.	ᚢ.	Ur.	ᚦ.	Dusſ.	ᚨ.	Oys.
ᚱ.	Ridhr.	ᚲ.	Kaun.	ᚺ.	Hagl.	ᚾ.	Naud.
ᛁ.	Jis.	ᛅ.	Aar.	ᛋ.	Sol.	ᛏ.	Tyr.
ᛒ.	Biarkan.	ᛚ.	Lagur.	ᛦ.	Madur.	ᛆ.	Yr.

Unde & vetus numerandi ratio sexdecim primos numeros exprimit totidem Runis priscum ordinem servantibus: nam

ᚠ *veteribus Cimbris denotabat* I. *quod dicebant* ᛅᛅᛅ, Att.

ᚢ *denotabat* II. ᛅᚢ, Tu.

ᚦ *denotabat* III. ᚦᚱᚢ, Thry.

ᚨ *denotabat* IV. ᚠᛁᚢᚺᚢᛆ, Fiuhur.

ᚱ *denotabat* V. ᚠᛁᚠ, Fem.

ᚲ *denotabat* VI. ᚺᛁᛅᚼᚺ, Siax.

ᚺ *denotabat* VII. ᚺᛁᛅᚢ, Siau.

ᚾ *denotabat* VIII. ᛅᛅᛅᛅ, Atta.

ᛁ *denotabat* IX. ᚾᛁᚢ, Niu.

ᛅ *denotabat* X. ᛏᛁ *vel* ᛏᛁᚢ, Ti *vel* Tiu.

ᛋ *denotat* XI. ᛅᛚᛚᛁᚠᚢ, Allivu.

ᛏ *denotat* XII. ᛏᛒᛚᚠ, Tolf.

ᛒ *denotat* XIII. ᚦᚱᛁᛏᛏᛅᚾ, Threttan.

ᛚ *de-*

ᚠ *denotat* XIV. ᚠᛁᚢᚱᛏᚨᚾ, Fiurtan.

ᚠ *denotat* XV. ᚠᛁᚠᛏᚨᚾ, Femtan.

ᛋ *denotat* XVI. ᛋᛁᚨᚷᛏᚨᚾ, Siaxtan.

De ſequentium numerorum Notis aliunde ſuppletis, vide Wormii Faſtos Danicos & Runicam literaturam: neque enim attinet plura hoc in loco ex eo tranſcribere, cum hactenus allata dilucidè ſatis expediant quæ de antiquiſſimarum Runarum numero atque ordine paullò ante tradidimus. Magis fortaſſè in rem Lectoris erit ex eodem Wormio monere præcellentiſſimos quoſque Runarum magiſtros uſque adeò mirabilem inter earum Nomina & Figuras harmoniam deprehendere, ut cenſeant primos hujus Literaturæ authores enixè in hoc incubuiſſe, ne literarum Figuræ longè abirent ab earum Nominibus certam aliquam ac vulgo notam rem ſignificantibus. Cujus rei veritas magis adhuc eluceſcet ſi præcipuos Runarum apices, à principaliore ipſius literæ recto ductu hàc illàc prominentes, accuratiùs aliquantò perluſtremus: illud interim præmonentes, primis harum inventoribus non tam fuiſſe propoſitum ut ſpeciem artis Pictoriæ in earum delineatione præberent, quàm ut nudas tantùm primorum elementorum Figuras, craſſas quidem, ipſis tamen Nominibus congruas, perfunctoriè deſcriberent ac priſcâ incultioris ævi ſimplicitate veluti adumbrarent; quò rudis ac vaga diſcentium Phantaſia, qualiſcunque ſimilitudinis adminiculo ſubnixa, firmiùs fideliuſq; memoriæ traderet prima Literarum elementa vulgo notæ rei ſimilitudine conſpicua, præcipuè tamen rei ipſo Elementi nomine ſignificatæ. Quod quàm benè prudentérq; olim excogitaverint homines cauti atque altâ præter cæteros mente præditi, nemo non videt.

ᚠ, *quod* Fie *nuncupant*, Armentum, peculium, divitias *dixerunt antiqui. Sed hodiernum idioma Danicum diſtinguit inter* fie *&* liggende fie. *illud enim* Pecus quodvis; *hoc verò* Pecuniam *vel* Peculium, *i. aurum, argentum, æs, atque alias quaſvis agrorum ædiúmq; immobiles (ut vocant) poſſeſſiones denotat. Repræſentat autem primi hujus elementi Notatio animal cornubus laſciviens; quandoquidem præcipuas antiquiſſimorum ſæculorum opes in armentis pecudibúſq; ſitas fuiſſe conſtat.*

ᚢ. Ur *denotat* Rivos aquarum impetuoſè ex alto delabentium; *ſicuti &* Nimbum guttis denſioribus ex alto proruentem; *atque inde quoque ad alia per quandam ſimilitudinem tranſfertur vocabulum, ad Scintillas nempe crebris ictibus ex ferro candente proſilientes. Aquas igitur cum impetu deorſum latas refert litera.*

ᚦ. Duſs *denotat* Spectrum montes ac loca devia incolens, *quod ſpecie pumilionis aut gigantis conſpiciendum ſe olim præbere ac fœminis pueriſq; terrorem incutere*

ſolebat. Linea recta, ſpectrum; curva, montem aut collem referebat.

ᛅ. Oys *eſt* Portus maris tutam navibus ſtationem præbens. *Exponitur &* Sinus maris promuntoriis acutioribus ac navigantibus infeſtis in mare excurrens: *quæ acceptio non abludit ab hujus literæ delineatione.*

R. Ridhr *eſt* Equitatio. *Eques divaricatis cruribus equitationi ſe accingens videtur hîc depingi.*

ᚠ. Kaun *eſt* Ulcus *vel* Prurigo; *proinde quoque brachio ad ſcalpendum veluti elato exertóq; exprimitur litera Pruriginem ſignificans.*

ᚼ. Hagl *eſt* Grando. *Unde & anguloſæ grandinis floccorúmq; hirtæ nivis figuram præ ſe fert litera.*

ᚾ. Naud *eſt* Neceſſitas. *Minimè ergo mirandum eſt quòd antiqui ipſâ literæ hujus delineatione ſtuduerunt exprimere veram Neceſſitatis naturam; quòd ea nimirum fulcro, quo ſuſtentetur, indigeat.*

I. Jis *denotat* Glaciei planitiem, *vel* Stiriam frigore concretam atque à parietum projecturâ dependentem; *quamobrem quoque litera repræſentat Stiriam, i. pendulam glaciem ex guttis inter ſtillandum frigore congelatis genitam, auctam, & in longum productam.*

ᛅ. Aar *ſignificat* Uberem agrorum proventum. (*Vide quæ de hac voce habet Gothicum gloſſarium in* ᛋᛖᚱ.) *Hinc litera præ ſe fert figuram Vomeris; quòd annonæ ubertatem præcipuè debeamus Vomeri, ob multiplicem frugem agrorum ritè cultorum ac proſciſſorum.*

ᛋ. Sol *eſt* Lumen ſolis. *Atq; inde videri poſſunt rectæ hujus elementi lineæ, quà quà verſus veluti diſperſæ, non incommodè effigiare ſolares radios hàc illàc diffuſos.*

ᛏ. Tyr *eſt* Taurus. *Exprimitur ergo hac literâ Taurus terram cornubus fodicans. Quum verò hæc litera pingitur, quaſi uno cornu truncata ſit; videri poteſt* ᛅ *illud exprimere idolum Paganis olim* ᛏᚢᛦ, Tyr *dictum: ſiquidem id à lupo quodam alterâ manu privatum fabulatur Edda. unde poſtea* ᚺᚾᚼᚾᚦᚢᛦ, Unimanus *dictus eſt hic Deus Aſiaticus.*

B. Biarkan *eſt* Betula. *Litera quoque adumbrat betulam lætiſſimâ foliorum amplitudine ac latitudine diffuſam.*

ᛚ. Laugr *eſt* Liquor. *Litera quoque repræſentat Liquorem à montis vertice delabentem.*

Ψ. Ma-

ᚠ. Madur *eſt* Homo. *Exprimit ergo litera Hominem ſtatos aſtrorum curſus recurſúſque contemplantem, ac tantæ rei miraculum, protenſis ad cœlum manibus, cum quàdam veluti jubilatione proſequentem.*

ᚼ. Yr *eſt* Arcus intenſus inſtructúſq; ſagittâ. *quomodo legimus alibi,* ᚼ. ᚼᚼ ᛒᛁᚴᚦᚢᚼ ᛒᛅᚠᛁᚼ. ᛒᛅᚱᚦᛅᚠᛅ ᚠᛅᚠᚴ. ᛅᚠ ᚠᛁᚠᚠᚢ ᚠᚢᚱᛅᛋᚼ. Yr er bendur bogie, bardaga gagn, og fifvu flyter. *hoc eſt,* Yr eſt intenſus arcus, prælii commoditas, & ſagittæ delator. *Repræſentat hæc litera Arcum jam jam telum emittere paratum. Vide quoque Egilli ſkallagrimi Epinicium Claſſe* IV, *Intercalari* IV. *Runicum lexicon paginâ* 84. *pro* ᚠᚼᚼ, *quod* Virginem *denotat, legit* Mey.

Satis nunc ſtrenuè defunctus mihi viderer hac operâ quam poſui in tradendâ veteſtiſſimarum Runarum appellatione, notatione, ſerie; niſi jam dictis utiliter addi poſſe putarem antiquum Poëma ex archivis bibliothecæ Hafnienſis à Wormio depromptum & Runicæ literaturæ capite XIX *ſtudioſo Lectori exhibitum.*

Atque ita demum uberiorem ex hac rhythmicâ Poëſi fructum capiet Lector, ſi Runica diſticha cum illâ notiſſimarum literarum ſcripturâ, quam ſingulis diſtichis ſubjungimus, conferat: quo peracto, non Runas tantùm poſt brevem iſtiuſmodi lectionis collationiſq; uſum ſibi reddet familiares, ſed eâdem quoque operâ diſcet quantam vetuſta Gothorum, Angloſaxonum, Alamannorúmque idiomata cum hoc Cimbricæ linguæ ſpecimine habeant affinitatem.

In anteceſſum interim hujus operæ verbis Olai Worm præmonendus eſt Lector, Cujuſvis diſtichi verſum poſteriorem Literas non ſpectare; ſed addi tantùm, ut metro menſura ſua & debita conſonantia conſtet, útq; prior facilius memoriæ mandetur ac tenacius hæreat. Deinde, præter id quod verba exhibent, reconditum aliquid latet in unoquoque verſu, & ad vitam communem ſpectans; quod ſponte ſe ingeret, non verba ſolùm, verùm etiam ſenſum abſtruſiorem rimantibus.

Ipſum verò Poëma tale eſt.

ᚠ. ᚢᚾᚦᚢᚼ ᚠᚱᛅᚼᚴᚦᛅ ᚱᛅᚠᛁ.	Fie veldur fraenda rógi.
ᚠᛅᚦᛁᚢᛅ ᚢᚾᚠᚢᚼ ᛁ ᚢᚠᛅᚠᛁ.	Faediſt ulfur i ſkógi.

ᚠ. ᚢᚾᚦᚢᚼ. *Senſus eſt*; Divitiæ inter conſanguineos lites pariunt. *Indicat autem emblema, quòd in amplâ hæreditate herciſcundâ, frequenter admodum lites inter amicos & ſummâ neceſſitudine devinctos excitet Auri ſacra fames.*

ᚠᛅᚦᛁᚢᛅ. Nutritur in ſylvis lupus. *Sylvarum incola lupus. Vult quemque gaudere loco & ſocietate naturæ ſuæ congruâ. Ita Wormius. Ambigo tamen annon*

ſecun-

secundo versui rectiùs tribuamus hunc sensum; Quemadmodum sylvam annosis arboribus densam perambulantes plerumque incidunt in lupos, ita quoque avitam ac diu congestam hæreditatem quàm rarissimè adeunt hæredes, quin eorum unum alius putet intempestivè atque odiosè intervenisse, & tanquam Lupus in fabulâ. Notum est quæ inde nascantur contentiones & quàm erectâ ex æquo cervice lites in longum trahant cohæredes.

ᚢ. ᚾᛏ ᛅᚠ ᚾᛚᛚᚢ ᛁᛅᚱᚴᛁ.	Ur er af ellu jarni.
ᛅᛒᛋ ᛋᚺᛁᛒᚢᛏ ᚱᛅᚴᛁ ᛅ ᚼᛁᛅᚱᚴᛁ.	Opt sleipur rani a hiarni.

ᚢ. ᚾᛏ. Scintillat candens ferrum; *id est, Patientia læsa fit furor.* ᚢᛏ *vulgo vocatur omne quod guttatim stillat vel scintillat. Hîc ferro ignito attributum, non nisi de scintillis intelligi potest. Ex candenti etenim ferro ac malleis tuso, exilientibus impurioribus ejus particulis, scintillæ undique solent emicare. Sensus est, Eos qui effervescunt irâ, si nimis irritentur, in furorem agi.*

ᛅᛒᛋ. Nive operta ligneis soleis commodissimè calcantur; *id est, Artes solertia monstrat, ast usus nutrit.* ᚱᛅᚴᛁ *instrumentum ligneum est oblongum & planum; quo pedibus alligato incredibili celeritate montium juga nivibus rigentia cursu superare solent Boreales. Hodie* skier *vocant. Ita Wormius. Ego tamen suspicor alium esse hujus distichi sensum.*

ᚦ. ᚢᚾᚺᚦᚢᛏ ᚠᚢᚾᚴᚴᛅ ᚠᚢᚾᛚᛚᚢ.	Duss veldur kvenna kvellu.
ᚠᛅᛋᚢᛏ ᚢᚾᚱᚦᚢᛏ ᚠᛅᛅᛏ ᛅᚠ ᚾᛚᛚᚢ.	Katur verdur faar af ellu.

ᚦ. ᚢᚾᚺᚦᚢᛏ. Spectra fœminis infesta. *Submonet ne unquam patiamur nobis excidere illud Poëtæ,* Tu ne cede malis. *Veri Dei cultu destitutis frequenter olim objiciebantur Gigantum aut Pumilionum spectra, quæ non tam viris, quàm mulierculis & pueris erant terriculamento.*

ᚠᛅᛋᚢᛏ. In adversis nemo lætatur. *Huc refer illud Comici;* Omnes, cum rectè valemus, sana consilia ægrotis damus. Tu, si hîc sis, aliter sentias. *Ita Wormius. Ego tamen commodiorem secundi hujus versus quæro sensum.*

ᛅ. ᚾᛏ ᚠᚺᛋᛋᚱᛅ ᚠᚾᚱᚦᛅ.	Oys er flestra ferda.
ᚾᚴ ᛋᚠᛅᚴᛒᚢᛏ ᚾᛏ ᛋᚢᚾᚱᚦᛅ.	En skalpur er suerda.

ᛅ. ᚾᛏ. In ostiis fluminum iter frequentissimum. *Huc spectat illud Nasonis;* Tuta frequénsque via est per amici fallere nomen. *Ut in maris sinubus & fluminum ostiis ob portus commoditatem frequentissimus est navium receptus, licet ibidem sæ-*

sæpissimè vel à piratis latitantibus opprimantur, vel in scopulos & promuntoria impingant, non sinè naufragii periculo; ita quoque in istis vitæ generibus quibus se maxima pars hominum addicit, pericula sæpè crebriora.

ᛁᚱ ᚺᚹᚨᚴᛒᚢᛏ. Gladius acutus esse solet. *Huc refer illud ejusdem*, Nil prodest, quod non lædere possit idem. *Sic Wormius. Fortassè tamen talis est sensus distichi; Naves in tutâ portuum statione consistunt, at in vaginâ gladius.*

R. ᚹᚢᚨᛁᚦᚨ ᚱᚨᚺᚺᚢᛘ ᚢᛁᚺᚨᚨ.	Ridhr kvaeda rossum vista.
ᚱᚨᚹᛦᚱ ᛁᛏ ᚺᚢᛁᚱᚦᛁᚨ ᛒᚱᚨᚦᛁᚺᚨᚨ.	Raghn er sverdit bradista.

R. ᚹᚢᚨᛁᚦᚨ. Equitatio equis ingrata. *Huc pertinet decantatum illud*, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *Hæc Wormius. at propriè magis exponas*, Equitatio malum equis pabulum.

ᚱᚨᚹᛦᚱ. Raghn est gladiorum latissimus. *De hoc gladio consule Eddam. Veteres námq; non equis tantùm, sed & gladiis nomina imponebant. Sic apud Saxonem libro Secundo*; Biarco utebatur præstantis acuminis inusitatæq; longitudinis gladio, quem LOUI vocabat. *& rursus libro Quarto*; Erat Regi inusitati acuminis gladius, SKREP dictus, qui quodlibet obstaculi genus, uno ferientis ictu, medium penetrando diffinderet. *iterum libro Septimo*; Haldanus avitos à matre gladios accepit; quorum alter LUISINGUS, alter HUVYTINGUS, ob collimati acuminis nitorem, vocabulum habuit. *Sic passim alibi. Quemadmodum igitur inter omnes gladios* RAGN *primatum obtinebat, & possessori suo longè fuit gratissimus; ita quoque in quolibet hominum genere* Pulchrum est digito monstrari & dicier; Hic est. *Ita Wormius.*

ᚹ. ᛁᛏ ᛒᛁᚹᚹᛁᚨ ᛒᚨᚱᚱᚨ.	Kaun er beggia barna.
ᛒᚨᚴ ᚹᛁᚨᚱᛁᛏ ᚱᛁᚨᛏ ᚹᚨᚴᚢᚨᚱᚱᚨ.	Ból giórer near folvarna.

ᚹ. ᛁᛏ. Sors eadem fratribus. Κοινὰ τὰ τῶν φίλων.

ᚹᚨᚢᚱ. Vulnus, ulcus, vibicem, pruriginem, scabiem *denotat; quâ facilius inficiuntur, qui ejusdem sunt familiæ & cognationis. Hìc latiùs pro quovis incommodo capi videtur, quod fratribus commune judicatur, cum alter alterius portare debeat onera.*

ᛒᚨᚴ. Qui inter cadavera versatur, cadaverosum quid spirat. ᚱᚨᚨᛏ *significat*, Cadaver. κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός. *Qui picem tangit, inquinatur ab eâ. Ita Wormius. Ego verò nihil prorsus hìc video: nisi fortè* ᛒᛁᚹᚹᛁᚨ *idem sit*

cum

cum Angloſaxonico beaȝ *vel* beȝ. *Alamannico* baug *vel* boug. *Belgico* bagge/ Monile, gemma. *ut ſit ſenſus; Ulcuſcula ſcabioſa eſſe veluti quædam inſignia ac monilia liberorum ejuſdem familiæ, ac levi contagio ad ſanguine junctiſſimos tranſire. Quo conceſſo, licet aliquid in primo hujus diſtichi verſu videre me putabo; ingenuè tamen fatebor me in ſecundo planè cœcutire.*

ᚼ. ᚾᛆ ᚠᛆᚿᚦᛆᚴᚾᛆᚱᚢᚱᚴᛆ. Hagul er kaldaſtur korna.
ᚠᚱᛁᚴᚾᚱᚢᚱᚴ ᚴᚠᛆᛒ ᚼᚺᛘᛁᚴ ᚠᛆᚱᚴᛆ. Kriſtur ſkóp heimin forna.

ᚼ. ᚾᛆ. Grando gelidiſſima frugum. *Huc refer illud Propertii*; Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

ᚼᛆᚠᛚ *non* Grandinem *tantùm ſignificat, verùm etiam* Frumentum; *cum ob externam figuram, tum etiam quòd, cum cadit, inſtar ſeminum ſpargi videatur.*

ᚠᚱᛁᚴᚾᚱᚢᚱᚴ. Mundi creator Chriſtus. *Minimè ab hoc loco aliena ſunt hæc Ovidii verba,* ——— facilè eſt omnia poſſe Deo. *Ita Wormius. Magis interim propriè ita reddas hunc verſiculum,* Chriſtus creavit cœlum olim.

ᚴ. ᚠᛁᛆᚱᚾᚢᚱᚴ ᚴᛆᛒᛒᛆ ᚠᛆᚴᛋᛁ. Naud giórer nappa koſti.
ᚴᛆᚠᛋᛆᚢᚴ ᚠᛁᛆᚴᚾᚢᚱᚴ ᛁ ᚠᚱᛆᚴᛋᛁ. Naktaun kiaeler í froſti.

ᚴ. ᚠᛁᛆᚱᚾᚢᚱᚴ. Cogit penuria nere. *quaſi diceret, Parſimoniam parit neceſſitas.*

ᚴᛆᚠᛋᛆᚢᚴ. Nudus frigore alget. *Huc refer illud Ovidii,* Pauper ubique jacet. *Ita Wormius. Neque ipſe quicquam de iſthoc prioris verſus ſenſu ſubdubitarem, ſi conſtaret illud* ᚴᛆᛒᛒᛆ ᚠᛆᚴᛋᛁ *aliquam Nendi ſignificationem in ſe complecti.*

ᛁ. ᚠᛆᚴᚴᚢᚠ ᛒᚱᚢ ᛒᚱᚾᚦᛆ. Jis kóllum bru breida.
ᛒᚴᛁᚴᚦᛆᚴ ᛋᛆᚱᚠ ᛆᛋ ᚴᚾᚦᛆ. Blindan tarf at leida.

ᛁ. ᚠᛆᚴᚴᚢᚠ. Glacies pontium latiſſimus. ἡ φύσις ἀπάντων τῶν διδαγμάτων κρείττων. *Ingens naturæ vis eſt.*

ᛒᚴᛁᚴᚦᛆᚴ. Cœcus indiget ductore. *Amicus re juvat, ubi re opus eſt. Ita Wormius. Mihi quoque non eſt dubium quin is verum diſtichi ſenſum in genere tetigerit; neſcio tamen an non primus verſus in illo* ᚠᛆᚴᚴᚢᚠ *(quod non intelligo) amplius quid dicat quàm expreſſit Wormius.*

ᛆ. ᚾᛆ ᚠᚢᚠᚴᛆ ᚠᛆᛆᚦᛁ. Aar er gumna goodi.
ᚠᛁᛆ ᛁᚠ ᛚᚦᛆ ᛆᚾᛆ ᚢᛚᚾᛆ ᚠᚱᛆᚼᛁ. Get eg adt ór var Frodi.

ᛆ. ᚾᛆ.

ᛅ. ᚾᛅ. Anni proventus ingens. *Huc refer illud Tibulli*;

Annus in apricis maturat collibus uvas;
Annus agit certâ lucida ſigna vice.

ᛅᛅᛅ *ſignificat* Annum *vel* Annonam. ᚹᚢᛘᚱᛅ *verò* Proventum, delicias, bona *denotat*.

ᚹᚾᛅ ᚾᚹ. Frotonis liberalitas ſumma. *Videtur Frotonem quartum innuere*; *quem Saxo libro Sexto tradit* ab eximiâ largitate cognomen mutuatum eſſe. adeò námq; liberalis exſtitit, ut recenti largitatis conſuetudine priſca militiæ ſtipendia duplicaret, opes in propatulo haberet, cæteros largiendo præcurreret, omnes humanitatis officiis anteveniret; &, quod difficilius eſt, virtute invidiam vincere contenderet. *Huc accedit, quòd author muneribus addit pondus*, Et majeſtatem res data dantis habet, *ut loquitur Ovidius*. *Hunc huic diſticho ſenſum tribuit Wormius*; *quem & ipſe in explicatione ſecundi verſus, nullâ ex parte mihi intellecti, ſequor. At primum verſum ita commodiùs reddi poſſe arbitror*, Anni proventus eſt hominum commoditas. *Quum enim* ᛅᛅᛅ *in Runico lexico exponatur* Anni proventus, *& ipſe quoque Wormius hoc in loco ſic explicet, non video cur eandem ſignificationem tribuat voci* ᚹᚢᛘᚱᛅ. *præſertim cum Cædmoni* ȝuma *paſſim dicatur* Homo. *Argenteo codici* ΓΠΜΕΙΝS *ſit* Mas, homo ſexus maſculini. *Tatiano denique* gomman *denotet* Hominem, virum, marem, maritum. *de quibus vide Notas noſtras ad Tatiani* III, 1.

ᚢ. ᚾᛅ ᛘᛅᚱᚦᛅ ᛘᛅᛘᛁ.	Sol er landa liomi.
ᛘᚢᛏᛁ ᚾᚹ ᛅᚦ ᚼᚾᛚᚹᚢᛘ ᚦᛅᛘᛁ.	Luti eg ad helgum domi.

ᚢ. ᚾᛅ. Sol (*nomen hujus literæ*) eſt terræ lumen. *Huc refer illud Virgilii* IV *Æneïd*. Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrat. *unde & apud Ovidium* III *Faſt*. Nitidus Deus *dicitur*. *& rurſus* II *Metam*. Lux immenſi publica mundi. IV *denique Metam*. Author lucis. *&* Sidereâ qui temperat omnia luce. *ac tandem quoque* Mundi oculus *nuncupatur*.

ᛘᚢᛏᛁ ᚾᚹ. Sacra religioſè tractanda. *Huc pertinet illud Muſæi apud Juſtinum Martyrem*, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις. *Eodem planè ſenſu dixit Callimachus*, ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. *& Virgilius*; Procul ô procul eſte prophani. ᛘᚢᛅᛁ, *id eſt*, Veneror, cernuus adoro, reverenter habeo. *Hæc Wormius*. *Primum interim verſum commodiùs reddas*, Solare lumen eſt terrarum jubar; ᛘᛅᛘᛅ *certè eſt* Splendor *Lexico Runico in* ᚾᛁᛘᚢᛅ. *at Angloſaxonibus* leoma *exp*. Radius *vel* Jubar. *Beda* V, 24. *Æqu. vern.* XXXIII. *Gregor. magnus Dial.* II, 35. *gramm. Ælfrici*

cap. IX, *terminat.* 16. *Secundum quoque versum propriè magis transtuleris*, Summissi proniq; corporis inflexione veneror sacras ædes. *nam id quoque* lutan *vel* ahlutan *dicebant Angloſaxones. Vide annotata ad gl A*, 13. *in* luzzenter. *De voce* Dom *pro Templo, vide Spelmanni Archæologum in* Dominicum.

ᛏ. ᚼᛅ ᚼᛁᚴᚱᚾᚱᚦᚢᚱ ᛅᚢᛅ. Tyr er einhendur Aſa.
ᛟᛒᛏ ᚢᚾᚱᚦᚢᚱ ᚺᚠᛁᚦᚢᚱ ᛅᛏ ᛒᛚᛅᚢᛅ. Opt verdur ſmidur at blaſa.

ᛏ. ᚼᛅ. Tyr inter Aſianos unimanus. *De hoc Idolo conſulendus Edda. Fingunt námq; hunc Tyrum ex iis fuiſſe qui Diis erant proximi, atque ex Aſiâ unà cum Othino huc delati. Sed ab inſolitæ magnitudinis lupo, quem vincire aggreſſus eſt, manuum alterâ multatus, poſtea dictus eſt* Unimanus. *Appoſitè hìc applicaverit aliquis illud Horatii* ——— Nihil eſt ab omni Parte beatum ——

ᛟᛒᛏ. Fabro ſæpè flandum. *Egregiè Horatius in hunc ſenſum* ——— Nil ſinè magno Vita labore dedit mortalibus ——— *Hæc Wormius.*

ᛒ. ᚼᛅ ᛒᛅᚢᚱ ᚠᚱᛅᚴᚢᛅ ᛒᚾᛏᛅ. Biarkan er lauf gronſt lima.
ᛒᛅᚱᛁ ᛒᛅᚴ ᚠᚢᚱᚦᛅᚴ ᛏᛁᚾᛏᛅ. Loki bar flerdar tima.

ᛒ. ᚼᛅ. Betula arborum viridiſſima. *inter primas enim foliorum viriditate luxuriare ſolet. Author videtur hoc innuere voluiſſe. Animos juvenilibus annis luxuriare.*

ᛒᛅᚱᛁ. Lochonis vafrities ſumma. *Et hic Edda conſulendus. Senſus eſt, Malum conſilium conſultori peſſimum. Ita Wormius. Ego non ſatis capio mentem verſus primi, niſi fortè* ᛒᛁᚾ *Cimbris vetuſtioribus denotaverit* Arborem. ᛒᛁᚾ-ᚱᚢᚾᚴᛅᚴ *certè vocabant olim* Arboreas runas, *quemadmodum nos docet Runicum lexicon in* ᚱᚢᚾᚴᛅᚴ. *Ad ſecundi verſus intellectum nonnihil quidem facit quòd* ſtarð *Iſlandis eſt* Verſutia, falſitas; *reliqua tamen necdum ſatis capio.*

ᚦ. ᚼᛅ ᚦᛅᚦ ᚼᛅ ᚠᛁᚾᚾᚢᚱ ᚢᚴ ᚠᛁᛅᚱᚱᛁ. Laugr er thad er fellur ur fialli.
ᚠᛅᚢᛅ ᛁᚴ ᚠᚢᚾ ᚼᚱᚢ ᚴᛅᚱᚱᛁ. Foſt en gul eru nalli.

ᚦ. ᚼᛅ. Liquor ſponte è præruptis ruit. *Simile quid habet Ovidius* III *Faſtorum*

——— Juvenilibus annis
Luxuriant animi, corporáq; ipſa vigent.

ᚠᛅᚢᛅ. Aurum peculium pretioſum. *Huc pertinet illud Mantuani poëtæ*

——— Quid

—— Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? — *Hæc Wormius. Ad illuſtrationem primi verſus facit quòd Runico lexico* ᛋᚨᛚᚢᛗ ᚠᛁᚨᛚᚨᚨ *exponitur* Palatium montanum. *Iſlandis quoque* fiall *eſt* Mons. fell, Acclivitas. *Vide plura in annotatis ad gl D*, 22. *in* Rupis, uels. *Ad ſecundum verſum pertinet quòd* gull *Iſlandis eſt* Aurum. gulur, Fulvus. *Sed reliqua non intelligo.*

Ψ. ᚾR Ψᚨᛚᚦᚢᛗ ᚨᚢᚠᛁ.	Madr er moldur auki.
Ψᛁᚠᛁᚨ ᚾᛗ ᚠRᚾᛁᛒ ᚨ ᚼᚨᚢᚠᛁ.	Mikil er greip a hauki.

Ψ. ᚾR. Homo pulveris augmentum. *Senſui huic reſpondet eximius locus Pontii Paulini ex* III *ad Auſonium epiſtolâ*;

——— Stultus diverſa ſequentibus eſſe
Nil moror, æterno mea dum ſententia Regi
Sit ſapiens. Breve quicquid homo eſt, ut corporis ægri,
Temporis occidui, & ſinè Chriſto pulvis & umbra:
Quod probat aut damnat, tanti eſt, quanti arbiter ipſe.
Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error;
Cúmq; ſuo moriens ſententia judice tranſit.

Ψᛁᚠᛁᚨ. Gryphus major accipitre. *Huc refer illam Dionyſii Catonis ſententiam, numero undecimam*, Majori cede. *Vide quoque ejuſdem Diſticha moralia libro Secundo, carm.* 11. *Hæc Wormius.*

ᛗ. ᚾR ᚢRᚨᚢᛗ ᚠRᚨᚱᛋᚨ ᚢᛁᚦᚨ.	Yr er urtur grónſt vida.
ᚢᚨᚱᚨ ᚾᛗ ᚦᚨᛗ ᚾR BRᚾᚱᚱᛗ ᚨᚨ ᛋᚢᛁᚦᚨ.	Vant er thar er brennr at ſuida.

ᛗ. ᚾR. Arcus tam hyeme quàm æſtate flexibilis. *Egregiè Cerialis apud Tacitum Hiſtor. lib.* IV, *cap.* 74. Vitia erunt, donec homines. *Appoſitè quoque Horatius libro Secundo, Satyrâ* VII;

Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & urget
Propoſitum; pars multa natat, modò recta capeſſens,
Interdum pravis obnoxia ———

ᚢᚨᚱᚨ. Solet igne aduſtus dolere. *Senſus eſt*; *Miſeras cogitationes noſtras, cum omnia fecerimus, ſubinde recurrere ad indigniſſimarum calamitatum memoriam; non quia neceſſe eſt*, ſed quia naturale eſt, *ut loquitur Seneca Conſol. ad Helviam, cap. ult.* manum ſæpiùs ad id referre quod doleat. *Hæc Wormius.*

Atque hæc quoque ſuffecerint de Runarum appellatione, figurâ, poteſtate, ſerie. Reliquum eſt ut levi quoque obtutu Angloſaxonici, Francici, Danici, Iſlandici, Anglici, Belgicíq; alphabeti rationem Lectori ſtudioſo exhibeamus.

ANgloſaxonum majores minoréſq; literæ, abbreviaturæ, receptiſſimæ denique diſtinctiones ita notantur;

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. CU *vel* Cp *pro* Q. R. S. T. U. V. X. Y. Z. Ð *vel* þ *eſt* TH. ⁊ *eſt* And.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. cu *vel* cp *pro* q. r. ſ. t. u. v. x. ẏ. z. ð *vel* þ *eſt* th. ƿ *eſt* þat *vel* þæt. ⁊ *denique* and.

Unico puncto denotabant Angloſaxones ſenſum imperfectum: at perfectum concludebant tribus punctis triangulari formâ conjunctis atque hunc in modum ∴ diſpoſitis.

FRancicum alphabetum, quod quidam Theotiſcum alii Alamannicum nuncupant, has habet majores minoréſq; literas;

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. W. X. Y. Z.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. ſ. s. t. v. u. w. x. y. z.

Licet verò Francicum hoc Alphabetum ordine recto inſtar alphabeti Gothici, Cimbrici, Angloſaxonici videatur procedere; crebra tamen ac valde mirabilis Francicarum inter ſe literarum commutatio, literis affinibus in alias cognatas quâvis occaſione tranſeuntibus, totam quoque idiomatis Alamannici orthographiam non parum convellit ac turbat. Incertæ hujus incultæq; ſcriptionis rationem ipſis Francis imputat Otfridus in ſuâ ad Luitbertum Maguntiacenſem archiepiſcopum epiſtolâ, quam præmiſit rythmicæ tranſlationi Euangeliorum. Cæterùm de his alibi commodior erit dicendi locus.

DAnicum Iſlandicúmq; alphabetum vix quicquam à Francico diſcrepant; niſi quod Danis atque Iſlandis ø eſt o breve. Iſlandi adhæc expreſſuri literam

Thorn,

Thorn, *quæ valet* TH, *adhibent Cimbricum* Duſs, *ſcribúntq;* þ *non punctatum, contra quàm in Runicis monumentis fieri aſſolet, ubi* þ *eſt* TH.

ANglicas denique Belgicáſq; literas notamus characteribus, apud utramque gentem nunc & olim receptiſſimis;

𝔄. 𝔅. ℭ. 𝔇. 𝔈. 𝔉. 𝔊. ℌ. ℑ. 𝔎. 𝔏. 𝔐. 𝔑. 𝔒.
𝔓. 𝔔. 𝔎. 𝔖. 𝔗. 𝔘. 𝔘. 𝔚. 𝔛. 𝔜. ℨ.

𝔞. 𝔟. 𝔠. 𝔡. 𝔢. 𝔣. 𝔤. 𝔥. 𝔦. 𝔧. 𝔨. 𝔩. 𝔪. 𝔫. 𝔬. 𝔭.
𝔮. 𝔯. 𝔰. 𝔰. 𝔰. 𝔱. 𝔲. 𝔲. 𝔴. 𝔵. 𝔶. 𝔷.

Variarum literarum, quæ in hoc opere occurrunt, ratione quantum ſatis eſt expoſitâ, pergo nunc ad ipſum illud Gothicum gloſſarium quod ætate jam gravis atque affectus, poſthabitis aliis quæ operam typographi poſtulabant, feſtinantiùs quàm compoſitiùs deproperavi; non tantùm ut priſcæ Gothorum genti ac linguæ debitus tribueretur honor, ſed ut omnes quoque Philoteutones, in tam illuſtri venerandæ antiquitatis ſpecimine, genuina uberrimæ commendatiſſimæq; linguæ ſuæ primordia agnoſcentes, prono ſtudio hos meos tenues conatus exciperent ac ſtrenuè pro viribus adjutarent.

FINIS.





GLOSSARIUM GOTHICUM.

ᚨᛒ. ᚨᚱ.



ᛒᚨᚾ ᚾᛁ ᚲᚨᚾᚾ: Virum non cognoſco; *Luc.* 1: 34. ᚨᛁᛒᚨᚾᛞᛖᛁ ᛗᛁᚠ ᚨᛒᛁᚾ ᚷᛖᚱᚨ ᛊᛁᛒᚾᚾ: Vivens cum viro annis ſeptem; *Luc.* 2: 36. ᚷᚨ-ᛒᚨᛁ ᚢᛁᚾᚹ ᚨᚠᚨᛖᛏᛁᚠ ᚨᛒᚨᚾ ᛊᛖᛁᚾᚨᚾᚨ: Si uxor dimiſerit virum ſuum; *Marc.* 10: 12. ᚪᚾ ᛗᚨᚱᚨᚠᚨᛁ ᛁᚾ ᚠᚱᚨᚱᛁᛒᛏᛁᛗ ᚨᛒᛁᚾ: Ad virginem deſponſatam viro; *Luc.* 1: 27.

ᚨᛒᚱᛊ, Validus, vehemens. ᚨᛒᚱᚨᛒᚨ, Valdè, vehementer. ᚺᚾᚺᚱᚾᛊ ᚨᛒᚱᛊ: Fames valida; *Luc.* 15: 14. ᚹᚺᛏᛖᚪᚾᚾ ᚨᛒᚱᚨᛒᚨ: Timuerunt valdè; *Matth.* 27: 54. ᛗᛁᚴᛁᚨᛊ ᚨᛒᚱᚨᛒᚨ: Magnus valdè; *Marc.* 16: 4.

ᚨᛒᚾ ᚠᚾᛊ ᛊᛁᚨᛒᛁᚾ ᚠᚾ ᚠᚨᛏᚨ ᚢᛁᚠᛁᛊ: A temet ipſo hoc dicis? ἀφ' ἑαυτῦ σὺ τοῦτο λέγεις; *Joh.* 18: 34. ᚨᛒᚾ *hoc fecerunt ex* ᚨᚠ, *ſicuti* ᚾᛒᚾᚺ *ex* ᚾᚠ. *quod vide ſuo loco.*

ᚨᚱᚱᛁᚨᚾᛊ, Angelus, *Luc.* 1: 11, 13, 19, 26, 28, 30, *&c.* ᚨᚱᚱᛁᚨᚷᚾᛊ, Angeli; *Marc.* 12: 25. *Luc.* 2: 15. ᚨᚱᚱᛁᚨᛖᛁᛊ, *Marc.* 1: 13. *Angloſax.* ængla. engla. *Alam.* engila. *Gall.* anges. *Ital.* angeli. *Hiſp.* angelos. *Dan.* engle. *Angl.* angels. *Belg.* engelen. *Græcis* ἄγγελοι. *Vide quæ diximus in annotatis ad Tatiani* II, 4.

ᚨᚱᚱᚤᚾ ᚪᚾᚴ, Anguſta porta; *Matth.* 7: 14. *Alamannis* einger / engi

eſt

eſt Arctus, anguſtus. *Belg.* **eng / enghe.** *Videtur eſſe ex* ἄγχειν, *quod non modò* Fauces conſtringere *ſignificat, verùm etiam quovis alio modo* Premere, elidere.

ΛΓIS ΔISΔKΛNS ÏNΛ: Timor irruit ſuper eum; *Luc.* 1: 12. **ΔISSΛT ΛΛΛΛNS ΛΓIS**: Invaſit omnes timor; *Luc.* 7: 16. **ÏN ΛΓISIS ÏNΔΛIЄ**: Propter metum Judæorum; *Joh.* 7: 13. **ϒЄSNN NSΛΓIΔΛI**: Erant metu perculſi; *Marc.* 9: 6. **NNΛΓЄIN**: Sinè timore; *Luc.* 1: 74. *Videtur etiam huc facere illud Cædmonis* 40, 23; ic me onᵹen mæᵹ, Metuendum eſt mihi. *Vide quæ de vocabuli origine dicimus in* **ᛉΓΛN**, Metuere.

ΛΓΛΛITЄI, Impudicitiæ; ἀσέλγειαι. *Marc.* 7: 22.

ΛΓΛᛉ, Tribulatio; *Marc.* 13: 19. **ЫI ψЄ ЦIMIψ ΛΓΛᛉ ΛIψψΛN ϒKΛKGΛI ÏN ψIS ϒΛNKΔIS**: Ortâ tribulatione aut perſecutione propter verbum; *Marc.* 4: 17. **ÏN ψΛMMΛ ÞΛIKΘΛN ΛΓΛᛉNS hΛBΛIΔ**: In mundo preſſuram habebitis; *Joh.* 16: 33. *Huc omnino refer Angloſaxonicum* eᵹlian *vel* eᵹlan, *Anglicum item* **to aile** / Moleſtum eſſe, nocere. *Quum enim Angloſaxones dicunt*, hpæt eᵹleð ðe. *& Angli*, **What aileth thee?** *videntur mihi ſatis manifeſtè exprimere Græcum* τί ἀλγεῖς; Quid tibi deeſt? quid ægrè te habet? quid te turbat? *ut* **ΛΓΛᛉ** *&* eᵹlian, *per uſitatiſſimam ac minimè duram literarum metatheſin, ſit ex* ἀλγεῖν, Dolere, moleſtiis cruciari.

ΛΓΛN ÏST, Difficile eſt; *Marc.* 10; 24. **ΛΓΛNBΛ**, Difficulter; *Marc.* 10: 23. *Luc.* 18: 24. *Quemadmodum attento Lectori primo ſtatim intuitu perſpicuum fit hæc pertinere ad ea quæ diximus in* **ΛΓΛᛉ**, Tribulatio, *ita &* ἀγλύεσθαι (*quod fortaſſè quoque huc facit*) *Heſychio exp.* βλάπτεσθαι, Damno affici, lædi.

ΛÞ, A, ab, abs; ἀπό. *Matth.* 5: 18. *Matth.* 7: 4, 28. **ΛLNSGI NNS ΛÞ ψΛMMΛ NBILIN**: Libera nos à malo; *Matth.* 6: 13.
ΛÞ ÏM ΓΛÞNΛΓIN ϒΛS: Ab eis abſconditum erat; *Luc.* 18: 34.
ΛÞ MISSIΛBIN: A me ipſo; *Joh.* 8: 28.
ΛÞ SISSIΛBIN: A ſemet ipſo; *Joh.* 15: 4. 16: 13.
ΛÞ ÞΛIKΓNNGΛ: De monte; ἀπὸ τοῦ ὄρους. *Matth.* 8: 1.
ΛÞNIMΛΔΛ ΛÞ ÏMMΛ: Auferetur ab eo; *Luc.* 19: 26.
ϒΛIKΠ ΛÞ ψNS: Projice abs te; *Matth.* 5: 29, 30.
ΛÞ SΛNKGᛉM: A ſollicitudinibus; ὑπὸ μεριμνῶν. *Luc.* 8: 14.
ΛÞ hΛIψGΛI: De agro; ἐκ τοῦ ἀγροῦ. *Luc.* 17: 7.
ΛÞ TΛIhSϒᛉM SITΛN: Ad dexteram ſedere; ἐκ δεξιῶν καθίσαι. *Marc.* 9: 40.

ΛÞ-

ΛΕΛΙΚΛΝ: Negare, abnegare. ΔΠΓΛΝΝ ΛΕΛΙΚΛΝ ϹΛΗ SΥΛΚΛΝ: Cœpit anathemizare & jurare; *Marc.* 14: 71. Cœpit anathemizare, *i. cœpit notitiam Christi, caput ſuum diris execrationibus devovendo, abjurare.* ΛΕΛΙΚΙS ΜΙΚ ΨΚΙΜSΙΝΨΛΜ: Negabis me ter; *Matth.* 26: 75. ϹΛΒΛΙ ΟΛS ΥΙΛΙ ΛΕΛΚ ΜΙS ΓΛΓΓΛΝ. ΛΕΛΙΚΛΙ SΙΚ SΙΛΒΛΝ: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemet ipſum; *Luc.* 9: 23. ΛΕΛΙΛΙΚ, Negavit; *Marc.* 14: 68. *Joh.* 18: 25 & 27. *Huic* ΛΕΛΙΚΛΝ *opponitur* ΛΝΔhΛΙΤΛΝ, *ſicuti videre eſt Matth.* 10: 32 & 33. *De origine verbi* ΛΕΛΙΚΛΝ *nihil etiamnum certi, quod ſtatuam, habeo: niſi quis fortè cenſeat veriſimiliter poſſe deduci ab* ΛΙΓΛΝ, Habere, poſſidere. *ut* ΛΕΛΙΚΛΝ *dictum ſit quaſi* ΛΕΛΙΓΛΝ, *Proprietatem vel poſſeſſionem alicujus rei abdicare ac teſtari nihil ad ſe rem iſtam pertinere.*

ΛΕΛΙΚZΙdΛΙ SΙϹΗΨ: Seducti eſtis; πεπλάνησθε. *Joh.* 7: 47. ΛΕΛΙΚZϹΛΝ, Seducere; ἀποπλανᾶν. *Marc.* 13: 22. *Refer ad* ΛΙΚZϹΛΝ, Seducere.

ΛΕΛΚ, Poſt; μετά. ΛΕΛΚ ΨΚΙΝS dΛΓΛΝS ΠΚΚΕΙSΛ: Poſt tres dies reſurgam; *Matth.* 27: 63. *Marc.* 9: 2. *Luc.* 15: 13. ΛΕΛΚ ΛΕΙΤΙΛ, Poſt puſillum; *Matth.* 26: 73. ΛΕΛΚ ΨΛΤΕΙ ΛΤΙhdΛΝS ΥΛΚΨ ΪΧhΛΝΝΕS: Poſtquam traditus eſt Johannes; *Marc.* 1: 14. ΛΕΛΚ ΨΛΤΛ uΛΨ ΪΝ SΙS SΙΛΒΙΝ: Poſt hæc dixit intra ſe; *Luc.* 18: 4. *Joh.* 6: 1. ΛΕΛΚ ΨΧ ΛΓΛΧΝ ϹΛΙΝΛ: Poſt tribulationem illam; *Marc.* 13: 24. ΛΕΛΚ, Poſt, retrò; ὀπίσω. hΙΚ ϹΛΤS ΛΕΛΚ ΜΙS: Venite poſt me: *Marc.* 1: 17. SΛΕΙ ΥΙΛΙ ΛΕΛΚ ΜΙS ΛΛΙSΤϹΛΝ: Si quis vult me ſequi; *Marc.* 8: 34. ΪdΔϹΛ ΛΕΛΚ ΪΜΜΛ: Secutus eſt eum; *Matth.* 9: 9.
ΛΕΛΚ ΥΛΝΚdΛ ΨΕΙΝΛΜΜΛ: In verbo tuo; ἐπὶ τῷ ῥήματί σου. *Luc.* 5: 5. hΛΙhΛΙΤΠΝ ΪΝΛ ΛΕΛΚ ΝΛΜΙΝ ΛΤΤΙNS ΪS: Vocabant eum nomine patris ſui; ἐκάλουν αὐτὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Luc.* 1: 59.
ΛΕΛΚΓΛΓΓΛΝ, Sequi; *Marc.* 5: 37. *Vide* ΓΛΓΓΛΝ, Ire.
ΛΕΛΚΛΛΙSΤϹΛΝ, Sequi; *Marc.* 8: 34. *Vide* ΛΛΙSΤϹΛΝ.

ΛΕΛΚ, Vices. ΠS ΛΕΛΚ ΛΒΙϹΙΝS: De vice Abiâ; ἐξ ἐφημερίας Ἀβία. *Luc.* 1: 5. *Vide interim an non illud* ΠS ΛΕΛΚ ΛΒΙϹΙΝS *tantundem ſit ac ſi dicas, De illâ vice quam Abiæ poſteri in ſuo ordine obſervant. Angloſaxonibus nempe* æfopan. eafopan. eofepan *dicebantur* Poſteri, ſucceſſores. *Ita Cain & Abel dicuntur Adami atque Evæ* æfopan. *Cædmon* 23, 21. *Enos quoque dicitur* eafopa *Caini.* 25, 17. *Abrahamus denique nuncupatur* Ðafer æfepa.

45, 10. *quibus adde illud Bedæ* III, 18; heolð Eaſt-engla ꝑice æftep Eoꝑꝑalðe Rædꝑalðeꝛ eoꝛepan:. Præfuit orientalium Anglorum regno poſt Eorpwaldum Redwaldi ſucceſſorem. *Hæc nemo non referet ad antecedens* ᚫᚠᚫᚱ, Poſt.

ᚫᚠᚪᚱᚪᚾᛞᚫᚾᛋ, Deſcendentes, diſcedentes; ἀποβάσεις. *Luc.* 5: 2. ᚫᚠᛁᛞᚫᚷᚫ ᛋᚾᚾᚫᚱᚷ: Receſſit ſeorſum; ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν. *Luc.* 9: 10. *Refer ad* ᚪᚱᚪᚾᚫᚾ.

ᚫᚠᚪᚫᛖᛁᚠᚫᚾᛞᚫᛗ ᚠᚫᛁᛗ ᚫᛁᚱᚾᛗ ᛁᚷhᚫᚾᚾᛖᛋ: Cum diſceſſiſſent nuntii Johannis; *Luc.* 7: 24. *Refer ad* ᛖᛁᚠᚫᚾ.

ᚫᚠᚱᚴᚾᚾᛞᛁᚠᚫ, Abyſſum; *Luc.* 8: 31. *Alamannis* afgrunde *vel* abcrunt *eſt* Abyſſus. *Belgis* afgrond. *Appellationis ratio ſatis eſt manifeſta.*

ᚫᚠᛞᚫᛁᛚᚷᚫ ᛏᚫᛁhᚾᚾᛞᚫᚷᚾᛞᚫᛁ ᚫᚫᚫᛚᛁᛋ ᚠᛁᛉᛖ ᚱᚫᛋᛏᚫᚫ: Decimas do omnium quæ poſſideo; ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. *Luc.* 18: 12. *Refer ad* ᛞᚫᛁᚫ, Pars, portio.

ᚫᚠᛞᚫᚾïᛞᚫᛁ ᛉᛖᛋᚾᚾ ᚫᚾᛞ ᚠᚴᚫᛉᚫᚾᚴᚸᚫᚾᚫᛁ ᛋᛉᛖ ᚫᚫᛗᛒᚫ ᚾᛁ hᚫᛒᚫᚾᛞᚫᚷᚾᚫ hᚫᛁᚴᛞᛖᛁᛋ: Vexati erant & projecti ſicuti oves non habentes paſtorem; *Matth.* 9: 36. *propriè Moribundi, languidi, viribus defecti. Danis certè* døe *eſt* Mori, *Anglis* die / *Alamannis verò* douuan. *Otfridus* IV, 23, 45;

Er ſcal irſterban thuruh not/
So uuizod unſer zeinot/
Joh douuan ſinen uuorton
An therero manno hanton.

& rurſus V, 12, 45;

Tho er bi unſih uuolta douuen/
Mit thiu thia uuorolt frouuen.

vide quoque III, 25, 51. *item* III, 26, 80.
Rhythmus de S. Annone, § 27;

Da mohte man ſin doûuuin
Durch helme uirhoûuuin/
Des richin Pompeiis man/
Da Ceſar den ſige nam.

ᚫᚠᛞᚫᚾᚹᚷᚫᚾ, Morti tradere; *Marc.* 14: 55. ᛖᛁ ᚫᚠᛞᚫᚾᚹᛁᛞᛖ-ᛞᛖᛁᚾᚫ ïᚾᚫ: Ut eum morti traderent; *Matth.* 27: 2. ᛞᚫᚾᚹᚫᚾ ᚫᚠᛞᚫᚾᚹᚷᚫᛁᛞᚫᚾ: Morte moriatur; *Marc.* 7: 10. *Refer ad* ᛞᚫᚾᚹᛋ, Mortuus. ᚫᚠ-

Forde / hinc: / Einn Ubel- / thäter / abthun / ein Buſs / abthun

ΛΕΔΧΒΝ, Obmuteſce; *Luc.* 4: 35. *pro eo occurrit* ΛΕΔΝΜΒΝ *Marci* 4: 39. *quod poſtremum pronuntiatu difficilius eſt, ob concurſum plurium in fine vocis conſonantium: ita ut* ΛΕΔΧΒΝ *videri poſſint induxiſſe, qui duriorem verbi enuntiationem ſtudebant emollire. Refer utrumque ad* ΔΝΜΒΛ, Mutus.

ΛΕΔΧΜGΛΝ, Anathematizare, deteſtari; *Matth.* 26: 74. ΝΙ ΛΕΔΧΜGΛΙΔ. GΛΗ ΝΙ ΛΕΔΧΜGΛΝΔΛ: Nolite condemnare, & non condemnabimini; *Luc.* 6: 37. SΛ ΚΕΙΚS ΨΙS ΓΛΙΚΘΛΝS ΛΕΔΧΜΙΨS VΛΚΨ: Princeps hujus mundi judicatus eſt; *Joh.* 16: 11. *Refer ad* ΔΧΜGΛΝ, Judicare.

ΛΕΔΚΛΝSGΛΝ, Præcipitare. *vide* ΔΚΛΝSGΛΝ, Ex alto deorſum deturbare.

ΛΕΔΝΜΒΝ, Obmuteſce; *Marc.* 4: 39. *Refer ad* ΔΝΜΒΛ, Mutus.

ΛΕΕTGΛ, Vorax. ΜΛΝΝΛ ΛΕΕTGΛ: Homo vorax; *Matth.* 11: 19. ΜΛΝΝΛ ΛΕΕTΕΙ: Homo devorator; *Luc.* 7: 34. *Ex hac gemina voce compoſitâ videor mihi liquidò deprehendere Gothos vetuſtiores non tam* ΙΤΛΝ *quàm* ΕΤΛΝ *ſcripſiſſe; quandoquidem veteris orthographiæ ratio plerumque ſolet incorruptiùs ſervari in compoſitis. Atque adeò quoque credo hanc orthographiam perdurâſſe, uſque dum gens maſcula initiale illud* Ε *tenue ubique ferè commutavit in* Λ. ΛΙ. ΕΙ. *vel* Ι.

ΛΕΕΛΛΗΤ ΨΧ ΓΛΝΚΛ SΝΝΤΚΛΙΜ: Abſcondiſti hæc à ſapientibus; *Luc.* 10: 21. *Refer ad* ΓΝΛΓΙΝ, Occultum.

ΛΕΗΧΛΧΔΛ, Defraudavi; ἐστερησα, *Luc.* 19: 8. *Vide* ΗΧΛΧΝ.

ΛΕΗΚΙSGΛΙΨ ΜΝΛΔΛ ΑΕ ΓΧΤΝΜ ΪΖVΛΚΛΙΜ: Excutite pulverem de pedibus veſtris; *Luc.* 9: 5. *Vide* ΗΚΙSGΛΝ.

ΛΕΛΛΓGΛΝ, Ponere, deponere; θεῖναι. *Joh.* 10: 18. *Refer ad* ΛΛΓGΛΝ.

ΛΕΛΛΙΛΧΤ ΪGΛ SΧ ΗΕΙΤΧ: Reliquit eam febris; *Matth.* 8: 15. ΛΕΛΛΙΛΧΤ ΑΗΜΛΝ: Emiſit ſpiritum; *Matth.* 27: 50. VΕΙS ΛΕΛΛΙΛΧΤΝΜ ΛΛΛΛ: Nos dimiſimus omnia; *Marc.* 10: 28. *Refer ad* ΛΕΤΛΝ, Linquere, ſinere, dimittere.

ΛΕΛΕΙΤΛΝ ΓΚΛVΛΝΚΗΤΙΝS, Dimittere peccata; *Matth.* 9: 6. *pro quo Marci* 2: 7. *& Lucæ* 5: 21 *habes* ΛΕΛΕΤΛΝ ΓΚΛVΛΝΚΗΤΙΝS. *&* ΛΕΛΕΤΛΝΔΛ ΨΝS ΓΚΛVΛΝΚΗΤΕΙS: Dimittuntur tibi peccata; *Matth.* 9: 5. ΛΕΛΕΤΙΨ, Dimittit; *Matth.* 6: 15. ΛΕΛΕΤΛΙS ΪΜ-

ⲙⲁ: Dimitte ei; *Luc.* 17: 4. ⲁⲉⲗⲉⲧⲁⲙ, Dimittimus; *Matth.* 6: 12. ⲁⲛ ⲁⲉⲗⲁⲧⲉⲓⲛⲁⲓ ⲉⲕⲁⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲉ: In remissionem peccatorum; *Marc.* 1: 4. *Anglosaxonibus* ꝼoꝼlæꝛan ȝỳlꝛaꝛ *est* Dimittere delicta. ꝼoꝼlæꝛnỳꝛ ꝛỳnna, Remissio peccatorum. *Alamannis* furlazan sunta *est* Remittere peccata. furlaznes suntono / Remissio peccatorum. *Propriùs igitur Gothi exprimunt Græcum* ἀφίημι *&* ἄφεσις. *at vett Belgæ propiùs accedebant ad Gothos, cùm* aflaeten *iis erat* Dimittere peccata. *unde adhuc remansit* aflaet / aflaet-brief van den Paus / Indulgentiæ, *j. Romani pontificis litteræ veniales. Danis* afflad. *Dicebant tamen Gothi etiam* ⲉⲕⲁⲗⲉⲧⲁⲛ. *Ita legimus Lucæ* 6: 37; ⲉⲕⲁⲗⲉⲧⲁⲓⲁ ϩⲁⲏ ⲉⲕⲁⲗⲉⲧⲁⲓⲁⲁ: Dimittite & dimittemini. *Iterum Lucæ* 17: 3; ⲉⲕⲁⲗⲉⲧⲁⲓⲥ ⲓ̈ⲙⲙⲁ: Dimitte illi. *denique Marci* 3: 29; ⲛⲓ ⲏⲁⲃⲁⲓⲱ ⲁⲉⲗⲉⲧ ⲁⲓⲩ: Non habet remissionem in æternum.

ⲁⲉⲗⲉⲓⲱⲓⲱ ⲉⲁⲓⲕⲕⲁ ⲙⲓⲥ: Discedite à me; *Matth.* 7: 23. ⲁⲉⲗⲉⲓⲱⲓⲱ, Recedite; *Matth.* 9: 24. ⲁⲉⲗⲁⲓⲱ ⲁⲛ ⲙⲁⲕⲉⲓⲛ: Secessit ad mare; *Marc.* 3: 7. ⲁⲉⲗⲁⲓⲱ ⲁⲗϩⲁⲱ: Profectus est peregre; *Marc.* 12: 1. ⲁⲉⲗⲁⲓⲱ ϩⲉⲕⲁ ⲅⲁⲛϫⲏⲁ: Peregre fuit annis multis; *Luc.* 20: 9. *Refer ad ea quæ fusè dicimus in* ⲗⲉⲓⲱⲁⲛ.

ⲁⲉⲗⲉⲓⲱⲁⲛⲁⲁⲛⲥ ⲁⲗⲗⲁⲧⲁ: Relinquentes omnia; *Luc.* 5: 11. *Vide an non referri possit ad ea quæ diximus in* ⲃⲓⲗⲉⲓⲱⲁⲛ, Relinquere.

ⲁⲉⲗⲉⲧⲁⲛ ⲙⲉⲛ, Repudiare, dimittere uxorem; *Marc.* 10: 4.
ⲁⲉⲗⲉⲓⲧⲁⲛⲁ ⲗⲓⲛⲅⲁⲓⲱ: Dimissam à viro ducit; *Luc.* 16: 18.

ⲁⲉⲗⲓⲉⲛⲁⲛ, Restare, superesse, residuum esse, relinqui. ⲥⲓⲗⲃϫ ⲁⲉⲗⲓⲉⲛⲓⲱ ⲁⲓⲛⲁⲧⲁ: Ipsum manet solum; *Joh.* 12: 24. ⲱⲁⲧⲉⲓ ⲁⲉⲗⲓⲉⲛϫⲁⲁ ⲓ̈ⲙ: Quod superfuit illis; *Luc.* 9: 17. ⲁⲉⲗⲓⲉⲛⲁⲛⲁⲉⲓⲛⲥ ⲁⲕⲁⲛⲏⲥⲛϫⲥ ⲅⲁⲗⲓⲥⲓⲱ: Reliqua fragmenta colligite; *Joh.* 6: 12. *cui affine est illud Marci* 8: 8; ⲗⲁⲓⲃϫⲥ ⲅⲁⲃⲕⲛⲕϫ ⲛⲥⲛⲉⲙⲛⲛ: Quod supererat de fragmentis sustulerunt. ꝛumeꝛ ðinȝeꝛ laꝼe, Reliquiæ; *gr Ælfrici, cap.* 13. aleibon / Reliquiæ; *gl Lipsii.* farleipter / Reliquum. aleiba / Residua; *gl B*, 46. za leibu ist / Reliquum est; *gl A*, 11. pilibe / Maneat. piliben / Remanent. za leibu ist / Restat; *Kero. Græcis* λείπειν, ἀπολείπειν *est* Linquere, relinquere. *Vide annotata ad Tatiani* CCXI, 1.

ⲁⲉⲙⲁⲓⲧ ⲱϫ: Erue eam; *Matth.* 5: 30.
ⲁⲉⲙⲁⲓⲧ ⲱϫ: Ascinde illam; *Marc.* 9: 43.
ⲁⲉⲙⲁⲓⲙⲁⲓⲧ ⲓ̈ⲙⲙⲁ ⲏⲁⲛⲃⲓⲱ ⲓ̈ⲛ ⲕⲁⲕⲕⲁⲕⲁⲓ: Decollavit eum in carcere; *Marc.* 6: 27.

ⲁⲉ-

AFMAIMAIT ÏMMA ANSR TAIhSYR: Abscidit ei auriculam dexteram; *Joh.* 18: 10. *Refer ad* MAITAN, Concidere, conscindere, præsecare.

AFMARZGAN, Scandalizare. AFMARZEINS RABEINS: Deceptio divitiarum. *Vide quæ dicimus in* MARZGAN.

AFNIMAN ÏAYEIT: Auferre opprobrium; *Luc.* 1: 25.
AFNIMADA ÏMMA ΨATEI hABAIΨ: Auferetur ab eo quod habet; *Marc.* 4: 25. *Luc.* 8: 18.
AFNIMANDS ÏNA AF MANAREIN SNNAKR: Apprehendens eum de turbâ seorsum; *Marc.* 7: 33. *Refer ad* NIMAN, Capere, apprehendere.

AFOAGAN, Suffocare, exstinguere.
AFOAGANDA, Suffocant; *Marc.* 4: 19.
AFOANNANDA, Suffocantur; *Luc.* 8: 14.
AFOANNRDEDANN ÏN MAREIN: Suffocabantur in mari; *Marc.* 5: 13.
AFOAIDEDANN, Suffocaverunt; *Marc.* 4: 7. ΨAREI FYR NI AFOANIΨ: Ubi ignis non exstinguitur; *Marc.* 9: 48. ÏN FYR ΨATA NNOANNANDR: In ignem inexstinguibilem; *Marc.* 9: 43 & 45.

AFSATGAN, Amovere aliquem ab hac vel illâ functione. *Belgis* afsetten. BI ΨE AFSATGAIDAN NS FANKARRGA: Cum amotus fuero à villicatione; *Luc.* 16: 4. *Refer ad* SATGAN.

AFSATGAN UEN, Dimittere uxorem; *Marc.* 10: 2. AFSATEINAIS BRKRS MEAGAN: Repudii libellum scribere; *Marc.* 10: 4.

AFSAAhAM ÏNA: Occidamus illum; *Luc.* 20: 14.
AFSARhNN ÏNA: Occiderunt illum; *Marc.* 12: 5.
AFSARh ÏMMA ANSR: Amputavit illi auriculam; *Marc.* 14: 47.
Refer ad SAAhAN, Percutere.

AFSAANΨNRDEDANN AAAI, Mirati sunt omnes; *Marc.* 1: 27.
AFSAANΨNRDEDANN ÏN YANKDE ÏS: Obstupescebant in verbis ejus; *Marc.* 10: 24. GAh YARΨ AFSAANΨNAN AAAANS: Et factum est ut omnes expavescerent; *Luc.* 4: 36. *Videri possunt affinitatem aliquam habere cum* SAYAN, Tacere; *propter silentium illud intra quod se tenere solent formidine vel admiratione tacti.* Auferunt nobis vocem, quæ fieri posse non credimus; & silentium est admiratio subita miserorum; *Quint. declam.* II. *Nisi quis fortè putabit propiùs accedere ad Angloſaxonicum* ylapan *vel* arlapan, In securitatem segnitiémq; otio solvi. *unde* ylæpð *vel* ylepð, Pigritia, inertia.

Anglis

Anglis sloth. *Solent enim homines admiratione vel metu externati in eodem veſtigio ac ſtatu aliquamdiu perdurare & immoti defixíq; veluti per inertiam torpere.*

ᚫᚠSTᚫᚾᛞᚫᚾᛞ ïN M᛫ᚫᛚ ᚠᚴᚫISTᚢᛒN᛫ᚱS: Recedunt in tempore tentationis; *Luc.* 8: 13. ᚫᚠSTᚱᚹ ᚠᚫIKᚴᚫ ïMMᚫ ᚢᚾᛞ M᛫ᚫᛚ: Receſſit ab eo ad tempus; *Luc.* 4: 13.

ᚫᚠSTᚫSSᚫIS ᛒᚱKᚱS ᚴIᛒᚫI ïZᚫI: Repudii libellum det ei; *Matth.* 5: 31.

ᚫᚠSTE⁞ᚴ ᛞᚫᚫᚫᚹ: Deſcende; *Luc.* 19: 5. *Vide quæ in* STE⁞ᚴᚫN *annotamus.*

ᚫᚠTᚫᚾᚫ, Retrò; ὀπισθεν. *Marc.* 5: 27.
ᚫᚠTᚫᚴᚱ, Retrò; ὀπισθεν. *Matth.* 9: 20.
ᛞᚢ ᚫᚠTᚫᚴᚱ; Retrò; ὀπισθεν. *Luc.* 8: 44.
ᚫᚠTᚢMISTS, Noviſſimus; ἔσχατος. *Marc.* 9: 35.
ᚫᚠTᚢMᚫᚾS, Noviſſimi; ἔσχατοι. *Marc.* 10: 31.
ᚫᚠTᚢMIST hᚫᛒᚫIᚹ ᛞᚫᚢhTᚫᚱ M᛫INᚫ: In extremis eſt filia mea; ἐσχάτως ἔχει τὸ θυγάτριόν μου. *Marc.* 5: 23.

ᚫᚠTᚫᚢᚴNIᛞ, Rumpit; *Luc.* 5: 36. *Vide* TᚫIKᚫᚾ, Rumpere.

ᚫᚠTIuhᚫᚾ, Reducere. hᚫIhᚫIT ïNᚫ ᚫᚠTIuhᚫᚾ ᚠᚫIKᚴᚫ STᚫᚹᚫ ᚫ᛫ITIᚫ: Rogavit eum à terrâ reducere [*navem*] puſillùm; *Luc.* 5: 3. ᚫᚠTIuhᚫᚾᛞS ïNᚫ ᚷᚫITᚱᚢS: Apprehendens eum Petrus; *Marc.* 8: 32. *Pertinet ad* TIuhᚫᚾ, Ducere, trahere.

ᚫᚠTᚱᚫ, Denuò, rurſus, iterum; πάλιν. *Matth.* 5: 33. *Marc.* 10: 1, 10. 12: 4. *Joh.* 9: 27. 11: 8. *Angloſaxonibus* eft *eſt* Iterum. *Cimbris* ᚫᛒᚫᚷᚫ. *Alamannis* abur. auûr. auor. auar. *quæ videntur affinia Græco* ἄυ *vel* ἄυθι *vel* ἄυδις. Rurſus. *Quemadmodum enim Theotiſcum* auûr *videri poteſt deſumpta ex* αὖ. *ita Angloſaxonicum* eft *&* *Gothicum* ᚫᚠTᚱᚫ *videri poſſunt factum ex* αὖδι. *ſiquidem antiquiores Græci putantur* ἀφδι *pronuntiâſſe pro* αὖδι.

ᚫᚠTᚱᚫhᚫITᚫᚾ *eſt* Reinvitare, *i. rurſus invitare eum qui prior invitaverat. Luc.* 14: 12.

ᚫᚠᚠᚫIᚷhIᚠ, Fugit; *Joh.* 10: 13. *Refer ad* ᚠᚫIᚷhᚫᚾ, Fugere.

ᚫᚠᚠᚹᚫhᚫᚾ, Lavare, abluere; *Joh.* 9: 11. *Refer ad* ᚠᚹᚫhᚫᚾ.

ᚫᚠuIᚠIᚠ ᚫᚫᚫMMᚫ ᚫIᚴINᚫ SEINᚫMMᚫ: Renuntiat omnibus

bus quæ possidet; ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν. *Luc.* 14: 33.

ᚨᚠᚹᚨᛁᚴᚠᚨᚾ ᛊᛏᚨᛁᚾᚨᛗ, Lapidare; λιθάσαι. *Joh.* 11: 8.
ᚨᚠᚹᚨᛁᚴᚠᚨᚾᛞᚨᛊ ᚹᚨᛊᛏᚷᚨᛁ ᛊᛖᛁᚾᚨᛁ: Projiciens vestimentum suum; *Marc.* 10: 50. *Refer ad* ᚹᚨᛁᚴᚠᚨᚾ, Mittere, projicere.

ᚨᚠᚹᚨᚨᚹᛁᚠᛊ ïᛊᛏ ᛊᚨ ᛊᛏᚨᛁᚾᛊ: Revolutus est lapis; *Marc.* 16: 4. *Refer ad* ᚹᚨᚨᚹᚷᚨᚾ, Volvere, revolvere.

ᚨᚷᚾᚴᚨᚾᚠ. ᚨᛁᛒᚨᛁᚠ ïᚾ ᚨᚷᚾᚴᚨᚾᚠ: Vivet in æternum; ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. *Joh.* 6: 51 & 58. *Anglis* age *est* Ætas. *Quisquis verò attendet ad ea quæ in Gothico nostro alphabeto diximus de affinitate literæ* ᚷ *cum* ᚠ *consono, facilè quoque concedet* ᚨᚷᚾᚴᚨᚾᚠ *&* age *referri posse ad* αἰών, Ævum.

ᚨᚺᚨᚴᛊ, Columba. ᚨᛏïᛞᚨᚷᚨ ᚨᚺᛗᚨ ᛊᚨ ᚷᛖᛁᚺᚨ ᛊᚹᛖ ᚨᚺᚨᚴᛊ ᚨᚾᚨ ïᚾᚨ: Descendit spiritus sanctus sicut columba in ipsum; *Luc.* 3: 22. ᚴᚨᛊᚨ⊙ ᚨᚺᛗᚨᚾ ᛊᚹᛖ ᚨᚺᚨᚴ ᚨᛏᚴᚨᚴᚴᚨᚾᛞᚨᚾ ᚨᚾᚨ ïᚾᚨ: Vidit spiritum tanquam columbam descendentem in ipsum; *Marc.* 1: 10. ᛏᚹᚱᛊ ᚷᚢᚴᚴᚱᚾᛊ ᚨᚺᚨᚴᛖ: Duos pullos columbarum; *Luc.* 2: 24. ᛊᛁᛏᚨᚾᛊ ᚠᛁᛉᛖ ᚠᚴᚨᛒᚢᚱᚷᚨᚾᛞᚨᚾᛖ ᚨᚺᚨᚴᛁᛗ ᚢᛊᚹᚨᚾᛏᛁᛞᚨᚾ: Cathedras vendentium columbas evertit; *Marc.* 11: 15. *Videri potest* ᚨᚺᚨᚴᛊ *per quandam literarum transpositionem (priùs tamen anteriore* ᚴ *in aspirationem commutato) desumptum ex* ἄκακος, Minimè malus, innocens, simplex, ab omni fraude alienus. *Huc facit locus Otfridi* I, 25, 49. *ubi rationem reddit cur Sanctus spiritus specie columbæ descenderit in Christum baptizatum.*

Er uuas dubun gilih/
Thaz uuas so gilumphlih/
Thuruh ira guati
Joh thas mammunti.
Thar n' ist gallun ana uuiht/
Ouh bitteres na uuiht.
Mit snabilu ni uuinnit/
Ouh mit fuazin ni krimmit.
So ist ther heilego geist.
Thiu sconi ist al in imo meist.
Suaznissi inti guati/
Joh mammunti gimuati. *&c.*

ᚨᚺᚨᚾᚨ ïᚾᛏᚨᚾᛞᛖᛁᚠ ᚠᚾᚾᛁᚾ ᚾᚾ⊙ᚨᛚᚠᚾᚨᚾᛞᚨᛁᚾ: Paleas com-

buret igne inextinguibili; τὸ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. *Luc.* 3: 17. *Affine huic videtur illud Alamannici glossarii D*, 10; Festuca, **agena**. Arista, idem. *Fortassè quoque videbuntur aliquibus* **ⲁⲏⲁⲛⲁ** *&* **agana** *non ita multùm recessisse ab* ἄχυρον.

ⲁⲏϩⲁⲛ, Arbitrari. **ⲛⲓ ⲁⲏϩⲁⲓⲯ ⲯⲁⲧⲉⲓ ⲙⲉⲙϩⲁⲛ ⲗⲁⲅϩⲁⲛ ⲅⲁⲩⲁⲓⲕⲯⲓ ⲁⲛⲁ ⲁⲓⲕⲯⲁ**: Nolite arbitrari quia pacem veni mittere in terram; *Matth.* 10: 34. *Anglosaxonibus* ehtian *est* Æstimare, putare. *Alamannis* **ahton**. *Belgis* **achten**. ἡγέομαι, ἡγοῦμαι *Græcis est* Arbitror, puto.

ⲁⲏⲙⲁ, Spiritus; *Joh.* 6: 63. **ⲥⲩⲉⲅⲛⲉⲓⲁ ⲁⲏⲙⲁ ⲙⲉⲓⲛⲥ**: Exultat spiritus meus; *Luc.* 1: 47. **ⲁⲏⲙⲁ ⲥⲛⲛϩϫⲥ**: Spiritus veritatis; *Joh.* 14: 17. **ⲁⲏⲙⲁ ⲥⲁ ⲛⲛⲏⲕⲁⲓⲛϩⲁ**: Spiritus immundus; *Marc.* 1: 26. 5: 8. **ⲁⲏⲙⲁ ⲛⲛⲕϫⲁϩⲁⲛⲁⲥ**: Spiritus mutus; *Marc.* 9: 25. **ⲁⲏⲙⲁ ⲥⲁ ⲩⲉⲓⲏⲁ**: Spiritus sanctus; *Joh.* 7: 39. 14: 26. **ⲁⲏⲙⲁ ⲩⲉⲓⲏⲥ**: Spiritus sanctus; *Luc.* 1: 35. 2: 25. **ⲁⲧⲗⲁⲓⲗϫⲧ ⲁⲏⲙⲁⲛ**: Emisit spiritum; *Matth.* 27: 50. **ⲛⲓⲛ ⲩⲓⲧⲛⲯ ⲟⲓⲥ ⲁⲏⲙⲁⲛⲥ ⲥⲓϩⲛⲯ**: Nescitis cujus spiritus estis; *Luc.* 9: 55. *Græcis* ἄημα *est* Flatus, spiritus. *ab* ἄω *vel* ἄημι, Flo, spiro.

ⲁⲏⲥ, Spica; *Marc.* 4: 28. **ⲁⲏⲥⲁ ⲕⲁⲛⲡϩⲁⲛ**: Spicas vellere; *Marc.* 2: 23. **ⲕⲁⲛⲡⲓⲁⲉⲁⲛⲛ ⲁⲏⲥⲁ**: Vellebant spicas; *Luc.* 6: 1. *Anglosax.* eaꝼ. aheꝼ. *Alam.* ǽr. *Dan.* ax. *Angl.* **ear of corn**. *Belg.* **ader/korn-ader**. *Græcis est* ἀθήρ. *Plura vide in Observatis nostris ad Willerami paginam* 73. *sicuti & Vossii etymologicum Latinum in* Arista.

ⲁⲏⲧⲁⲛ ⲁⲁⲅϫⲥ, Octo dies; *Luc.* 9. 28. **ⲃⲓ ⲯⲉ ⲛⲥⲧⲛⲗⲗⲛϫⲁⲉⲁⲛⲛ ⲁⲁⲅϫⲥ ⲁⲏⲧⲁⲛ**: Postquam consummati sunt dies octo; *Luc.* 2: 21. **ⲩⲁⲕⲯ ⲓ̈ⲛ ⲁⲁⲅⲁ ⲁⲏⲧⲛⲁⲓⲙ**: Factum est in die octavo; *Luc.* 1: 59. **ⲩⲓⲁⲛⲩϫ ϩⲉⲕⲉ ⲁⲏⲧⲁⲛⲧⲉⲏⲛⲛⲁ ϩⲁⲏ ⲧⲓⲁⲩϫⲕ**: Vidua annorum octoginta quatuor; *Luc.* 2: 37. **ⲁⲏⲧⲁⲛⲧⲉⲏⲛⲛⲁ**, octoginta; *Luc.* 16: 7. *Cambrobritannis* wyth *est* octo. *Anglosaxonibus* eahta. *Alamannis* **aht**. *Cimbris* ⲗⲗⲗⲗ. *Danis* **att**. *Islandis* **aatta**. *Anglis* **eight**. *Belgis* **acht**. *Græcis* ὀκτώ.

ⲁⲓⲃⲕⲥ, Munus; *Matth.* 5: 23.

ⲁⲓⲅⲁⲛ, Habere, possidere. **ⲩⲁⲗⲁⲛⲧⲉⲛⲓ ⲁⲓⲏ**: Potestatem habeo; *Joh.* 19: 10. **ϩⲁⲏ ⲁⲛⲯⲁⲕⲁ ⲗⲁⲙⲃⲁ ⲁⲓⲏ**: Et alias oves habeo; *Joh.* 10: 6. **ⲁⲓⲅⲁⲛⲁⲥ**, Habens; *Marc.* 12: 6. *Luc.* 15: 4. 20: 28.

ⲁⲓⲏⲛⲙ

ΑΙΗΠΜ ΥΙΤΩΨ: Habemus legem; *Joh.* 19: 7. ⊦ΑΠΗΩΝS ΓΚΩΒΩS ΑΙΓΠΝ: Vulpes foveas habent; *Matth.* 8: 20. ΑΙΗΤΑ, Habebat; *Luc.* 15: 11. ΑΙΗΙΑΑ, Habebat; *Luc.* 16: 1. ΝΙ ΑΙΗΤΕΑΕΙS ΥΑΛΑΠ⊦ΝΓΕ ΑΙΝΗΠΝ ΑΝΑ ΜΙΚ: Non haberes potestatem ullam adversum me; *Joh.* 19: 11. *Anglosax.* aȝan *est* Habere, possidere. *Alam.* eigan. *Cimbr.* ΗΡΛ. *Isl.* eiga. *Nemo non videt quantam hæc habeant affinitatem cum Græco* ἔχειν, Habere. *Gothis quoque* ΑΙΓΙΝ *vel* ΑΙΗΝ *est* Proprius, *item* Peculiaris ac propria possessio. *Anglosax.* aȝen. *Alam.* eigan. *Cimbr.* ΗΡΛ. *Dan.* eget. *Isl.* eyga. *Angl.* own. *Belg.* eygen. *de quibus fusè egimus in annotatis ad Tatiani* XIII, 5.

ΑΙΗΤΚΩΝ, Mendicare. SΑΤ ⊦ΑΠΚ ΥΙΓ ΑΠ ΑΙΗΤΚΩΝ: Sedebat juxta viam ad mendicandum; *Marc.* 10: 46. *Luc.* 18: 35. SΑ ÏST SΑΕΙ SΑΤ ΑΙΗΤΚΩΝΑS: Hic est qui sedebat mendicans; *Joh.* 9: 8. οἰκτρὸς *Græcis est* Miserandus, misericordiâ vel commiseratione dignus. οἶκτος, Misericordia, commiseratio. *Omnium nunc cogitationibus primo statim intuitu liquere puto quantam inter se habeant affinitatem* ΑΙΗΤΚΩΝΑS *&* οἰκτρός. *Omnes adhæc agnoscent hanc* οἰκτροῦ *appellationem optimè competere iis qui ærumonsam vitam alimentis quotidie petendis ac repetendis sustentare coguntur, quíq; miserabili planctu ostiatim orant atque exorant exiguum quid quo fugientem animam in posterum modò diem prorogent. Quod si quis tamen censeat* ΑΙΗΤΚΩΝ *propiùs accedere ad* αἰτεῖν, Poscere, postulare, *is pro se afferet composita quoque* ἐπαιτεῖν *&* προσαιτεῖν *Græcis usurpata pro* Mendicare, *quodq; inde* αἴτης, ἐπαίτης, προσαίτης *dictus sit* Mendicus. *atque adeò quoque ab eodem* αἰτεῖν *(quemadmodum author est Eustathius in Odyss.* Ξ.) αἰτωλὸς, *nomen gentis, tecto scommate, translatum sit ad Mendicum. Huc etiam facit quòd Argenteo codici* ΒΙΑΓΑΝ *est* Mendicare, *Luc.* 16: 3. *ac fortassè hinc etiam* ΒΙΑΑΓΥΑ *dicitur* Cœcus, *Joh.* 9: 8. *Alamannis* betolon *vel* petlen *est* Mendicando inopiam propulsare. betolond / Mendicans. betalari / Mendicus. *Otfridus libro* III, *capp* 20 *&* 21. *Belgis* bedelen *est* Exiguam stipem emendicare. *verbum Frequentativum à* bede / Petitio, supplicatio. *ut propriè nihil aliud sit* bedelen / *quàm Miseram illam mendicantium cantilenam sinè fine iterare. Italis* pezzente, pitocco, pitticco *fortassè dictus est Mendicus, à Teutonico* bidden *vel* pitten / Orare. *At Hispanica* picareár *vel* picardeár, *Mendicare.* Picaro, *Mendicus, desumpta putant ex Teutonico* begeren / Poscere, desiderare, concupiscere. *unde quoque promanâsse censent Anglica* beg *&* begger / Mendicare *&* Mendicus. *Cæterùm de his vide etymologicum nostrum Anglicum in* Beg.

ΑΙΝ⊦ΑΛΨ, Simplex. *Matth.* 6: 22. *Anglosax.* anfeald. *Alam.* einfalt.

Isl. einfalldur. *Dan.* enfoldig. *Belg.* eenvoudig/eenvuldig. *Facilè in his omnibus dignoscas Teutonicum* faldan/ Plicare. ᚨᛁᚾᚠᚨᛚᛋᚹ *itaque est Unius veluti plicæ. prorsus ut* Simplex *Latinis dicitur quasi Sinè plicâ*; Duplex, *duarum plicarum*; Triplex, *trium*, *&c.* ἁπλόω ἁπλοῦς *Græcis quoque est ab* ἁπλόω, Explico, *i. expandendo plicas omnes tollo. Huc etiam pertinet* ᛗᚨᚾᚨᚱᚠᚨᛚᛋᚹ, Multò plura; *Luc.* 18: 30. ᚠᛁᛟᚾᚴᚠᚨᛚᛋᚹ, Quadruplum; *Luc.* 19: 8. ᛏᚨᚢᛁᛟᚨ ᚨᚴᚴᚨᚾ ᛏᚨᛁᚺᚾᚾᛏᚨᛁᚺᚾᛟᚠᚨᛚᛋᚹ: Fecit fructum centuplum; *Luc.* 8: 8.

ᚨᛁᚾᛋ, Unus. εἷς. ᚨᛁᚾᛋ ᛁᛉᚢᚨᚴᚨ ᚱᚨᚨᛖᚢᛖᛁᚹ ᛗᛁᚴ: Unus ex vobis tradet me; *Joh.* 13: 21. ᚠᚨᚾ ᚱᚷᚹ ᚾᚾᛋᚨᚴ ᚠᚨᚾ ᚨᛁᚾᛋ ᛁᛋᛏ: Dominus Deus noster Dominus unus est; *Marc.* 12: 29. ᚷᚷᛏᚨ ᚨᛁᚾᛋ ᚨᛁᚹᚹᚨᚾ ᚨᛁᚾᛋ ᛋᛏᚱᛁᚴᛋ ᚾᛁ ᚾᛋᚨᛖᛁᚹᛁᚹ ᚨᚠ ᛉᛁᛏᚷᚨᚨ: Jota unum aut unus apex non præteribit à lege; *Matth.* 5: 18. ᚹᚨᚾᚨ-ᛋᛖᛁᚹᛋ ᚾᛁ ᛋᛁᚾᚨ ᛏᚢᚨ. ᚨᚴ ᚨᛖᛁᚴ ᚨᚾ: Jam non sunt duo, sed una caro; *Marc.* 10: 8. ᚨᛁᚾᚠᚨᛚᛋᚹ, Simplex; *Matth.* 6: 22. *quod vide suo loco.* ᚨᛁᚾᛟᚨᚴᚷᚨᚾᛖh ᛁᛉᛖ hᚨᚾᚨᚾᚾᛋ ᚨᚾᚨᚨᚨᚱ-ᚷᚨᚾᚨᛋ: Unicuique vel singulis illorum manus imponens; ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθείς. *Luc.* 4: 40. 16: 5. ᚨᛁᚾᛋhᚾᚾ ᚹᚨᚾᚨᛋᛖᛁᚹᛋ ᚾᛁ ᚱᚨᚨᚨᚾᚴᛋᛏᚨ ᛁᚾᚨ ᚠᚴᚨᛁhᚾᚨᚾ: Nemo exinde audebat illum interrogare; *Marc.* 12: 34. ᚨᛁᚾᛋhᚾᚾ ᚾᛁ ᚠᚨᛁᚠᚨh ᛁᚾᚨ: Nemo apprehendit eum; *Joh.* 8: 20. ᚨᛁᚾᛋhᚾᚾ ᚾᛋ ᛁᛉᚢᛁᛋ ᚾᛁ ᚠᚴᚨᛁhᚾᛁṰ ᛗᛁᚴ: Nemo ex vobis interrogat me; *Joh.* 16: 5. ᚾᛁhᚹᚨᚾ ᚨᛁᚾᛋhᚾᚾ ᛋᚢᛖᚹᚨᚾh ᛒᚨᚨᚹᚨᛒᚨ ᚴᚷᚨᛁᛞᚨ ᛒᛁ ᛁᚾᚨ: Nemo tamen palàm loquebatur de illo; *Joh.* 7: 13. ᚾᛁ ᚹᚨᚾᚨᛋᛖᛁᚹᛋ ᚨᛁᚾᚷhᚾᚾ ᚱᚨ-ᛋᛖᛟᚾᚾ: Neminem amplius viderunt; *Marc.* 9: 8. ᚾᛁ ᚠᚴᚨᚢᛁᛋᛏᛁ-ᛞᚨ ᛁᛉᛖ ᚨᛁᚾᚾᛗᛗᛖhᚾᚾ: Non perdidi eorum quemquam; *Joh.* 18: 9. ᚾᛁᚨᛁᚾᛋhᚾᚾ ᛗᚨᚱ ᚢᛁᛗᚨᚾ ᚨᛏ ᛗᛁᛋ: Nemo potest venire ad me; *Joh.* 6: 65. *Plura vide suo loco. Anglosaxonibus* an *est* Unus. *Cambrobritannis* un. *Alamannis* ein. *Cimbris* HIK. *Danis* en. *Islandis* eynn. *Anglis* a/ an/ one. *Belgis* een. *Affinia sunt Græco* εἷς, ἑνός.

ᚨᛁᚾᛋ, Solus; μόνος. *Luc.* 9: 36. *Joh.* 6: 15. ᛗᛁᚴ ᚨᛁᚾᚨᚾᚨ ᛒᛁ-ᛚᛖᛁṰᛁṰ: Me solum relinquetis; *Joh.* 16: 32. ᚾᛁᛒᚨᛁ ᚴᚨᚾᚴᚾᚷ ᛟᚨᛁᛏᛖᛁᛋ ᚱᚨᛞᚴᛁᚾᛋᚨᚾᛞᚷ ᛁᚾ ᚨᛁᚴᚹᚨ ᚱᚨᛋᛉᛁᚨᛏᛁṰ. ᛋᛁᚨᛒᚷ ᚨᛁᚾᚨᛏᚨ ᚨᚠᚨᛁᚠᚾᛁṰ: Nisi granum frumenti cadens in terram moriatur, ipsum solum relinquitur; *Joh.* 12: 24. ᚾᛋᛏᚨᚾh ᛁᚾᛋ ᚨᚾᚨ ᚠᚨᛁᚴ-ᚱᚾᚾᛁ hᚨᚾh ᛋᚾᚾᛞᚨᚴᚷ ᚨᛁᚾᚨᚾᛋ: Duxit illos in montem excelsum seor-

ſeorſim ſolos; *Marc.* 9: 2. ΛΙΝΛΗΛ ΣΗΝΗΣ: Unicus filius; μονογενὴς υἱός. *Luc.* 7: 12. ΛΙΝΩΗΩ ΑΛΗΗΤΛΚ: Unica filia; μονογενὴς θυγάτηρ. *Luc.* 8: 42. ΨΛΤ ΛΙΝΕΙ, Solùm; μόνον. *Matth.* 5: 47. 8: 8. 9: 21.

ΛΙΘΛΤΗΝΑϹΛ, Rubus. βάτος. *Marc.* 12: 26. *Luc.* 6: 44. 20: 37. *Ab hac voce Gothicâ* Æcentia *videtur medii ævi ſcriptoribus Alamannicis uſurpatum pro* Senticeto *vel* Vepribus. *Occurrit in illâ Goldaſti chartâ Alamannicâ quæ eſt numero* XXXIX. *Initium interim Gothicæ vocis videtur affinitatem aliquam habere cum Græco* ἀκὴ, Acies. *At* æcentia *videri quoque poteſt quàm proximè accedere ad* ἄκανθα, Spina.

ΛΙΚ, Ante, priùs. *Angloſax.* æꝼ. *Alam.* er. *Angl.* ere. *Belg.* eer. ꝼΙΛΗ ΛΙΚ ΨΙΣ ΑΛΓΙΣ: Valdè manè; *Marc.* 16: 2. ΛΙΚ ΗΗΤΥΩΝ ΗΣΣΤΛΝΑΛΝΑΣ: Diluculo valdè ſurgens; *Marc.* 1: 35. *Hæc & ſimilia loca in Angloſaxonicis quoque Francicíſq; monumentis frequenter occurrentia aliquando mihi injecerunt ſuſpicionem hanc primam eſſe atque antiquiſſimam vocis* ΛΙΚ *acceptionem, deſumtámq; ex Græco* ἦρ, Diluculum, tempus matutinum. *ut* æꝼ *olim de matutino h. e. priore vel anteriore diei tempore ſit acceptum, poſtea verò latiùs extenſum ſit ad quodvis aliud antecedens tempus. Ab hoc interim* ΛΙΚ Priſci mortales & qui temporibus antiquiſſimis vixerunt ΛΙΚΙΖΛΝ *dicebantur.* ΨΙΨΛΝ ΪΣΤ ΨΛΙΜ ΛΙΚΙΖΛΜ: Dictum eſt antiquis; *Matth.* 5: 21. *Inde quoque* ΛΙΚΙΣΨΛΗ *erat* Olim. ΛΙΚΙΣΨΛΗ ΪΝ ΣΛΚΚΗΜ ϹΛΗ ΛΖΓΩΝ ΣΙΤΛΝΑΕΙΝΣ ΓΛΪΑΚΕΙΓΩΑΕΑΕΙΝΛ: Olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterent. *Luc.* 10: 13.

ΛΙΚΨΛ, Terra. *Angloſax.* eoꝼðe. *Alam.* erda. herda. ertha. hertha. *Dan.* jord. *Belg.* aerde/eerde. Herthæ *meminit Tacitus de Germanorum moribus, cap.* 40; *ubi ait*; In commune Hertham, id eſt Terram matrem colunt, eámq; intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. *Vocis etymologiam tradit Voſſius in arduo opere de Origine & progreſſu idololatriæ, libro* 11, *cap.* 62.

ΛΙΚΗ, Nuntii, legati. ΛꝼΓΛΛΕΙΨΛΝΑΛΜ ΨΛΝ ΨΛΙΜ ΛΙΚΗΜ ΪΩΗΛΝΝΕΣ: Quum diſceſſiſſent nuntii Johannis; *Luc.* 7: 24. ΪΝΣΛΝΑΙΑΛ ΛΙΚΗΝΣ ꝼΛΗΚΛ ΣΙΣ: Miſit nuntios ante conſpectum ſuum; *Luc.* 9: 52. *Potiſſimus tamen locus eſt in parabolâ duorum Regum pugnam meditantium, Luc.* 14: 32; ΪΝΣΛΝΑϹΛΝΑΣ ΛΙΚΗ. ΒΙΑϹΙΨ ΓΛΥΛΙΚΨϹΙΣ: Mittens legationem, rogat ea quæ pacis ſunt; ἀποστείλας πρεσβείαν, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. *His valdè ſunt affinia quæ habet Runicum lexicon in* ꝼIRꝼ,

Pax. ⲀⲚⲀⲢⲀⲢⲰⲀⲢⲚⲀ. ⲀⲚⲀⲢⲚⲰⲒⲔⲔⲒ, Vir bellicosus, turbas ac discordias amans. ⲀⲢ ⲒⲚⲀⲢⲀ, Pacisci. *Ac plura etiamnum habet etymologicum nostrum Anglicum in* **Ambassadour**.

ⲀⲒⲔⲌⲄⲀⲚ, Seducere, in errorem inducere. **ⲀⲒⲔⲌⲈⲒⲰ ⲰⲬ ⲘⲀⲚⲀⲄⲈⲒⲚ**: Seducit turbas; *Joh.* 7: 12. **ⲀⲒⲔⲌⲄⲀⲚⲀⲤ**: Seductor; *Matth.* 27: 63. **ⲄⲚⲤ ⲈⲒⲀⲚ ⲀⲒⲔⲌⲄⲀⲒ ⲤⲒⲄⲚⲰ**: Vos multum erratis; *Marc.* 12: 27. **ⲀⲒⲔⲌⲒⲰⲀ**, Error; *Matth.* 27: 64. *Alamannis* irren / geirren *est* In errorem impellere, à rectâ viâ abducere. irre gen. irre faran / Errare, vagari. irrer / Vagus. irri muat / Vaga mens. irrido / irrituom / Error. *vett Belgis* **erren** *est* Errare. **erredom** / Error. *Anglis* **erre** *est Errare*. **Errour** / *Error*. *Jos. Scaliger in librum Quintum Varronis de* L L *derivat ab* ἔρρειν, Errare: *adducítq; verba Homeri ex Odyss.* Δ, *versu* 367; ἡ μ' οἴῳ ἔρροντι σανήντετο νόσφιν ἑταίρων,

Erranti à sociis mihi quæ procul obvia facta est.

Vide interim Observata nostra ad Willerami paginam 11. *sicuti & Vossii etymologicum Latinum in* Errare.

ⲀⲒⲤⲦⲀⲚ, Revereri. **ⲚⲒ ⲀⲒⲤⲦⲀ ⲘⲀⲚⲚⲀⲚ**: Non revereor hominem; *Luc.* 18: 2 & 4. **ⲀⲒⲤⲦⲀⲚⲀ ⲤⲚⲚⲚ ⲘⲈⲒⲚⲀⲚⲀ**: Reverebuntur filium meum; *Luc.* 20: 13. *pro quo* **ⲄⲀⲀⲒⲤⲦⲀⲚⲀ ⲤⲚⲚⲚ ⲘⲈⲒⲚⲀⲚⲀ** *scribitur Marci* 12: 6. **ⲤⲦⲀⲚⲀ ⲨⲀⲤ ⲤⲚⲘⲤ ⲄⲬⲰ ⲚⲒ ⲬⲄⲀⲚⲀⲤ ⲄⲀⲎ ⲘⲀⲚⲚⲀⲚ ⲚⲒ ⲀⲒⲤⲦⲀⲚⲀⲤ**: Judex quidam erat qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur; *Luc.* 18: 2 & 4.

ⲀⲒⲰ, Juramentum. **ⲚⲤⲄⲒⲂⲀⲒⲤ ⲈⲀⲚⲒⲚ ⲀⲒⲰⲀⲚⲤ ⲰⲈⲒⲚⲀⲚⲤ**: Reddes Domino juramenta tua; *Matth.* 5: 33. **ⲒⲚ ⲰⲒⲌⲈ ⲀⲒⲰⲈ**; Propter jusjurandum; *Marc.* 6: 26. **ⲀⲈⲦⲔⲀ ⲀⲈⲀⲒⲀⲒⲔ ⲘⲒⲰ ⲀⲒⲰⲀ ⲤⲨⲀⲔⲀⲚⲀⲤ**: Iterum negavit cum juramento; *Matth.* 26: 72. *Anglosax.* að. *Alam.* eid. *Cimbr.* ⲒⲒⲈⲚⲀ. *Isl.* eidur. *Danis & Belgis* **eed**. *Anglis* **oath** / **oth**. *Videtur autem Jusjurandum patribus nostris* að *dictum à denominatione Eumenidum, quæ Græcis* ἄται *nuncupabantur: nam jurantes olim Diris sese devovebant ac jurijurando gravem plerumque execrationem addebant, circa finem jurisjurandi distinctè exprimentes explanantésq; verba quibus caput suum totámq; adeò domum suam, si scientes fefellissent, Deorum iræ consecrarent. Vide Barn. Brissonium libro* VIII *de Formulis & solemnibus populi Romani verbis*.

ⲀⲒⲰⲈⲒ, Mater; *Matth.* 27: 5. *Marc.* 3: 31. *Luc.* 1: 43 & 60. *Vide* **ⲀⲦⲦⲀ**, Pater.

ⲀⲒⲰ-

ΑΙΨΨΑΝ, Autem, δέ. *Joh.* 11:46. *Matth.* 5:37.

ΑΙΨΨΑΠ, Aut; *Matth.* 5:17, 18, 36. *Marc.* 4:17. 8:37. *Luc.* 14:12. 18:29. *Etiam* ΠΨΨΑΠ *occurrit Joh.* 9:2. *Anglosaxonibus* oððe. *Alamannis* edo. *Græcis* ἢ *vel* ἤτε *vel* ἤτοι *est* Aut.

ΑΙΥ *vel* ΑΙΥΑ ΑΑΓΕ *vel* ΑΠ ΑΙΥΑ *vel* ΪΝ ΑΙΥΙΝ, *item* ΠΝΑ ΑΙΥ *passim occurrunt in Argenteo codice pro* Semper, in æternum, in sæculum. *quemadmodum contra* ΑΙΥ *vel* ΝΙ ΪΝ ΑΙΥΑ *exp.* Nunquam; *Marc.* 2:12. *Matth.* 9:33. ΑΙΥΕΙΝΧ ΛΙΒΑΙΝΣ: Æterna vita; *Joh.* 17:3. ΑΙΥΕΙΝΧΣ ΗΛΕΙΨΚΧΣ: Æterna tabernacula; *Luc.* 16:9. *Manifestè sunt ab* ἀιὼν, Sæculum, ætas. ἀιώνιος, Æternus. *Huc etiam refer Alamannicum* euuig. *Danicum* evig. *Belgicum* eewig. *Græcis* ἀιὼν *putant dictum quasi* ἀεὶ ὤν. *quomodo & Anglosaxonica* á *vel* á á, Semper *videri possunt detruncata ex* ἀεί.

ΑΙΥΙΣΚΧΝ, *verbum est ignotæ mihi significationis; de quo tamen aliquid dicimus in* ΓΑΛΙΥΙΣΚΧΑΠΑΠΝ.

ΑΙΖ, Æs. *Marc.* 6:8. *Originem vocabuli tradit Vossii etymologicum Latinum. Anglosaxonibus quoque* áꝑ *est* Æs. *etiam* æꝑen *vel* æꝑýnn, Æneus *adeò frequenter occurrunt in pervetustis monumentis, ut videri possint Teutonica esse. Olim certè Æris nomen complectebatur etiam Ferrum, Chalybem, atque aliam quamvis materiam armis fabricandis idoneam; quod ipsum quoque in Græco* χαλκὸς *locum habuisse pluribus antehac observatum. Antiquioribus nempe sæculis minor erat ferri, quàm æris usus; & arma, quæ nunc ex ferro & chalybe, tunc ex ære plerumque fiebant. unde mihi jam olim suspicio incidit, bellicosissimam Patrum nostrorum ætatem* áꝑ *vel* æꝑen *desumsisse ex* αἱρεῖν, *eâ notione quâ significat* ἀναιρεῖν. Occidere, interimere.

ΑΚ, Sed; *Matth.* 5:39. 8:8. *Luc.* 8:16. *Joh.* 9:3. *Anglosaxonibus quoque* ac *est* Sed. *Ælfrici grammatica cap.* XLIV; Sed, ac. Non ego, sed tu; na ic. ac ðu; Non bos est, sed equus; niꝛ hiꝛ na oxa. ac hoꝑꝛ:.

ΑΚΕΙ, Sed; *Matth.* 9:18. 11:9. *Luc.* 7:25, 26. *Joh.* 16:12, 25.

ΑΚΕΙΤΙΣ ΕΠΛΛΓΑΝΑΣ: Aceto implens; *Matth.* 27:48. *Marc.* 15:36. *Anglosax.* æceð. eceð *est* Acetum. *Alam.* ezzech. *Belgis* edick / eeck. *Quemadmodum verò Anglosaxonicum* eceð *est ab* ecȝe, Acies; *ita quoque* ΑΚΕΙΤ *à simili aliquâ Aciei vel Acuminis denominatione desumi potuisse ostendit vox* ΑΙΘΑΤΠΝΑΓΑΙ *Luc.* 20:37. *Adi quoque Vossii etymologicum Latinum in* Acidus.

ΑΚΚΑΝ,

ΑΚΚΑΝ, Fructus. ΦΙΠΦΙΑϨ ΑΚΚΑΝ ΜΙΦΑΠΣ ΦΕΙΝΙΣ: Benedictus fructus ventris tui; *Luc.* 1: 42. ΕΙ ϤΠΣ ΑΚΚΑΝ ΒΑΙΚΑΙΦ. ϤΑΗ ΑΚΚΑΝ ΪΖΥΑΚ ΑΠ ΑΙΥΑ ΣΙϤΑΙ: Ut fructum feratis, & fructus vester maneat; *Joh.* 15: 16. ΣΙΑΒϨ ΑΙΚΦΑ ΑΚΚΑΝ ΒΑΙΚΙΦ: Ultrò terra fructum fert; *Marc.* 4: 28. ΣΑ ΠΒΙΛΑ ΒΑΓΜΣ ΑΚΚΑΝΑ ΠΒΙΛΑ ΓΑΤΑΠϤΙΦ: Mala arbor malos fructus facit; *Matth.* 7: 17. ΒΙ ΑΚΚΑΝΑΜ ΪΖΕ ΠΕΚΠΝΝΑΙΦ ΪΝΣ: Ex fructibus eorum cognoscetis eos; *Ibidem*, *paragrapho* 20. ΑΚΚΑΝΑΛΑΠΣ ΥΑΙΚΦΙΦ: Sinè fructu efficitur; *Marc.* 4: 19. *Origo vocis petenda est ex illo* ΑΠΚΑΝ, Augere, *quod fuit infra*. *Theotiscis profectò (qui vetus Gothorum idioma in plerisque propiùs exprimunt)* uuachar *&* uuocher *sunt* Fructus autumnales, *item* Fœnus. *Willerami abbatis paraphrasis in Cantici cantic.* VII, 12; do wir thes wara of the wingardo bluoie / of nah themo bluothe thas wocher sich gescaphe. Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. uuachar / Fructum. uuacharum / Fruges; *Kero*. uuachar / Germen; *gl B*, 22. uuackarhaft / Fertilis; *gl B*, 21. uuachar / Quæstum; *gl C*, 14. firan uuacharun / Usuris; *gl B*, 55. *quasi dicas*, *Improbis fructubus*. *Liquet igitur Patres nostros unum idémq; nomen tribuisse Fœnori & Fructibus è terrâ enatis*. *ut* uuachar *sit ab* auchon / Augere: *prorsus ut Anglosaxonica* eaca. okeꝼ. pokeꝼ. Fœnus, *sunt ab* ican *vel* eacan, Addere, augere. *Belgicum quoque* woecker / Usura, *est à veteri* oecken / Augere, accumulare. *Cambrobritannis quoque* occr *&* occraeth *est* Fœnus, usura. *Plura huc pertinentia invenies in Observationibus nostris ad Willerami paginam* 82.

ΑΚΚΣ, Ager; *Matth.* 27: 8. *Anglosax.* aceꝼ. æceꝼ. æcẏꝼ. *Alam.* accar. acker. achar. *Dan.* ager. *Isl.* akur. *Belg.* acker. *Græcis est* ἀγρός. *Anglis* acre *est* Jugerum. *Vide nobilissimi Spelmanni Archæologum in* Acra.

ΑΛΑΚϤϨ *conjunctum cum* ΑΛΛΑΙ *videtur abundare*. *Exempla attulimus in* ΑΛΛΑΙ.

ΑΛΑΙΝΣ ΑΛΑΕ, Generationes generationum; *Luc.* 1: 50. *Anglosaxonibus* ẏlð *est* Ætas, generatio. *Alamannis* altar *est* Ævum, ætas. *unde* nio in altere *iis est* Nunquam, *quasi dicas*, *Nullâ unquam ætate*, *nullo unquam sæculo*. *Vide annotata ad Tatiani* XLII, 3.

ᚿᛉᛖᛏᚬ, Præſepium. ᚴᚬᚬᚴᛁᛞᚬ ᛁᚿᚬ ᛁᚿ ᚿᛉᛖᛏᛁᚿ: Reclinavit eum in præſepio; *Luc.* 2:7, 12, 16. *Denominationis ratio ſatis eſt manifeſta: nam ita quoque Græcis* φάτνη *vel* φάτνη *nuncupatur. Ac* φάτνη *quidem derivant à* φάτλειν, Manducare. φάτνη *verò à* φαγεῖν, Comedere. *Anglis etiam Præſepe vocatur* manger/ *à Gallico* mangér, Comedere. *atque inde Gallis* mangeoire, *Italis* mangiatoja *eſt* Præſepe.

ᚿᛉᚱᚿ, Exſpiravit; ἐξέπνευσε. *Marc.* 15:37 *&* 39. *Anglis* to ſowne *eſt* Deficere, animi deliquium pati. *Vide etymol. Anglicum.*

ᚿᛉᚻ, E, ex; ἐκ, ἐξ. *Marc.* 11:30. *Luc.* 6:45. 20:4. ᚿᛉᚻ ᚠᛚᛘᛘᚬ ᛘᛖᛚᚬ: Ex hoc; ἐκ τούτου. *Joh.* 6:66. *Refer ad* ᚿᛏ, *quod fuit paullò ante.*

ᚿᛉᚻᚻᚱᚠ ᚬᚿᛏᚱᚿᚬ ᛁᚿᚿ: Elevavit oculos ſurſum; *Joh.* 11:41. ᚿᛉᚻᚻᚱᚠ ᚬᚿᛏᚱᚿᚬ ᛊᛖᛁᚿᚬ ᚬᚿ ᚻᛁᛘᛁᚿᚬ: Sublevavit oculos in cœlum; *Joh.* 17:1. *Refer ad* ᚻᚬᚠᚷᚬᚿ, Levare, tollere.

ᚿᛉᚻᛁᛞᚬᚷᚬ ᚠᚱᚬᛘ ᚬᛏᛏᛁᚿ: Exivi à patre; *Joh.* 16:28.

ᚢᚬᛁ-

ⲙⲁ.

ⲙⲁⲓⲛϩⲛ, Lugere, plangere; *Matth.* 9:15. ⲛⲓ ⲙⲁⲓⲛϩⲁⲉⲁⲛⲫ: Non planxistis; *Matth.* 11:17. *Anglosax.* panian. *Alam.* uueinon. *Angl.* **whine**. *Dan.* huine. *Belg.* **weenen**. *Non malè fortassè dixeris hæc desumpta ex ejulantium comploratione: nam Gothis* ⲩⲁⲓ, *Anglosaxonibus* pa, *Belgis* **wee** *est illa Dolendi particula quæ Latinis dicitur* Væ, *& quam totiens iterant dolentes. Multa de hoc verbo fusiùs habent annotata nostra ad Tatiani* LX, 12.

ⲙⲁⲓⲕⲛ, Mola. ⲁⲥⲓⲁⲛ ⲙⲁⲓⲕⲛⲛⲥ: Asinaria mola; λίθος μυλικός. *Marc.* 9:42. *Anglosaxonibus* cpeaɲn. cpeoɲn. cpÿɲn *est* Mola. *Danis* quarn. *Belgis* **queern / quern**. *Anglis* **quearn / quern**. *Vide Anglicum etymologicum in* **Quern**. *Anglosaxones à suo* cpeaɲn *denominârunt Animalculum inter quercus vitam sustentans & fructus earum instar molæ frangens, comminuens, conterens. Anglosaxonicum glossarium R*, 19; Scirra, aquilinus, sciurus; acpeɲn. *meridianâ etenim luce clarius est* acpeɲn *istud compositum ex* ac, Quercus, *&* cpeaɲn *vel* cpÿɲn, Mola. *Ac fortassè quoque ab hoc* acpeɲn *corrupta sunt Dan.* eggern / *& Belg.* **eykhorn** / Sciurus. *Huc etiam refer illud Theotisci glossarii D*, 5; Squirius, eichorn. *& illud glossarii E*, 10; Scira, **acurria**. *Ipsa verò* Squirii, scirri, *&* sciuri *vocabula, quemadmodum & Gall.* escurieu. *Ital.* schirivolo. *Hisp.* esquilo. *Angl.* **squirrell** / *corrupta sunt ex* σκίουρος. *Vide etymologicum Vossii in* Sciurus.

ⲙⲉⲓⲛⲥ. ⲙⲉⲛⲥ, Uxor. *Ac* ⲙⲉⲓⲛⲥ *quidem occurrit Lucæ* 1:5. *&* 2:5. ⲙⲉⲛⲥ *verò Matth.* 27:19. *Marc.* 12:22, 23. *Luc.* 1:13, 18. *Anglosaxonibus* cpen. *Alamannis* **quena**. *de quo multa diximus in Observ. ad Willeramum. quæ tamen quum minùs videantur convenire cum hoc* ⲙⲉⲓⲛⲥ, *commodiùs fortè statuas* ⲙⲉⲓⲛⲥ *affine esse illi* ⲙⲓⲛϩ *quod mox sequitur.*

ⲙⲓⲙⲁⲛ. ⲅⲁⲙⲓⲙⲁⲛ, Venire. ⲙⲓⲙⲁⲛ *habes Marc.* 9:11. *& Luc.* 14:20. ⲛⲉⲑⲁ ⲙⲓⲙⲁⲛ: Appropinquare; *Marc.* 2:4. ⲁⲧ ⲫⲛⲥ ⲙⲓⲙⲁⲛ: Ad te venire; *Luc.* 7:7. ⲙⲓⲙⲁⲛⲁⲥ, Veniens; *Matth.* 8:7, 14. ⲙⲁⲙ, Veni; *Matth.* 5:17. ⲙⲁⲙⲧ, Venisti; *Matth.* 8:29. ⲙⲉⲙⲛⲛ, Venerunt; *Matth.* 7:25. ⲙⲓⲙ, Veni; *Matth.* 8:9. *Luc.* 7:8. *At* ⲅⲁⲙⲓⲙⲁⲛ *non tam est* Venire, *quàm* Convenire, congregari. *vide quæ diximus in* ⲅⲁⲙⲛⲙⲫⲁ, Synagoga. *Anglosaxonibus* cuman *est* Venire. *Alam.* coman / cuman / queman. *Cimbr.* ⲣⲁⲫⲁ. *Dan.* **komme**. *Isl.* **koma**. *Angl.* **come**. *Belg.* **komen / kommen**. *Olim deduxi ex* κομίζειν, *quod non modò* Portare *ac* Ferre,

ⲙⲁⲙ Venerin Matth. V, 27

 verùm

verùm etiam Meare, ire, conferre se ad aliquem *significat*. *prorsus ut scriptoribus Latinis passim* Afferre se *ponitur pro Accedere:* Auferre se *pro Abire:* Inferre se *pro Ingredi. &c. Vide Observationes nostras ad Willerami paginam* 51. *Nisi quis fortè putabit Gothicum* ⲙⲓⲙⲁⲛ *peculiarem aliam originem postulare, censeátq; non longè remotum esse ab* εἶμι, Eo, venio. ⲙ *tantùm præfixo*.

ⲙⲓⲛϩ, Mulier, uxor; *Marc.* 10 : 12. ⲙⲓⲛϩ ⲏⲁⲓⲯⲛϩ: Mulier gentilis; *Marc.* 7 : 26. ⲙⲓⲛϩ ⲃⲗϩⲯⲁⲕⲓⲛⲛⲁⲛⲁⲉⲓ: Mulier quæ patitur sanguinis profluvium; *Matth.* 9 : 20. ⲅⲛⲙⲉⲓⲛ ϩⲁⲏ ⲙⲓⲛⲉⲓⲛ ⲅⲁⲧⲁⲩⲓⲁⲁ ⲅϩⲯ: Masculum & fœminam fecit Deus; *Marc.* 10 : 6. ⲙⲓⲛϩⲛⲥ, Mulieres; *Matth.* 27 : 55. *Marc.* 15 : 40. ⲯⲓⲛⲯⲓⲁϩ ⲯⲛ ⲓ̈ⲛ ⲙⲓⲛϩⲙ: Benedicta tu in mulieribus; *Luc.* 1 : 28 & 42. *Olim in nostris ad Tatiani* XLV, 2 *annotatis dixi Gothicum* ⲙⲓⲛϩ *videri posse desumptum ex* ἐυνάζεσθαι, Concumbere: *quod ne cuiquam temerè dixisse videar, pretium operæ facturus videor si transcripsero quæ ibi de origine Anglosaxonici* ⲣⲓⲣ *fusiùs prosequimur. Anglosaxones nimirum permulta monosyllaba ex Græcis polysyllabis à vocali vel diphthongo inchoantibus detruncârunt, præmisso tantùm* Vau. *ita ab Æölico* ἄλδος *pro* ἄλσος, Lucus, *fecerunt suum* palɒ, Sylva. *ab* ἔργον, Opus, *fecerunt* peɲc. *ab* ἴσημι, Scio, *fecerunt* ⲣⲓⲣ, Sciens, sapiens. *ab* οἶκος, Mansio, secura statio, *fecerunt* ⲣⲓⲥ. *ab* οἶνος, Vinum, *fecerunt* ⲣⲓⲛ. *ab* οἰφεῖν *denique*, Coire, rebus venereis operam dare, *fecerunt* ⲣⲓⲣ, Mulier, fœmina. *Notum est illud Claudiani libro Primo in Eutropium, versu* 331;

Nascitur ad fructum mulier prolémq; futuram.

Simillimâ quoque derivationis ratione Mulier *putatur dicta* ἀπὸ τοῦ μύλλειν, *quod idem est cum* πλησιάζειν. *vel, si Martinium audimus, à* מָלֵא, Implere, *nempe, quòd concipiens impleatur; vel potiùs, quòd impleat mundum: unde & è sacrâ paginâ discimus, quòd prima mulier dicta est* Eva, *i. e. mater viventium. Hebræis certè pari prorsus ratione* שֵׁגָל *est* Uxor, conjux. *à* שָׁגַל, Coire, cum aliquâ rem habere. βήνα *item, & Bœoticè sive Doricè* βάνα, *est* Mulier *vel* Filia; *Salmasius paginâ* 402 *de Hellenisticâ*. βανῆκες *etiam Bœotis sunt* γυναῖκες, Mulieres; *Canisius paginâ* 17 *Hellenismi editi Lutetiæ* 1555. *unde quoque Sclavinis* panna *dicitur* Virgo, domicella. *atque omnia hæc mirè sunt affinia isti* βινέω, Ineo, coëo, *ad quod referendum quoque illud* bini *apud Ciceronem lib.* X, *epist.* 22 *ad famil. Appositè quoque Jul. Scaliger cap.* 69 *de Causis* LL. Fœmina *à fœtu*. Fœtus *autem* παρὰ τὸ φοιτᾶν. *nam hoc verbum veteres pudenter accipiebant de usu Veneris; sicuti & Latini.* Coïre *vel* Congredi *dicebant: quid enim puriùs quàm Convenire*. Consuetudinis *quoque vocabulum &* Consuescere *plenissima sunt verecundiæ; sicuti &* συνουσία,

συνεῖναι,

σωθῆναι, συζῆνεσ. &c. *Hâc igitur principe significatione vocis* ᚢᛁᚾᛩ *satis firmatâ atque excussâ, monendum quoque puto Theotiscos vocabulum* uuine *&* uuinia/ *propter singularem plurium fœminarum amabilitatem, transtulisse ad alios quóscvis amicos amicâsve morum suavitate maximè commendabiles. Vide quæ de istâ vocabuli acceptione fusè diximus in Observatis ad Willerami paginam undecimam.*

ᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ. ᚠᚱᚨᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ. ᚾᛋᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ, Perdere, perire. ᛋᛁᚾᚾᛋ ᛗᚨᚾᛋ ᚾᛁ ᚢᚨᛗ ᛋᚨᛁᚠᚨᚨᚱᛗ ᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ. ᚨᚴ ᚾᚨᛋᚷᚨᚾ: Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare; *Luc.* 9: 56. ᚷᚨᚻ ᛋᚨᛁᚠᚨᚨᛁ ᚷᚨᚻ ᚨᛖᛁᚴᚨ ᚠᚱᚨᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ ᛁᚾ ᚴᚨᛁᚨᛁᚾᚾᚨᚾ: Et animam & corpus perdere in gehennam; *Matth.* 10: 28. *Marc.* 1: 24. *Luc.* 4: 34. ᛒᚨᛏᛁᛉᚱ ᛁᛋᛏ ᚨᛁᚾᚨᚾᚨ ᛗᚨᚾᚾᚨᚾ ᚠᚱᚨᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ ᚠᚨᚾᚴ ᛗᚨᚾᚨᛈᛖᛁᚾ: Expedit unum hominem mori pro populo; *Joh.* 18: 14. ᛁᚴ ᚻᚾᚻᚴᚨᚾ ᚠᚱᚨᚢᛁᛋᛏᚾᚨ: Ego fame pereo; *Luc.* 15: 17. ᚠᚱᚨᚢᛁᛋᛏ-ᚾᚨᛗ, Perimus; *Matth.* 8: 25. ᛋᚨᛁᚠᚨᚨ ᚾᛋᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ: Animam perdere; *Luc.* 6: 9. 19: 47. *Marc.* 3: 4. *in quibus tamen postremis euangelistæ Marci verbis Græcè est* ἀπολέσαι, *cum in Lucâ utrobique sit* ἀπολέσαι. ᚾᛁ ᚠᚱᚨ-ᚢᛁᛋᛏᛖᛁᚠ ᛗᛁᛉᚨᚱᚾ ᛋᛖᛁᚾᚨᛁ: Non perdet mercedem suam; *Marc.* 9: 14. ᚠᛖᛁ ᚠᚨᛁᚻᛏᚨᛁ ᚾᛁ ᚠᚱᚨᚢᛁᛋᛏᚾᚨᛁ: Ut nihil pereat; *Joh.* 6: 12. *De origine verbi* ᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ *nihil etiamnum certi, quod statuam, habeo. Arbitror interim Belgas ab hoc* ᚢᛁᛋᛏᚷᚨᚾ *retinuisse suum* quisten/ verquisten/ Perdere, consumere; *quod tamen propriè de iis usurpant, qui opes à majoribus relictas dispergunt, dissipant, abligurriunt.*

ᚢᛁᚠ, Uterus, vulva, matrix. ᛟᚨᛉᚾᚻ ᚴᚾᛗᚨᚴᚻᚾᛞᚨᛁᛉᛈ ᚾᛋ-ᚨᚾᚴᚨᚾᛞᛋ ᚢᛁᚠᚻ: Omnis masculla proles adaperiens vulvam; πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν. *Luc.* 2: 23. ᚨᛚᛁᚨᛚᚨᛁᚴ ᛒᚨᚱᚴ ᛁᚾ ᚢᛁᚠᚨᚾ ᛁᛉᚱᛋ: Exultavit infans in utero ejus; ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. *Luc.* 1: 41. ᚴᚨᛁ ᚠᚨᛁᛗ ᚢᛁᚠᚻᚾᚨᚠᛏᚱᛗ ᚷᚨᚻ ᛞᚨᛚᛞᚨᚷᚾᛞᛖᛁᚾ ᛁᚾ ᚷᚨᛁ-ᚾᚨᛁᛗ ᛞᚨᛚᚷᚨᛗ: Væ prægnantibus & lactantibus in illis diebus; οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. *Marc.* 13: 17. *Gothicum* ᚢᛁᚠ *Anglosaxones* cpiꝺ *dicunt. prorsus ut* ᚢᛁᚾᛩ *vel* ᚢᛖᚾᛋ *iis est* cpen, Mulier, fœmina. ᚢᛁᛗᚨᚾ, cuman, Venire. ᚢᛁᚠᚨᚾ, cpeꝺan, Dicere. ᚢᚨᛚᛁᚱᚾ, cpepn *vel* cpẏpn, Mola. *&c. Anglosaxonicum glossarium R*, 76; Matrix, cpiꝺ *vel* cılꝺhama. *Alamannicum glossarium B*, 54; Vulva, muater/ quiti. *Danis* quidur *est* Vulva. *Belgæ interim non tam ab Anglico* cutt/ Incisura, (*ut quidam volunt*) *quàm ab antiquo* cpiꝺ *fecerunt suum* kutt. *pro quo etiam, per epenthesin literæ N,* kunt *vel* kont *dixerunt. prorsus ut* mund *vel* mond *fecerunt ex Anglosaxonico* muꝺ, Os oris. kund *vel* kond *ex* cuꝺ, Notus. tand *ex* toꝺ,

Dens.

Dens. &c. Jef da kuntha alſo dulged wirt/ dat hio dae heren naet to tancke tienia mei/ ſo is dio bote fioerteenſte hael merck. LL *Friſ.* XI, 36. *Qualemcunque interim conjecturam noſtram de origine vocabuli* ΩΙΨ, *vide in* ΚΙΛΨΕΙ, Venter, uterus.

ΩΙΨΛΝ, Dicere; *Matth.* 11:7. *Joh.* 16:12. ΪΚ ΩΙΨΛ: Ego dico; *Matth.* 5:22. ΩΙΨ ΠΝSIS ΛΝΔΛΠΓΙΒΛ: Dic nobis palàm; *Joh.* 10:24. ΩΙΨΛΙΨS, Dicite; *de duobus. Joh.* 11:3. 14:14. ΩΙΨΛΙΨ, Dicite; *de pluribus*; *Luc.* 17:10. ΪΚ ΩΛΨ: Dixi; *Joh.* 10:34. ΩΙΨΛΝΔS, Dicens; *Matth.* 8:6. ΩΙΨΛΝΔΛΝS, Dicentes; *Matth.* 8:27. *Angloſaxonibus* cpeðan. *Alamannis* quedan. *Cimbris* ΡΠΙΒΛ. *Anglis* quoth *in tertiâ perſonâ Imperfecti etiamnum uſurpatur. ac fortaſſe quoque huc pertinet eorum* chat/ Fabulari, garrire; *ſicuti & Belgicum* kouten. *Olim tamen* kouten *videbatur mihi magnam affinitatem habere cum Græco* κωπᾶεν, Loqui, garrire. *At commodiorem aliam originationem Gothici* ΩΙΨΛΝ, *& Angloſaxonici* cpeðan *inveſtigandam cenſeo.*

ΩΙΨΚ. ΛΛΠSΩΙΨΚΛΝS, Jejuni; *Marc.* 8:3.

ΩΙΥΛΙΖΕ ΓΧΨ: Vivorum Deus; *Marc.* 12:27. ΓΛΩΙΠΝΧΔΛ, Revixit; *Luc.* 15:24 & 32. *Videntur deflexa ex antiquo verbo* ΩΙΥΛΝ *vel* ΩΙΥΧΝ, *quod valde affine eſt Græco* βιοῶ. *unde quoque Latinum* Vivere *deducunt accuratiores etymologi. ſicuti &* Vita *à* βιοτή. *Vide Voſſii etymologicum Latinum in* Vita.

Υ Λ.

ΛΓΓΛΚΩΛ, Cervical; *Marc.* 4:38. *Angloſax.* panzepe. ponzep. *Alam.* uuangcuſſen. *Belg.* wangkuſſen / oorkuſſen. *Sicambr.* wengel. *Angloſaxonibus* pænz. panz. penz. ponz *eſt* Mala, maxilla. *quod vide in annotatis ad Tatiani* XXXI, 3.

ΥΛΓΙΔ, Agitatus, concuſſus. ΚΛΠS ÞΚΛΜ ΥΙΝΔΛ ΥΛΓΙΔ: Arundinem vento agitatam; *Luc.* 7:24. *Matth.* 11:7. ΪΝΥΛΓΙΔΕΔΠΝ ΨΧ ΜΛΝΛΓΕΙΝ: Concitaverunt turbam; *Marc.* 15:11. ΜΛΗΤΕΙS ΨΧS ΪΝ ΗΙΜΙΝΛΜ ΓΛΥΛΓΖΛΝΔΛ: Virtutes quæ in cœlis ſunt movebuntur; *Marc.* 13:25. ΜΙΤΛΔS ΓΛΥΙΓΛΝΛ ΓΙΒΛΔΛ ΪΝ ΒΛΚΜ ΪΖΥΛΚΛΝΛ: Menſuram coagitatam dabunt in ſinum veſtrum; *Luc.* 6:38. *Huc pertinet* ΥΕΓS, Motus. *&* ΥΕΓΧS, Fluctus. *quæ vide ſuo loco. Angloſaxonibus* pæzan. pazan. peazan. pezan *eſt* Movere, concutere. *Alamannis* uuegan. *Belgis* waegen/ gewaegen/ bewegen/ waggen. *atque inde eſt Frequentativum* waggelen. *Anglis* wagge. *Hinc etiam*

nomen

nomen traxêre **waege** / Libra, trutina. **waegen** / Currus. *&c. Ipſum verò* **waegen** *videtur affine Græco* ἄγλη, *eâ notione quâ ſcriptoribus Græcis* ἄγλη τὸ φέρειν *eſt* Omnia loco movere, nihil integrum quietúmq; relinquere; *ut ſolent qui hoſtilem regionem quâvis ratione diripiunt, animata nempe agentes, inanima verò aſportantes. unde &* ἄγλη τε τὸ φέρειν *exponunt Grammatici veteres* διὰ πάσης ἰδίας λεηλατεῖν τὴν χώραν τὸ πορθεῖν. *Confirmant id verſu Homerico,* οἱ δ' ἦγον μὲν μῆλα, φέρον δ' ἐυπλοκα οἶνον. *Annæus interim Cornutus egregiè olim explicavit, vim Græcæ locutionis commodiſſimè reddi poſſe gravi verbo* Vexandi. *Vide A. Gellii noct. Att.* II, 6.

ᚹᚨᛞᛞᚷᚾ *occurrit in illo* **ᚱᚴᚾᚾᚨᚾᚹᚨᛞᛞᚷᚾ**, *quod exponitur* Fundamentum, *Luc.* 6: 48. 14: 29. *Videriq; poſſet hæc poſtrema compoſitæ vocis pars affinitatem aliquam habere cum Angloſaxonico* paban, Vadare, fundum pertentare; *ſi ſtatuamus vocabulum primitùs uſurpatum de fundamento in loco paludinoſo vel ſub aquâ jacto.*

ᚹᚨᚷᚨᛗᛖᚴᛖᛁᚾᛊ, Blaſphemia; *Marc.* 7: 22. **ᚺᚨᚾᛊᛁᛞᛖᚨᚾᚦ ᚦᚱ ᚹᚨᚷᚨᛗᛖᚴᛖᛁᚾ ᛁᛊ**: Audîſtis blaſphemiam ejus; *Marc.* 14: 64. **ᛊᚨ ᚹᚨᚷᚨᛗᛖᚴᛖᛁᚦ**: Hic blaſphemat; *Matth.* 9: 3. **ᚹᚨᚷᚨᛗᛖᚴᛁᛞᛖ-ᚨᚾᚾ ᛁᚾᚨ**: Blaſphemabant eum; *Marc.* 15: 29. *Cùm litera* **ᚷ** *apud Gothos idem ſæpè valeat quod* **J**, *videri quoque poteſt verbum* **ᚹᚨᚷᚨᛗᛖᚴᚷᚨᚾ** *compoſitum ex illo* **ᚹᚨᛁ** *quod* Miſeriam, dolorem, ægritudinémq; *ſignificat, &* **ᛗᛖᚴ-ᚷᚨᚾ**, Prædicare, divulgare. *quomodo ab eodem* **ᛗᛖᚴᚷᚨᚾ**, *ſimillimæ compoſitionis ratione,* **ᚹᚨᛁᛚᚨᛗᛖᚴᚷᚨᚾ** *eſt* Bonum nuntium divulgare, euangelizare. *De* **ᚹᚨᛁ** *&* **ᛗᛖᚴᚷᚨᚾ** *agimus ſuis locis. Hiſce quoque videri poſſunt affinia, quæ diximus in* **ᚾᚾᚹᚨᚺᚨ**, Inculpabiles.

ᚹᚨᚺᚨ. *Occurrit in* **ᚾᚾᚹᚨᚺᚨ**, Inculpabiles; ἄμεμπτοι. *Luc.* 1: 6.

ᚹᚨᚺᛊᚷᚨᚾ, Creſcere. **ᚱᚨᚴᚾᚾᚨᛁᚹ ⊙ᛚᛁᚹᚨ ᚹᚨᚺᛊᚷᚨᚾᛞ**: Conſiderate quomodo creſcunt; *Matth.* 6: 28. **ᚱᚨᚦ ᚨᚴᚴᚨᚾ ᚾᚱᚴᛁᚾ-ᚾᚨᚾᛞᚱ ᚷᚨᚺ ᚹᚨᚺᛊᚷᚨᚾᛞᚱ**: Dabat fructum aſcendentem & creſcentem; *Marc.* 4: 8. **ᚦᚨᛏᚨ ᛒᚨᚴᚾ ᚹᚱᚺᛊ**: Puer creſcebat; *Luc.* 1: 80. 2: 40. **ᛊᛁᚨᛒᚨ ᚾᛊᚹᚨᚺᛊᚨᚾᛊ ᛁᛊᛏ**: Ipſe ætatem habet; *Joh.* 9: 21. **ᚹᚨᚺᛊᛏᚨᛁ ᚨᛖᛁᛏᛁᚨ ᚹᚨᛊ**: Staturâ puſillus erat; *Luc.* 19: 3. **ᛁᛚᛁᛊᚾᛊ ᚦᛚᛁᚺ ᚦᚴᚱᛞᚨᛖᛁᚾ ᚷᚨᚺ ᚹᚨᚺᛊᛏᚨᚾ ᚷᚨᚺ ᚨᚾᛊᛏᚨᛁ ᚨᛏ ᚷᚱᚹᚦᚨ ᚷᚨᚺ ᛗᚨᚾᚾᚨᛗ**: Jeſus proficiebat ſapientiâ & ætate & gratiâ apud Deum & homines; *Luc.* 2: 52. **ᚨᚾᚨᚨᚾᚴᚨᚾ ᚨᚾᚨ ᚹᚨᚺᛊᛏᛗ ᛊᛖᛁᚾᚨᚾ ᚨᚳᚳᛖᛁᚾᚨ ᚨᛁᚾᚨ**: Adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum; *Matth.* 6: 27. *Angloſaxonibus* peaxan. pexan *eſt* Creſcere, augeri, adolere. *Alam.* **uuahſen**. *Cimbr.* **ᚢᚨᚱᚺᛁ**. *Dan.* **voxe**. *Angl.* **wax**. *Belg.* **waſſen**. *Quod attinet ad*

verbi originem, quoniam in Alamannorum, Angloſaxonum, Gothorum denique monumentis paſſim obſervare eſt eos literam ξ in hs *commutare ſolitos, nemini quoque dubium eſſe poteſt quin vetus* waȝſan, *præfixo tantùm Æolico digamma vel* Vau *(quod nonnulli tanquam* v v *pronuntiant) factum ſit ex* ἄυξειν *vel* ἀίξειν, Augere.

ϒΛΙ, Væ; *dolendi particula. Cambrobritannis* gwae. *Angloſaxonibus* pa *vel* pæ. *Alamannis* uue. *Danis* vx. *Anglis* wo. *Belgis* wee. *Græcis* ἀαί.

ϒΛΙΛΝ, Flare, ſpirare. ϒΛΙϒRΠΝ ϒΙΝDRS: Flaverunt venti; *Matth.* 7:25 & 27. ϒΙΝDΛ ΜΙΚΙΛΛΜΜΛ ϒΛΙΛΝDΛΙΝ: Vento magno flante; *Joh.* 6:18. *Alamannis* uuaien. *Belg.* waeyen. *Manifeſtè ſunt ab* ἄειν, Flare. *Ita quoque iiſdem Belgis* waren / bewaren *eſt ab* ἀρεῖν *vel* ἀφεῖν, Cum curâ cuſtodire. waſe *ab* ἄπις, Lutum, cœnum. weenen *ab* ὀνοωῶ, Lamentari. welken / ver-welken *ab* ὀλίκομαι, Pereo, intereo, morior. werk *ab* ἔργον, Opus. werre *ab* ἔρις, Diſſidium, concertatio. weſen *ab* ἴσταζ, Eſſe, fieri. wiel *ab* εἰλεῖν, Verſare, circumagere. wijken *ab* εἴκειν, Cedere, non repugnare.

ϒΛΙΒGΛN. *Vide* ΒΙϒΛΙΒGΛΝd ΨΠK: Coanguſtabunt te.

ϒΛΙdEdGΛ, Latro; *Joh.* 10:1. *item* 18:40. ÏN ϒΛΙdEdGΛNS ÞRΛRΛNN: In latrones incidit; *Luc.* 10:30. ΨΛΙ ϒΛΙdEdGΛNS ÏdϒEITIdEdΠN ÏMMΛ ΨΛTΛ SΛMX: Latrones improperabant ei id ipſum; *Matth.* 27:44. *propriè verò* Maleficus *dictus eſt* ϒΛΙdEdGΛ, *minimè obſcurâ denominationis ratione.*

ϒΛΙÞΛΙKOGΛNdΛNS, Ejulantes; ἀλαλάζοντες. *Marc.* 5:38. *Hujus verbi veſtigium ſervârunt Angli in illâ dolentium exclamatione,* woe worth / *quâ utuntur novo infeſtæ calamitatis ictu confecti & lugubrem ſortem ſuam veluti commiſerantes.*

ϒΛΙhSTΛ, Angulus. ÞRIGXNd ÏN ϒΛΙhSTΛM ΠΛΠGX STΛNdΛNdΛNS BIdGΛN: Amant in angulis platearum ſtantes orare; *Matth.* 6:5. STΛINS ΨΛMMEI ΠSϒΛΠKΠΠN ΨΛI TIMKGΛNdS. SΛ ϒΛRΨ dΠ hΛΠBIdΛ ϒΛΙhSTINS: Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli; *Marc.* 12:10. *Luc.* 20:17.

ϒΛΙhT, Res quævis, aliquid. ϒΛΙhTINS ΨXS ΓΛÞΠΛΛϒEISIdXNS ÏN ΠNS: Res quæ in nobis completæ ſunt; *Luc.* 1:1. EI ϒΛΙhT NI NEMEINΛ ÏN ϒIΓ: Ne quid ſumerent in viam; *Marc.* 6:8. ϒΛΙhTE ΛINXhΠN ÏZϒIS NI ΓΛSKΛΨGIΨ: Nihil vobis nocebit; *Luc.* 10:19. ΨΛTΛ KΠNI ÏN ϒΛΙhTΛI NI MΛΓ ΠSΓΛΓΓΛN: Hoc genus in nullo poteſt exire; *Marc.* 9:29. MIK NI ÞRΛIh-

NIΨ

ⲛⲓⲱ ⲩⲁⲓⲏⲧⲁⲓⲥ: Me non interrogabitis quicquam; *Joh.* 16:23. ⲓ̈ⲛ ⲙⲓⲥ ⲛⲓ ⲃⲓⲅⲓⲧⲓⲱ ⲩⲁⲓⲏⲧ: In me non habet quicquam; *Joh.* 14:30. *In monumentis Anglosaxonicis* ⲣⲓⲏⲧ *est* Res vel Creatura quævis. ealle cpice ⲣⲓⲏⲧa, Omnes vivæ creaturæ; *Oros.* II, 1. *& rursus*; ælc ⲣⲓⲏⲧ mæʒ beⲧ ⲣⲓϧ cÿle ϧonne ⲣⲓϧ hæⲧe, Omnis creatura patientior est frigoris quàm caloris. *Cottoniano quatuor Euangeliorum codici interlineato* ÿⲣel ⲣⲓⲏⲧ *est* Phasma, spectrum; *Matth.* 14:26. Satiri *vel* Fauni *vel* Sehni *vel* Fauni ficarii, unⲣæle men. ⲣuϧe paⲣan. unⲣæle ⲣⲓⲏⲧu. *gl R*, 5. *Alamannicum* uuiht *pari modo de Quavis olim re vel creaturâ usurpatum. ita* arm uuiht *est* Misera creatura, miser; *Otfr.* II, 20, 1. armu uuiht / Pauperes; *Otfr.* IV, 2, 66. krumbu uuihti / Incurvati distortiq; corporis miseriâ conspicui; *Otfr.* III, 9, 10. arger / loser wiht *est* Perversus nequam. ualscher uuiht / Sublestæ fidei nebulo. wihtelin / Nebulunculus. *de quibus vide Goldasti animadv. ad Winsbekii* § 5. *Ad hoc* ⲩⲁⲓⲏⲧ *pertinet* ⲛⲓⲩⲁⲓⲏⲧ, Nihil; *Marc.* 7:12. *Luc.* 3:13. *Joh.* 15:5. *unde sunt Anglosaxonica* noⲣⲓⲏⲧ. naⲣⲓⲏⲧ. naⲣⲏⲧ. naⲏⲧ, Nihil. *item* Vilis, abjectus, malus. *Alamannica item* niouuiht / nieuueht / nieht / niet. *Anglicum* naught / *&c. de quibus pleniùs agunt annotata nostra ad gl Lipsii, in* nenuuiht.

ⲩⲁⲓⲗⲁ, Benè, pulchrè, καλῶς. ⲩⲁⲓⲗⲁ ⲡⲕⲁⲛⲉⲧⲓⲁⲁ ⲉⲥⲁⲓ̈ⲁⲥ ⲃⲓ ⲓ̈ⲍⲩⲓⲥ: Benè prophetavit Esaias de vobis; *Marc.* 7:6. ⲩⲁⲓⲗⲁ ⲗⲁⲓⲥⲁⲕⲓ: Benè magister; *Marc.* 12:32. ⲅⲁⲃⲁⲓ ⲩⲁⲓⲗⲁ ⲕϫⲁⲓⲁⲁ. ⲁⲛ ⲟⲉ ⲙⲓⲕ ⲥⲗⲁⲏⲓⲥ: Si benè locutus sum, quid me verberas? *Joh.* 18:23. ⲩⲁⲓⲗⲁⲅⲁⲗⲉⲓⲕⲁⲓⲁⲁ ⲓ̈ⲛ ⲯⲏⲍⲉⲓ: Complacui in te; *Marc.* 1:11. *Luc.* 3:22. ⲩⲁⲓⲗⲁⲏⲏⲅⲅⲁⲛⲁⲥ, Consentiens, benevolus; εὐνοῶν. *Matth.* 5:25. ⲩⲁⲓⲗⲁⲙⲉⲕⲅⲁⲛ, Euangelizare; *Luc.* 1:19. 4:18. ⲩⲁⲓⲗⲁⲧⲁⲛⲅⲁⲛ, Benefacere; *Marc.* 14:7. ⲩⲁⲓⲗⲁⲩⲓⲥⲁⲛ ⲅⲁⲏ ⲉⲁⲅⲓⲛϫⲛ ⲥⲕⲏⲗⲁ ⲩⲁⲥ: Epulari & gaudere oportet. εὐφρανθῆναι καὶ χαρῆναι ἔδει. *Luc.* 15:32. ⲩⲁⲓⲗⲁⲩⲓⲥⲁⲛⲁⲥ ⲁⲁⲅⲁⲟⲁⲙⲙⲉⲏ ⲃⲁⲓⲕⲏⲧⲁⲃⲁ: Qui epulabatur quotidie splendidè; εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. *Luc.* 16:19. *Pro* ⲩⲁⲓⲗⲁ ⲩⲓⲥⲁⲛ *&* εὐφρανθῆναι *Galli dicunt* gaudir & faire grande chere. *Itali* godere & triomphare à távola. *&c. Anglosaxonibus* pell *est* Benè. *Alamannis* uuola. *Danis & Islandis* vel. *Anglis* well. *Belgis* wel. *Cambrobritannis* gwell, *quod Joh. Davies derivat à* καλλίων, Pulchrior, melior, honestior.

ⲩⲁⲓⲡ ⲯⲁⲛⲕⲛⲉⲓⲛⲁⲛ ⲃⲁⲓⲕⲁⲛⲁⲥ: Coronam spineam portans; φορῶν ἀκάνθινον στέφανον. *Joh.* 19:5. ⲁⲧⲗⲁⲅⲓⲁⲉⲁⲛⲛ ⲁⲛⲁ ⲓ̈ⲛⲁ ⲯⲁⲛⲕⲛⲉⲓⲛⲁ ⲩⲓⲡⲅⲁ: Imponebant ei spineam coronam; περιτιθέασιν αὐτῷ ἀκάνθινον στέφανον. *Marc.* 15:17. ⲛⲥⲩⲛⲛⲁⲛⲛ ⲩⲓⲡⲡⲅⲁ ⲛⲥ ⲯⲁⲛⲕⲛⲛⲙ: Plectebant co-

coronam de ſpinis; πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν. *Joh.* 19:2. *Doctiſſimus Tho: Mareſchallus putat ab hac voce non omnino abludere Anglicum* **coife**/ Vitta, reticulum, crinale, capillare: *quippe quod & Græcis* καλύπτρα *dicatur*, *Gallis* coiffe, *Italis* cuffia, ſcuffia, *Belgis* **huyve**. *Quod tamen poſtremum referri quoque poteſt ad ea, quæ habet etymologicum noſtrum Anglicum in* **Hive**.

ϒΛΙΚ, Vir; *Luc.* 8:27, 38, 41. ϒΛΙΚΕ, Viri; *Luc.* 9:14. ϒΛΙΚΧS ΤϒΛΙ: Viri duo; *Luc.* 9:30. *Joh.* 6:10. ΤϒΛΝS ϒΛΙΚΛΝS: Duos viros; *Luc.* 9:32. *Angloſaxonibus* þeþ *eſt* Vir. *quod licet videri poſſit ejuſdem eſſe originis cùm Latino* Vir, *quoniam tamen Cimbris olim* ΠΗΡΙΛΗ *dicebantur Homines communem patriam non modò publicè ab incurſu hoſtili defendentes, verùm etiam exigente neceſſitate cum perditis & nimiâ inconſultæ plebis gratiâ elatis civibus pro libertate publicâ dimicantes; ſicuti videre eſt in Egilli ſkallagrimi epinicio, Claſſis quintæ Strophâ primâ; rectiùs quoque arbitror* ϒΛΙΚ *&* þeþ *derivari à Gothico* ϒΛΚϹΛΝ, Arcere, prohibere. *Angloſax.* þeþϛan. þeþian. *Alam.* **uueren**. *Cimbr.* ΠΗΡΙΛ. *Belg.* **weeren**/ **weyren**. ϒΛΚϹΛΝ *verò &* þeþϛan *valdè affinia ſunt Græco* εἴργειν, Arcere. *Huc etiam facit quòd primi Angloſaxonicæ linguæ authores Hominem ſexus virilis, ab hac tutelâ patrio ſolo debitâ,* þæpneð man *vel* þæpman *nuncupaverint; à* þæpn, Arma: *innuere quodammodo volentes, Prolem maſculam in hoc præcipuè natam videri, ut arma ſibi pro ſalute patriæ ſumenda meminerit. ita legimus Matth.* 19:4; he þoþhte þæpmann ⁊ þiþmann. Maſculum & fœmellam fecit eos. *vide quoque Marc.* 10:6. *& Luc.* 2:23. *apud Bedam quoque libro* I, *cap.* 1, þæpneð cynn *eſt* Virile genus. *quemadmodum & ejuſdem libri cap.* 27 þæpneð beaþn *eſt* Maſcula proles. *Ob eandem quoque cauſam videri poteſt* Vir *Græcis* ἄρσην *dictus, ab* Ἄρης, Mars. *&* ΨΙΡΕΛΗ *vetuſtioribus Cimbris fuit appellatio Virorum, à* ΨΙΡΕ, Exercitus, expeditio. *Epicedium regis Regneri Lodbrog, Strophâ* I; ΕΛΕΛΛ ΧΗΛΠ ΨΙΡ ΨΙΡΕΛΗ. Ex hoc vocârunt me virum. *ad quem locum vide Olaum Worm. Eâdem quoque mente veteribus Belgis* **ſweerd-magen** *dicebantur, Familiæ alicui per virilem cognationem innexi;* **ſpille-magen** *verò, per fœmineam: nam virorum eſt, enſes; fœminarum verò, fuſos tractare. Interim in his omnibus liquidò videor mihi deprehendere vim proprietatémq; Græci* ὁπλότερος. *nam* ὁπλότεροι *Homero paſſim dicuntur Juniores, quiq; jam ſunt ferendis armis idonei. Vide quæ hac de re in varia Principis poëtarum loca annotavit Euſtathius.* Juveneſtres, fortes viri; *gloſſæ Iſidori.*

ϒΛΙΚΙΛΧΜ ΜΙΚ ΣϒΕΚΛΙΨ ΣΧ ΜΑΝΛΓΕΙ: Labiis me honorat hic populus; *Marc.* 7:6. *Angloſaxonibus* þeleþ *eſt* Labium. þeleþaϛ *vel* þeloþaϛ, Labia. *& ab hoc plurali Angloſaxonico per leviſſimam literarum tranſpoſitionem (mutato priùs* þ *in* b *vel* p *vel* f) *Franci videri poſſunt* Labia **leberen**/ **leperen**/ **leffen**

leffen *nuncupâsse*. *unde postea Belg.* **lippen**. *Angl.* **lippes**. *&c.* *Alias interim de harum vocum origine conjecturas habet etymologicum nostrum Anglicum in* **Lip** / Labium, labrum.

ⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ, Mittere, projicere. ⲛⲓⲙⲁⲛ ⲏⲗⲁⲓⲃ ⲃⲁⲕⲛⲉ. ϩⲁⲏ ⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ ⲏⲛⲛⲁⲁⲙ: Sumere panem filiorum, & mittere canibus; *Marc.* 7:27. ⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛⲁⲁⲛⲥ ⲏⲗⲁⲛⲧⲁ: Mittentes sortem; *Marc.* 15:24. ⲥϩⲕⲓⲁⲉⲁⲛⲛ ⲫⲛⲕ ⲁϯⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ ⲥⲧⲁⲓⲛⲁⲙ: Quærebant te lapidare; *Joh.* 11:8. *Luc.* 20:6. ⲛⲥⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ, Ejicere; *Marc.* 11:15. *Luc.* 19:45. ⲛⲥⲩⲁⲓⲕⲡⲁⲛ ⲛⲛⲏⲛⲗⲫϩⲛⲥ: Ejicere dæmonia; *Marc.* 3:15. *Anglosax.* peoꝑpân. pẏꝑpan. *Alam.* **uuerphen**/ **uuirfen**. *Cimbr.* ⲛⲓⲣⲱⲗ. *Belg.* **werpen**. *Quod attinet ad verbi originem: à* ῥίπτω, Abjicio, præcipito, *est* ῥιπὴ, Projectio, *impetus ille quo rem aliquam veluti repudiantes rejicimus. ab hoc* ῥιπὴ, *transposito* ϱ *& præfixo* ⲣ, *est* pẏꝑp, Jactus, *&* pẏꝑpan, Jactare. *Vide plura in annotatis ad Tatiani* XXVIII, 3.

ⲩⲁⲓⲕⲥⲓⲍⲁ ⲅⲁⲧⲁⲛⲕⲁ ⲩⲁⲓⲕⲫⲓⲫ: Pejor scissura fit; *Matth.* 9:16. *Marc.* 2:21. ⲓ̈ⲥⲧ ⲥϩ ⲥⲡⲉⲓⲁⲓⲍⲉⲓ ⲁⲓⲕⲍⲓⲫⲁ ⲩⲁⲓⲕⲥⲓⲍⲉⲓ ⲫⲓⲍⲁⲓ ϯⲕⲛⲙⲉⲓⲛ: Erit novissimus error pejor priore; *Matth.* 27:64. ⲛⲓⲩⲁⲓⲏⲧⲁⲓ ⲃϩⲧⲓⲁⲁ. ⲁⲕ ⲙⲁⲓⲥ ⲩⲁⲓⲕⲥ ⲏⲁⲃⲁⲓⲁⲁ: Nihil proficiebat, sed magis deteriùs habebat; *Marc.* 5:26. *Anglosaxonibus* pẏꝑꝑ *est* Pejor. *Alamannis* **uuirs**. *Anglis* **worse**. *Belgis* **wers** *& Danis* verst *est* Malus. *De origine Gothici* ⲩⲁⲓⲕⲥ *nihil etiamnum certi habeo quod statuam. Angli quidam suum* **wors** *jam olim deduxerunt à* **wear** *vel Anglosaxonico* peꝑian, Gerere & gerendo deterere; *quomodo* **worn** *Anglis est* Detritus. *Ego tamen Anglicum* **worst** *vel* **wyrst** *per levissimam literarum transpositionem potiùs derivaverim à* **wriest**/ *comparativo à* **wrie** *vel* **awrie** / Tortus, obliquus: *sicuti ipsum illud* **wrie** *libens derivaverim ab illo* vrie *quod Danis est* Inflectere, torquere. *Simillimæ nempe sunt originis Gall.* tort. *Angl.* **wrong** / *&c.* *de quibus alibi.*

ⲩⲁⲓⲕⲫ *vel* ⲩⲁⲓⲕⲫⲥ *vocibus in compositione postpositum, respondet Latino* Versùs, contra: *ut in* Hàc illàc versùs, Orientem Occidentem versùs, *&c.* ϩⲁⲓⲛⲁⲩⲁⲓⲕⲫⲥ, Illuc; *Joh.* 18:3. ⲩⲓⲫⲕⲁⲩⲁⲓⲕⲫ ⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ: Contra Galilæam; *Luc.* 8:26. ⲅⲁⲅⲅⲁⲧⲥ ⲓ̈ⲛ ⲏⲁⲓⲙ ⲫϩ ⲩⲓⲫⲕⲁⲩⲁⲓⲕⲫϩⲛ ⲓ̈ⲅⲅⲱⲓⲥ: Ite in castellum quod contra vos est; *Marc.* 11:2. *Luc.* 19:30. ⲁⲛⲁⲩⲁⲓⲕⲫⲓⲥ, Contra; *Matth.* 27:61. *Hujus particulæ rationem nonnihil illustrant quæ supra diximus in* ⲁⲛⲁⲩⲁⲓⲕⲫⲓⲥ. *Anglosaxonibus* eaꝑtpeaꝑd. peꝑtpeaꝑd *est* Orientem, Occidentem versùm. nẏðeꝑpaꝑd. nẏðeꝑpeꝑd, Deorsum. on æꝝðꝑe healꝑe peaꝑd, Utroque versùm. *Alamannis*

heimuuartes *est* Domum versùs. uzuuert / Forinsecùs. inuuertes / Penitùs. *Cimbris* ✱ΙΛΠΙΡ-ΠΑΡΡΛ *est* Via lethum versùs. ΠΙΡΠΡ-ΠΑΡΡΛ, ΝΑΡΛΠΨ-ΠΑΡΡΛ, Quod versùs ventum vel fluctuum vim in navi est. *Angli similiter* Eastward & Westward *dicunt*, forward & backward / upward & downward. *Belgæ* oostwaerd / westwaerd / voorwaerd / achterwaerd / opwaerd nederwaerd / ginswaerd / herwaerds / derwaerds / *&c.*

ϒΛΙΚΨΛΝ, Fieri; *Marc.* 1:17. 10:43, 44. 13:29. *Joh.* 9:27. ⊙Λ ΣΚΠΛΙ ΨΛΤΛ ΒΛΚΝ ϒΛΙΚΨΛΝ: Quis tandem puer iste erit? *Luc.* 1:66. *Anglosaxonibus* peoꝼðan. puꝼðan. þÿꝼðan. *Islandis* verda. *Belgis* werden. *quod mihi olim videbatur affinitatem aliquam habere cum Græco* ἔρδειν, Facere: *præsertim quum hodiernus usus verbi* gewerden *satis evincat* werden *priscis non modò* Fieri, *verùm etiam* Facere *significâsse. adhuc enim dicunt Belgæ*, laet my geworden / Sine me quod institueram facere, sine animum ut expleam meum. *Commodiorem interim originationem requiro.*

ϒΛΙΚΨΣ ÏΣΤ ΨΛΜΜΕΙ ⊦ΚΛΜΒΙΣ ΨΛΤΛ: Dignus est cui præstes hoc; *Luc.* 7:4. ϒΛΙΚΨΣ ÏΣΤ ϒΛΠΚΣΤϒϢΛ ΜΙΖΛϨΝΣ ΣΕΙΝΛΙΖϨΣ: Dignus est operarius mercede suâ; *Luc.* 10:7. ΝΙ ÏΜ ϒΛΙΚΨΣ: Non sum dignus; *Matth.* 8:8. ΝΙΣΤ ΜΕΙΝΛ ϒΛΙΚΨΣ: Non est me dignus; *Matth.* 10:37. *Marc.* 1:7. ΝΙ ΜΙΚ ΣΙΛΒΛΝ ϒΛΙΚΨΛΝΛ ΚΛΗΝΙΛΛ ΛΤ ΨΠΣ ϒΙΜΛΝ: Non sum me ipsum dignum arbitratus ut ad te venirem; *Luc.* 7:7. *Anglosaxonibus* peoꝼðe. þÿꝼðe. puꝼðe. *Alam.* uuirdig. *Cimbr.* ΠΙΡΡΛ. *Isl.* verdur. *Dan.* vardig. *Angl.* worthie. *Belg.* weerdigh. *Sicuti Anglosaxonicum* peoꝼðe, Dignus, *olim deducebam ex* peoꝼð. þÿꝼð. *vel* puꝼð, Pretium; *ita ipsum illud* peoꝼð *suspicabar affinitatis aliquid habere cum isthoc* ἐόρτας, *quod Hesychius exp.* ἀρέσκουσας, καλὰς, Gratas, pulchras. *quemadmodum &* ἔορται *eidem Grammatico exp.* ἔδοξε, Visum est, placuit.

ϒΛΙΤΕΙ *est Interrogativum.* ϒΛΙΤΕΙ ÏΚ ÏΠΛΛΙΠΣ ÏΜ: Numquid ego Judæus sum? Μήτι ἐγὼ ἰουδαῖός εἰμι; *Joh.* 18:35. *ubi versio Anglosaxonica*, cþÿꝼt ðu eom ic Iuðeiꝼc? *pro quo alibi sæpè occurrunt* cþeðe ȝe. cþÿðꝼtþu. cþÿðꝼtþula. cþÿꝼtþula. cþÿꝼtula?

ϒΛΚΛΝ, Vigilare. ϒΛΗΤΣ, Vigilia. ΨΛΙΚΗϒΛΚΛΝΛΛΝΣ ϢΛΗ ϒΙΤΛΝΛΛΝΣ ϒΛΗΤϒϨΜ ΝΛΗΤΣ ΠΕΛΚ ΗΛΙΚΛΛΙ ΣΕΙΝΛΙ: Vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum; *Luc.* 2:8. *Anglosax.* pacian. paciȝan. *Alam.* uuachen / uuahhen. *Cimbr.* ΠΛΡΛ. *Dan.* vacke. *Angl.* wake / watch. *Belg.* waecken / waken. *Olim deduxi ab* ἀχέω

vel

vel ἀχεύω, Doleo, ægrè fero; *quòd moleſtiſſima ſit & languorem ægritudinémq; corpori pariter atque animo inducat inſomnia. Huc refer illud Plinii junioris libro Septimo, epiſt.* 17; Inhabitantibus triſtes diræq; noctes per metum vigilabantur; vigiliam morbus &, creſcente formidine, mors ſequebatur. *Nicod certè videtur Gallicum* travail, *quod Laborem denotat, pari prorſus ratione deduxiſſe à* treſveil. *nam* travailler *iis eſt Diligentem operam alicui rei impendere, ſeduld invigilare alicui operi. Facilis igitur mutatio fuerit, ſi* travailler *factum dicamus ex* treſveiller, *quod eſt Multùm vigilare, pervigilare. Appoſitè Martialis* IX, 70;

Nam vigilare, leve eſt; pervigilare, grave.

ϒΛΚϬΛΝ. *Occurrit in* ΠSϒΛΚϬΛΝ, Excitare è ſomno; ἐξυπνίζειν. ΓΛΓΓΛΜ ЄΙ ΠSϒΛΚϬΛΝ ΪΝΛ: Eamus ut expergefaciam eum; *Joh.* 11:11. *Refer ad proximè præcedens* ϒΛΚΛΝ.

ϒΛΛΔΛΙΨ ΛΝΝϞΜ ΪΖϒΛΚΛΙΜ: Contenti eſtote ſtipendiis veſtris; ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. *Luc.* 3:14.

ϒΛΛΔΛΝ. ΓΛϒΛΛΔΛΝ, Dominari, dominium exercere. ΨΛΙ ΜΙΚΙΛΛΝS ΪΖЄ ΓΛϒΛΛΔΛΝΔ ΪΜ: Principes eorum poteſtatem habent in ipſos; *Marc.* 10:42. ΓΛΚΔΛϒΛΛΔΛΝΔS, Paterfamiliâs; *Luc.* 14:21. ϒΛΛΔΠΕΝΙ ΛΙΗ ΠSΗΚΛΜϬΛΝ ΨΠΚ: Poteſtatem habeo crucifigere te; *Joh.* 19:10. SϒЄ ϒΛΛΔΠΕΝΙ ΗΛΒΛΝΔS: Sicut poteſtatem habens; *Matth.* 7:29. ΗΛΒΛΝΔS ΠΕ ϒΛΛΔΠΕΝϬΛ ΜЄΙΝΛΜΜΛ ΓΛΔΚΛΠΗΤΙΝS: Habens ſub poteſtate meâ milites; *Matth.* 8:9. ΜΙΨ ϒΛΛΔΠΕΝϬΛ ϬΛΗ ΛΗΜΛΜ ΨΛΙΜ ΠΠΗΚΛΙΝϬΛΜ ΛΝΛΒΙΝΔΙΨ: Cum poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat; *Marc.* 1:27. *Angloſaxonibus* pealdan *eſt* Dominari. *Alamannis* mualden. *Belgis* welden/geweldeu. *Danis* vold *eſt* Vis, potentia, *item* Violentia. veldig/Violentus. voldſmand/Effractor, violentus. *Iſlandis* eg velld *exponitur* Levando oneri ſum. *Habet* vallð *in Præterito. Infinitivus eſt* vallda. *at* vellde *iis eſt* Potentia. *Olim deduxi ab* ἀλδεῖν *vel* ἀλδαίνειν, Incrementum addere, augere; *quandoquidem in ſummâ poteſtate conſtituti non modò providere debent nequid Reſpublica detrimenti capiat, verùm etiam ut magis magíſq; augeatur atque efflореſcat: unde & Octavius Cæſar, ac reliqui exinde Imperatores cognominati ſunt* Auguſti. *Vide notas ad Tatiani* XLIII, 4.

ϒΛϬΛΝ, Eligere. ΓΛϒΛϬΛΝΔS ΠS ΪΝ ΤϒΛΛΙΒ: Eligens ex iis duodecim; *Luc.* 6:13. ΪΚ ΪΖϒΙS. ΙΒ. ΓΛϒΛΛΙΔΛ: Ego vos duodecim elegi; *Joh.* 6:70. ΪΚ ϒΛΙΤ ΘΛΚϬΛΝS ΓΛϒΛΛΙ-

ΔΛ:

ΔΛ: Scio quos elegerim; *Joh.* 13: 18. ΝΙ ϑΝS ΜΠΚ ΓΛϒΛΛΙΔЄΔΠϕ. ΛΚ ΪΚ ΓΛϒΛΛΙΔΛ ΪΖϒΙS: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos; *Joh.* 15: 16. ΓΛϒΛΛΙΔΛΝS, Electi; *quod fuit suo loco. Alamannis* uuelen / eruuelen / iruuelen / eruuellen / iruuellen *est* Eligere. uuala / Electio. uuelere / Electores; *quæ vide in Observatis ad Willerami paginam* 50. *Danis* vaal / *vett Belgis* waele *est* Electio, delectus. *Islandis* valenn *est* Electus. valenkunnr / Vir eximius, perspectæ integritatis homo. *Sclavinis* woliti *est* Eligere. *Ipsa verò* uuelen / eruuelen / iruuellen *mihi olim visa sunt derivata ex* uuillen / Velle; *quòd omnis electio pendeat ex nostrâ voluntate, neque alia soleamus eligere quàm quæ omnibus votis dudum expetivimus atque optavimus. nam & Latinum* Opto *videtur olim primâ suâ significatione acceptum pro Eligo, considero; sicuti pulchrè nos docet etymologicum Vossii in* Opto.

ϒΛΛΤΙΔЄΔΠΝ ϒЄΓΧS ΪΝ SΚΙΠ: Impetum fecerunt fluctus in navem; *Marc.* 4: 37. *quod intelligendum puto de istiusmodi fluctibus de qualibus Ovidius* l *Trist. Elegiâ* 2; Quanti montes volvuntur aquarum. ΝSϒΛΛΤΙΔΛ SΙΤΛΛΝS: Cathedras evertit *vel* provolvit; *Marc.* 11: 15. *Refer ad ea quæ dicimus in mox subsecuturo* ϒΛΛϒϑΛΝ.

ϒΛΛΠΝS ΪΝ ΥΙΓ ΝΙ ΝΙΜΛΙϕ: Virgas in viam ne tuleritis; μὴ ῥάβδους ἄιρεῖτε εἰς τὴν ὁδὸν. *Luc.* 9: 3.

ϒΛΛϒϑΛΝ, Volvere, revolvere. ϒΛΛϒΙΝΧΔΛ, Volutabatur; *Marc.* 9: 20. ΡΛΝΚϒΛΛϒϑΛΝΔS STΛΙΝΛ ΜΙΚΙΛΜΜΛ ΔΛΝΚΧΝS ψIS hΛΛΙϒIS: Advolvens saxum magnum ad ostium monumenti; *Matth.* 27: 60. *Anglosax.* palpian. *Angl.* wallow. *Videntur valdè affinia Græco* ἀλίω, Volvo, voluto. *Alamannicum verò* uualzan *vel* uuelzen. *Danicum* velte. *Islandicum* vellta. *Belgica* wallen / wellen / welteren *propiùs videntur accedere ad* εἰλεῖν, Versare, circumagere. *Belgicum item* woelteren in 't slijck / Cœno se immergere atque involvere.

ϒΛΜΒΛ, Venter. ΪΝ ϒΛΜΒΛΙ ΛΙψЄΙΝS SЄΙΝΛΙΖΧS: In ventre matris suæ; *Luc.* 1: 15 & 44. ΡΛΝΚψΙΖЄΙ ΓΛΝΝΜΛΝS ϒЄSΙ ΪΝ ϒΛΜΒΛ: Priùs quàm conciperetur in utero; *Luc.* 2: 21. ΛΘΧS ΝS ϒΛΜΒΛΙ ΪS ΚΙΝΝΛΝΔ ϒΛΤΙΝS ΛΙΒΛΝΔΙΝS: Flumina ex ventre ejus profluent aquæ vivæ; *Joh.* 7: 38. *Anglosaxonibus* pamb *vel* pomb *est* Venter. *Alamannis* uuamba / uuambo / huuamba. *Islandis* vomb. *Danis* vom *est* Abdomen. *Anglis acceptio vocis* womb *ad Uterum tantùm restringitur. Vocabulum interim* uuomb *in Observatis ad Willerami paginam* 29 *retuli ad* ὀμφαλὸς, Umbi-

Umbilicus; *quòd circa umbilicum deliteſcant pleraque vaſa generationi inſervientia. nec tamen ita multum etymologiæ huic tribuo, ut non commodiorem aliam inveſtigari poſſe putem.*

ᛉᚨᚾ *ſignificat* Defectum *atque* Indigentiam. ᚨᛁᚾᛁᛋ ᚠᚾᛋ ᛉᚨᚾ ᛁᛋᛏ: Unum tibi deeſt; *Marc.* 10:21. *Luc.* 18:22. *Hinc Anglis* **to want** *eſt* Opus habere, indigere. *Imò* pan *vel* pana *non Angloſaxonibus tantùm, ſed & Alamannis, Cimbris, Danis, Iſlandis, Belgis denotat* Defectum. *Vide quæ nos fuſè hac de re annotavimus ad illud Keronis*; Deeſſe, **uuan uueſan**. Deeſt, **uuan iſt**.

ᛉᚨᚾᛞᚷᚨᚾ. ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚷᚨᚾ. ᚾᛋᛉᚨᚾᛞᚷᚨᚾ, Vertere, mutari, reverti, reſtituere. ᛉᚨᚾᛞᚷᚨᚾᛞᚨᛋ ᛋᛁᚴ: Converſus; *Luc.*7:9. ᛉᚨᚾᛞᛖᛁ ᛁᛗᛗᚨ ᚷᚨᚺ ᚠᚷ ᚨᚾᚠᚨᚱᚨ: Præbe *vel* Obverte ei & alteram; *Matth.* 5:39. ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚷᚨᚾ, Convertere; *Luc.* 1:17. ᚪᚾ ᛁᛉᛁᛋ ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚷᚨᛁ: Ad vos revertatur; *Luc.* 10:6. ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚨᛁᚠᛋ, Converſus; *Luc.* 10:21 & 23. ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚷᚨᚾᛞᚨᛋ ᛋᛁᚴ: Converſus; *Matth.* 9:22. ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚨᛁᛞᚨ ᛋᛁᚴ ᚪᚾ ᚱᚨᚴᚨ ᛋᛖᛁᚾᚨᛗᛗᚨ: Reverſa eſt in domum ſuam; *Luc.* 1:56. ᚾᛁ ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚷᚨᛁ ᛋᛁᚴ ᛁᛒᚾᚴᚨᚾᚨᛁ: Non redeat retro; *Luc.* 17:31. ᚱᚨᛉᚨᚾᛞᚨᛁᛞᚨ ᛉᚨᚾᛋ ᚠᚴᛁᚾᛋᛏᛁᚱᚾᚾᛋ ᛋᛁᚨᚾᛒᚴᛁᚾᚨᛁᛉᛖ: Retulit triginta argenteos; *Matth.* 27:3. ᚾᛁ ᚾᛋᛉᚨᚾᛞᚷᚨᛁᛋ: Ne avertaris; *Matth.* 5:42. *Angloſaxones* penban *dicebant. Alamanni* **wenden**. *Dani* **vende**. *Iſlandi* **vendan**. *Belgæ* **wenden**. *Omnia videri poſſunt deſumpta ab Æölico* ἀνδιϝεῖν *pro* ἀναδιϝεῖν, Revolvi.

ᛉᚨᚴᚱᚷᚨᚾ. ᚱᚨᛉᚨᚴᚱᚷᚨᚾ, Damnare. ᚱᚨᛉᚨᚴᚱᚷᚨᚾᛞ ᛁᚾᚨ ᚨ ᚨᚾᚠᚨᚾ: Damnabunt eum morte; *Marc.* 10:33. *Angloſaxonibus* pynzan. þýnzan. þiniz̃an. þinian *eſt* Maledicere, execrari, devotare, malignari. *unde* aþýnzeðe zaſtaſ *dixerunt* Diabolos, malignos vel maledictos ſpiritûs. aþýnzeðnyſ, Maledictio. *Iſlandis* **vargur** *eſt* Furioſus. **hann giordiſt vargur i vie**/ Violavit *vel* Exuit ſacramentum. *Confer cum iſtis quæ paullò poſt dicemus in* ᛉᚴᛦᚺᚷᚨᚾ, Accuſare.

ᛉᚨᚴᚨᚷᚨᚾ, Cuſtodire. ᚺᚨᛒᚨᛁᚠ ᛉᚨᚴᚨᚷᚨᚾᛋ: Habetis cuſtodiam; *Matth.* 27:65. ᚨᚾᚴᚨᛉᚨᚴᚨᛋ, Oſtiarius; *Joh.* 10:3. ᚠᛁᛉᛁ ᛋᛦ ᚨᚾᚴᚨᛉᚨᚴᚨᛦ: Ancilla oſtiaria; *Joh.* 18:17. *Angloſaxonibus* peapdian *eſt* Cuſtodire. peapd, Cuſtos, cuſtodia. ðupepeapd, Oſtiarius. *&c. Alamannis* **uuarten** *eſt* Obſervare, cuſtodire. **uuart**/ Cuſtos. **duriuuart**/ Oſtiarius. **duriuuarta**/ Oſtiaria. *Cimbris* ᚢᚨᚱᚦᚢᚺ *eſt* Cuſtos, cuſtodia. *Quemadmodum interim ſuo loco oſtendimus acceptionem verbi* ᛦᛁᛏᚨᚾ *pro* Cuſtodire,

desumptam ex priore aliâ significatione, quâ Videre *denotabat; ita quoque hoc in loco monendum acceptionem verbi* þeaꝼðan *pro* Custodire *petitam ex aliâ vetustiore, cujus plurima etiamnum vestigia nobis exhibent longè antiquissima Anglosaxonum monumenta.* þeaꝼðan *etenim vel* þeaꝼðian *Anglosaxonibus olim pro* Videre, spectare *usurpatum docet nos glossarium Anglosaxonicum R, paginâ* 61; þeaꝼðꝼteal, Spectacula vel ludicra. *item paginâ* 101; þeaꝼðꝼteal, Specula vel conspicilium. *Orosius* IV, 11; ȝeꝼanȝen þæꝼ on þeaꝼðe, Captus est dum explorat hostium actûs. *Theotiscum quoque glossarium A*, 1; **zua uuartonter**/ Intuitus, adtendens. *Willeramus* II, 9; **her sihet uz then venstron / ande wardet van then linebergon.** Despicit de fenestris, prospicit per cancellos. *Atque ab hac priscâ verbi significatione Galli reservârunt suum* regarder. *Itali suum* guardare. *nam Gallos Italósq;, duplici* V *carentes, ejus loco* G *vel* GV *adhibere, jamdudum aliis observatum est. Ab hac etiam significatione verbum* **uuarten** *usurpari cœpit pro* Custodire; *siquidem sæpiùs oculos reflectere solemus ad ea quæ sollicitè custodimus. Ita Latinis usurpatur* Observare; *de quo vide Vallam libro* IV *elegantiarum, cap.* 3. *Anglis* **to watch and ward** *est* Excubias agere. *vett Belgis* **waerden** *est* Custodire. **waerde**/ Custodia. *quæ inde Gallis* garde. *Italis* guardia *dicta est.*

ϒΛΚϢΛΝ, Prohibere. ΝΙ ϒΛΚϢΛΙS: Noli prohibere; *Luc.* 6: 29. ΝΙ ϒΛΚϢΙΨ ÏΜΜΛ: Nolite prohibere eum; *Marc.* 9: 39. 10: 14. *Luc.* 9: 50. 18: 16. ϒΛΚΙΔΕΔΠΜ ÏΜΜΛ: Prohibuimus eum; *Marc.* 9: 38. *Luc.* 9: 49. *Anglosaxonibus* þeꝼian. þeꝼiȝan. þeꝼȝan *est* Arcere, prohibere. *Alamannis* **uueren.** *Belgis* **weren.** *Valdè interim affinia sunt* ϒΛΚϢΛΝ *&* þeꝼȝan *Græco* εἴργειν, Arcere, prohibere, excludere, vetare. *nam digamma Æölicum in tali derivatione præmitti solere verbis Græcis à vocali vel diphthongo inchoantibus, multis exemplis demonstravimus paginâ* 13 *Observationum nostrarum in abbatem Merspurgensem.*

ϒΛΚΜϢΛΝΔS SIK ΛT ΛΙΠΗΛΔΛ: Calefaciens se ad ignem; θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς. *Marc.* 14: 54. ΝΙ ΗΛΒΛΙΔΛ ϒΛΚΜΜΙΨΛ: Non habebat humorem; *Luc.* 8: 6. *Per* ἰκμάδα *sive* Humorem *intellige hoc in loco Humidum illum calorem qui sata mollit ac fovet. Anglosaxonibus* þæꝼm. þeaꝼm. þÿꝼm *est* Calidus. *Alamannis* **uuarm.** *Danis* **varm.** *Islandis* **varmur.** *Anglis* **warm.** *Belgis* **werm.** *quæ valdè affinia sunt Græco* θερμὸς, Calidus, *pro quo Æöles* φερμὸς *dicebant: unde &* Formus *veteribus Latinis dicebatur Calidus. Vide Vossium de Permutatione literarum, ubi agit de commutatione* TH *in* F. *Vide quoque quæ nos infra dicimus in* ϒΙΛϢΛΝ, Velle.

ϒΛSϢΛΝ, Vestire. ϢΛΒΛΙ ΨΛΤΛ ΗΛϒΙ ΗΛΙΨϢΧS ΓΧΨ

SϒΛ

ΣΥΑ ΥΑΣϹΙΨ: Si fœnum agri Deus ſic veſtit; *Matth.* 6 : 30. ΘΑ ΥΑΣϹΑΙΜΑ: Quo operiemur? *Matth.* 6 : 31. ΝΙΗ ΣΑΝΛΑΝΜΧΝ ΓΑΥΑΣΙΑΑ ΣΙΚ ΣΥΕ ΑΙΝΣ ΨΙΖΕ: Nec Salomon coopertus eſt ſicut unum ex iſtis; *Matth.* 6 : 29. ΨΑΕΙ ΗΝΑΣΥϹΑΙΜ ΥΑΣΙΑΑΙ ΣΙΝΑ: Qui mollibus veſtiuntur; *Matth.* 11 : 8. ΥΑΣΤϹΑΙ ΠΑΝΚΠΝΚΧΑΑΙ ΓΑΥΑΣΙΑΕΑΝΝ ΪΝΑ: Veſte purpureâ circumdederunt eum; *Joh.* 19 : 2. ΒΙ ΥΑΣΤϹΧΣ ΘΑ ΣΑΝΚϹΑΙΨ: De veſtimento quid ſolliciti eſtis? *Matth.* 6 : 28. ΑΡΛΕΤ ΪΜΜΑ ϹΑΗ ΥΑΣΤϹΑ: Dimitte ei & pallium; *Matth.* 5 : 40. *Angloſaxonibus* pæda *vel* ȝepæde *ſunt* Indumenta, veſtes. *Alamannis* uuatt *vel* geuuede. *Belgis* waed/gewaed. *Alibi interim dixi Gothicum* ΥΑΣΤϹΧ, Veſtis, *ſingularem habere affinitatem cum* ἐσθὴς *vel* ἔσθος, Veſtis. *nam vel ipſum Latinorum* Veſtis (*quod manifeſtè factum eſt ab* ἐσθὴς) *abundè oſtendit vocabulis Græcis à vocali vel diphthongo inchoantibus perſæpè præfigi* Vau, *i.* υ *conſonum vel* w. *Vide plura huc pertinentia in annotatis noſtris ad Tatiani* XXXVIII, 5.

ΥΑΤΕ, Aqua. ΪΚ ΑΑΝΠϹΑ ΪΖΥΙΣ ΪΝ ΥΑΤΙΝ: Ego baptizo vos in aquâ; *Marc.* 1 : 8. *Luc.* 3 : 16. ΑΘΧΣ ΥΑΤΙΝΣ ΛΙΒΑΝΑΙΝΣ: Flumina aquæ vivæ; *Joh.* 7 : 38. ΣΤΙΚΛΑ ΥΑΤΙΝΣ: Calicem aquæ; *Marc.* 9 : 41. ΥΑΤΧ ΜΙΣ ΝΙ ΓΑΡΤ: Aquam mihi non dediſti; *Luc.* 7 : 44. ΓΑΑΑΝΨΝΧΑΕΑΝΝ ΪΝ ΥΑΤΝΑΜ: Mortui ſunt in aquis; *Matth.* 8 : 32. *Angloſaxonibus* pæter *eſt* Aqua. *Alamannis* uuazzer. *Cimbr.* ΠΑΛΚ. *Dan.* vand. *Angl.* water. *Belg.* waeter. *Angloſaxonicum* pæter *olim deduxi à* pæta, Humor, liquor, mador. *Ipſum verò* pæta *videtur eſſe ab* ὑετὸς, Pluvia; *ut primâ ſuâ ſignificatione de Colluvie pluvialis aquæ intellectum ſit vocabulum: prorſus ut Latinum* Humor *pari prorſus ratione putant dictum ab* ὕμα, Pluvia. *Græcum quoque* ὕδωρ *grammatici ſimiliter deducunt ab* ὕω, Pluo. *Ab hoc ipſo* ὑετὸς *veteribus quoque Cimbris* ✱ΠΙΛΛ *dicta eſt* Pluvia. *unde Egillo ſkallagrimo Epinicii ſui Claſſe* v, *Strophâ* 5. ΒΑΡ✱ΠΙΛΛ *eſt* Arcûs pluvia. *ita enim vocabant Tela confertim in hoſtes nimbi inſtar effuſa.*

ΥΑΨ. ΓΑΥΑΨ, Conjunxit; *Marc.* 10 : 9. *Vide quæ de hoc* ΓΑΥΑΨ *& verbo* ΥΙΨΑΝ *fuſè dicemus in Addendorum appendiculâ.*

ΥΑΝΚΑ, Sermo, verbum. *Angloſax.* pord. *Alam.* uuort. *Cimbr.* ΑΡΡ. *Dan.* ord. *Angl.* word. *Belg.* woord. *Magno doctiſſimorum hominum conſenſu origo vocis refertur ad* ΥΑΝΚΨΑΝ, Fieri. *Videri quidem poſſet vox, etymologiæ hujus reſpectu, magis* Rem geſtam *quam* Dictum *deſignare; ſed plurimarum linguarum idiotiſmus* Verbi *vocabulum pro* Re *accipit. Latinis profectò ſcrip-*

toribus Dictum *quandoque est* Res. *Plautus Casinâ Actu* v, *Scenâ* 4; Feci ego ist-hæc dicta quæ vos dicitis. *Virgilius Ceiri*; Quæritur ex omni verborum injuria dicto. *ad quæ verba Scaliger*; Dictum *hîc accipitur ut Homero* ἔπος, *hoc est* Res. *Sic Hebræi dicunt Verbum pro Facto. Sic Latinum* Res; *est enim à* ῥῆσις. *& veteres dicebant* Reses, *quod decurtatum est in* Res, *ut alia. Hæc Scaliger.*

ⲩⲁⲛⲕⲕⲥⲁⲛ, Operari. ⲓ̈ⲕ ⲥⲕⲁⲗ ⲩⲁⲛⲕⲕⲥⲁⲛ ⲩⲁⲛⲕⲥⲧⲩⲁ ⲫⲓⲥ ⲥⲁⲛⲁⲥⲁⲛⲁⲓⲛⲥ ⲙⲓⲕ ⲛⲛⲧⲉ ⲁⲁⲅⲥ ⲓ̈ⲥⲧ. ⲙⲓⲙⲓⲫ ⲛⲁⲏⲧⲥ ⲫⲁⲧⲉⲓ ⲛⲓⲙⲁⲛⲛⲁ ⲙⲁⲅ ⲩⲁⲛⲕⲕⲥⲁⲛ: Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari; *Joh.* 9:4. ⲩⲁⲛⲕⲕⲥⲁⲛⲁⲁⲛⲥ ⲛⲛⲥⲓⲃⲥⲁⲛⲁ: Qui operamini iniquitatem; *Matth.* 7:23. ⲛⲁⲏⲧⲁⲙⲁⲧ ⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁ, Cœnam fecit; *Marc.* 6:21. ⲫⲁⲛ ⲩⲁⲛⲕⲕⲥⲁⲓⲥ ⲛⲛⲁⲁⲛⲕⲛⲓⲙⲁⲧ ⲁⲓⲫⲫⲁⲛ ⲛⲁⲏⲧⲁⲙⲁⲧ: Cùm facis prandium aut cœnam; *Luc.* 14:12. ⲅⲁⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁ ⲁⲁⲛⲏⲧ ⲙⲓⲕⲓⲗⲁ: Fecit convivium magnum; *Luc.* 5:29. ⲅⲁⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁ ⲉⲁⲛⲓ: Fecit lutum; *Joh.* 9:6. ⲅⲟⲫ ⲩⲁⲛⲕⲥⲧⲩ ⲩⲁⲛⲕⲏⲧⲁ ⲃⲓ ⲙⲓⲥ: Bonum opus operata est in me; *Marc.* 14:6. ⲩⲁⲛⲕⲥⲧⲩⲥⲁ, Operarius; *Luc.* 10:7. *Joh.* 15:1. *Anglosax.* þẏþcan. þẏþcean. *Alam.* uuirchon. *Cimbr.* ⲛⲓⲣⲩⲓⲁ. *Angl.* work. *Belg.* wercken. *Olim in Observ. ad Willerami paginam* 14 *deduxi* werk *ab* ἔργον, Opus, *pluribúsq; exemplis firmavi illam usitatissimæ originationis rationem, quæ fit præponendo Æölicum digamma Græcis vocibus à vocali vel diphthongo incipientibus.*

ⲩⲁⲛⲕⲙ, Serpens. ⲁⲧⲅⲁⲉ ⲓ̈ⲍⲩⲓⲥ ⲩⲁⲗⲁⲛⲉⲛⲓ ⲧⲕⲛⲁⲁⲛ ⲛⲉⲁⲕⲟ ⲩⲁⲛⲕⲙⲉ: Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes; δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων. *Luc.* 10:19. *Anglosaxonibus* þoþm. þẏþm *est* Vermis, reptile. *Alamannis* uuůrm. *Danis* orm. *Anglis & Belgis* worm. *Cimbris olim* ⲁⲣⲩⲓ *dicebatur: unde & sextus mensis Danis etiamnum* ormemaanet *nuncupatur, à vermibus nempe atque insectis tunc maximè infestantibus terræ fructûs. Suspicabar aliquando* ⲁⲣⲩⲓ *desumptum ex* ὁρμὴ, Impetus; *quòd vermes nullis exteriorum membrorum adminiculis, aliorum instar animantium, sed intrinsecâ vivacissimi impetûs virtute velocissimè ferantur, totúmq; adeò corpus mirâ sinuosorum voluminum lubricitate in varias formas torqueant ac retorqueant. Arnobius adv. Gentes*; Serpens per terram reptans, cœno natis ut vermiculis mos est, solum mento radit & pectore, tortuosis voluminibus se trahens, atque, ut pergere prorsus possit, partem sui postremam conatibus prioris adducit. *At nunc rectiùs videtur vocabuli origo posse referri ad* ὁρμιὰ, Tenuis funiculus; *ob manifestissimam similitudinem. Omnino interim vide quæ annotavimus ad gl D*, 5. *in* Basiliscus.

ⲩⲁⲛⲕⲧⲓⲛⲥ ⲛⲓ ⲏⲁⲃⲁⲓⲁⲁ: Radicem non habebat; *Marc.* 4:6 & 17.

ⲛⲥ

ns YANKTIM: A radicibus; *Marc.* 11:20. nsAAnsei ψnk ns YANKTIM: Eradicare; *Luc.* 17:6. gn sR AuizI AT YANKTIM BARme AIRIψ: Jam securis ad radicem arborum posita est; *Luc.* 3:9. *Alamannis* uuûrza / uuûrzale / uuûrzele / uuûrtele *est* Radix. *Belgis* wortel. *Denominationis hujus Belgicæ Alamannicæq; originem præ se fert prisca orthographia Anglosaxonici* pyrtpel *vel* pyrtpala, Radix. *item* pyrtpælean, Plantare. apurtpælan, Eradicare, exstirpare. *Siquidem hæc manifestè composita sunt ex* pyrt *vel* purt, Herba, olus; *&* pell. pyll. pælla, Fons, scaturigo: *quòd teneriora herbescentium plantarum ac stirpium germina ex hac veluti scaturigine prorumpant. Appositè Seneca de Benef.* III, 29; Tolle radicem; nemora non surgent, nec tanti montes vestientur. pyrtrume *quoque vel* pyrtrtruma *dicebatur iisdem Anglosaxonibus; à* pyrt, Herba; *&* trum, Firmus, validus; *quòd Radix præcipuum sit omnis herbæ firmamentum. Pari ferè derivationis ratione Græcis grammaticis* ῥίζα *videtur dicta quasi* ῥιϝζα, *quoniam per eam* ῥίει *&* ζῶ. *quandoquidem ipsius plantæ vita è radice quasi profluit ac per totam deinceps plantam diffunditur.*

YERRS, Undæ, fluctus; *Marc.* 4:37. *Matth.* 8:24. *Anglosaxonibus* pæg *est* Unda, fluctus. *Alamannis* uuag. *Belgis* waeg *vel* wage. *Anglis* wave. *Gallis* vague. *Islandis* vøgur *est* Fretum. *Sunt à* YARAN, Movere, concutere; *quod vide in* YARIA. *Pari prorsus ratione Græcis, Eustathio authore,* κῦμα *dicitur quasi* κύκημα. *à* κυκᾶν, Perturbare, agitando commiscere atque confundere. *siquidem Homero solemne est* κυκᾶν *&* κυκᾶσθ *de commoto mari usurpare. Vide plura in annotatis ad gl D, 8. in* Katacliſmus.

YERS, Motus. YERS MIKIAS YARψ IN MARGIN: Motus magnus factus est in mari; *Matth.* 8:24. RASRK YINdA GAh ψAMMA YERA YATINS: Increpavit ventum & tumultum aquæ; *Luc.* 8:24. *Refer ad ea quæ diximus in* YARIA, Agitatus.

